M.T.CICERO. EPISTOLAE AD.T. POMPO. ATTICVM CVM COMMENTARIIS IO. BAPTI. PII BONO. ANTEA NVLLIBI IMPRESSAE ET AB INFINITIS MENDIS PER EVM CASTI GATAE.

✠

Clementis. VII. Pontificis Maximi Decreto prohibitum est: ne quis Libros in officina nostra formatos imprimat: aut alibi impressos uendat: sub Excõmunicationis latæ sententiæ, et Quingẽtorum Ducatorum auri pœna, cuius exẽplum in sequenti pagina est legere.

MAGNIFICIS DECEMVIRIS LVCENSIBVS Ioannes Baptista Pius felicitatem.

COgitanti mihi sub cuius pręsidio Lucubrationes in epistolas ad Atticũ/opus omniũ pulcherrimũ:a caninis rictibus tutũ:prodire posset:in quibus enucleãdis pluribus opus fuit:q̃ ad plaustrũ fabricandum(ut inquit Hesiodus)occurristi ἀπὸ μηχανῆς θεὸς mihi ciuitas alma Luca.cuius clypeo/ut ita loquar:Aiacis munitus/uel digito cęlũ attingã:Zoilos:Momos et γλωσσοτρόπους eludam.Nam et tibi numen:scribam.n. ἀκολουθῶν πῶς, adest:Astraea Iustitia:quae apud nõ parũ multos Italiae populos in cęlum recessit:tecũ hospitatur:idq; nõ iniuria:ut a qua non ungue latius abscedis.pro cuius honore in propria uiscera pia impietate crassaris.Parięq; cultu caeteras uirtutes ethicas adoras:ut ex illis facta quadam aureorũ annulorũ:ui lydii lapidis:cathena:animos mortaliũ deuincis et alligas. Quis hospitio tam pio:tã politico non exultet? hospitio inq̃ nõ hominis sed heroũ atq; semideorũ:quibus tua Respub.est:sempq; fuit refertissima:orbis uniuersi pręconio celeberrima:tot donibus deorum longe corusca.Admirabiles sunt templorũ tuorũ substructiones:marmore prope pario dedalaea manu fabrefactae:ubi interdiu noctuq; statis horis mitrati sacerdotes Dauiticis concentibus:uoce scita et canora:precibusq; supplicibus:et ipso populo sacris deditissimo:Salutem tibi cõprecantur et impetrant. Quare iure tuo illud Maronianũ exclamare possumus.O diuũ domus Iliũ. Nec mediusfidius a conditoribus tuis illustribus tantillũ degeneras:qui tanquã heroes Heraclei:amoeno litori tuo appellentes felicissimã sedẽ:Ioue dextro:in hoc solo posuerũt:sobolemq; Lucensem peromnia saecula duraturã:propagarũt. De quibus quoniã in laudibus tuis libenter acquiesco:pro tempore nõnulla recensere collibuit. Strabo ἐν τῷ πέ. γεωγραφουμένων sic ppemodũ gręce scribit. πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν ἐστὶ πόλις τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λούνης Λοῦκα, ἔνιοι δὲ κωμηδὸν οἰκοῦσιν. εὐανδρεῖ δ' ὅμως ἡ χώρα, καὶ στρατιωτικὸν ἐντεῦθεν τὸ πλέον ἐστὶ καὶ τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος, ἐξ ὧν καὶ ἡ σύγκλητος λαμβάνει τὴν σύνταξιν. Expẽde interpretem an gręcis omnino concinat. Sic.n.ad uerbũ. Ad montes aũt Lunae incũbentes urbs est Luca:ubi pleriq; uicatim habitant. Regio tamen probitate uirorũ floret:et robur militare hinc educitur:et inde equitũ multitudo:ex quibus Senatus militares capit ordines. Audi quae Frontinus rei militaris grauissimus auctor edisserit. Domitius inquit:Caluinus/cũ Lucã obsideret:nõ situ tantũ et opibus:uerũ etiã oppugnatorũ praestantia tutã:circũiri muros freq̃ter omnibus copiis instituit:easdẽq; reducere ad castra:qua cõsuetudine inductis opidanis:ita ut crederent exercitationis id gratia facere Romanũ:et ob hoc nihil ab eo conatu cauentibus:morem illum obambulandi:in subitũ direxit impetũ:occupatisq; moenibus expressit illud:ut se ipsos dederent et opidũ. Plutarchus in Pompeio. Caesar superatis alpibus apud ciuitatem Lucẽsem omnium uirorum et matronarum magnũ numerũ accessisse memorat. Consulares uiri eo profecti sunt. CC. inter quos Pompeius et Crassus fuerunt:proconsulũ quoq;:ac praetorũ.CXX. fasces ante Caesaris fores inspecti. Vbi cũ Crasso et Pompeio foedus initũ. Idem apud eũdem Cheroneũ reperies in Caesare et Crasso:quibus suffragatur in Dictatore Tranquillus:necnõ.M. Tullius in familiaribus. Plinius libro.iii.naturalis historiae:Coloniam Lucam a mari recedere scribit. De qua pariter non tacuit Liuius.

Anius uetulonius; quem Pomponius Lætus exploratorem ueritatis appellabat: Catonem Lucam illustrem dicere facit Lucio Lucumone Thuscorũ duce. Idem Pompeius: quem tamen Aldus ex pernionibus podagras sæpe facere solitus: audacter interlequit: et fucũ aspersit. M. Cicero in famil. epistolis Castroniũ laudat Lucensis municipii principem. Antonius in itinerario: necnõ Ptolemæus Lucæ nomine tenus meminerunt. Recentiores historici Adalbertũ illustrem Thuscorũ Marchionem Lucensem memorãt: ea potentia: ut inter omneis Italiæ principes: solus cognomento diues diceretur: cui uxor esset nomine Berta Caroli magni neptis: postea Regis Vgonis mater. Adalberti quoq; filius Vido Ioãnem Pontificem coercuit. Hoc stẽmate Mathildis fœminarũ lectissima duxit originẽ: quæ Petri successores regia liberalitate locupletauit: sacras ædes erexit: mausolæq; notissimo nõ inferiores: totãq; Italiam ĩstruxit ac ornauit. Imperator Otho primus cudendæ pecuniæ ius amplissimũ concessit: et cũ singulis annis in Italiã ueniret: Lucã sedem suam elegit: ubi de cõtrouersiis cognoscebat. Carolus quartus Imperator Lucensibus libertatem restituit: et agri terminos concessit amplissimos: iusq; dedit regiæ ciuitatis. Sigismũdus Imperator in Hetruriã descẽdit cũ exercitu ut Lucẽses tueretur. Nec id omittere fert animus: ad pietatem enim attinet: Beatum Paulinũ præsulem et martyrem a Diuo Petro missum ad Lucenses: Lucam primã omniũ ad orthodoxam fidem conuertisse. Vrbanus itidem. V. Pontifex iugo pressam immerentem Lucã: accito Carolo quarto ex Germania: erogatis. V. millibus aureorũ libertati pristinæ restituit. Mox. VI. per Lucensem ditionem iter faciens: Consulem Lucensem: quem uulgo uexilliferũ dicunt: ense: aureo pileo: gẽmatoq; donauit. Quid quod Alexander Pontifex Maximus dignitate huius urbis illectus: inter titulos Pontificios se Lucensem adscripsit episcopum. Pro fide: pro ecclesiastico imperio Lucenses pertinacis animi fuere. Legimus. n. quinq; millia Lucensiũ pro sede Apostolica: in agro Senensi cõtra Manfredum Regem: desiderata fuisse: cũq; cæteræ Hetruriæ ciuitates defecissent: sola Luca permansit in fide. Quid? nõne piaculũ cõmitterem? impiusq; uiderer? Si turpi ac inerti silentio laudiuinũ tacerem Lucensem: primũ priorem Carthusiensem fuisse: post Brunonẽ eiusdem ordinis conditorem. Nec taceãtur duo Lucensis agri medicati fontes: qui cæteris potiores uitã prorogãt humanã. Castrutius ille uirtute militari præcellẽs Pistoriũ: Pisas: ac Volaterras subiugauit. Fidei præbet exemplũ Denarius aureus in Lucensi moneta Iustiniani tempore percussus: in cuius fronte Lucæ nomina uisuntur: ex obliquo uero Crux nostri liberatoris insigne: cũ his fere syllabis: Vi. Vi. Vi. Nõnulli quibus ista consectari curæ fuit: interpretantur: allusisse his. M. Ciceronis positis in oratione pro Milone: ui uicta uis. Alii peteruditi uiri uerbo reperito: uiuat crux. Pene preterii quod minime prætereundũ fuit: Alexandrũ. iiii. Pontificem: Diui Petri imaginem in signis deferẽdam: ac in ære cudendã: instar magni muneris dedisse Lucensibus. Quin & crucẽ defert episcopus more archiepiscoporũ. Canonicis quoq; mitræ datæ ter quotãnis episcopali more deferendæ. A latis pariter imperii finibus censenda: utpote cuius sacra ditio agrũ Pisanũ: Pistoriẽsemq; penetrat. Ornatur quoq; Lucio. iii. Pontifice Max. qui solis Lucensibus in Hetruria nũmũ percutiendi ius cõcessit: edicens ne alio genere nũmorũ q̃ Lucensium uterẽtur Hetrusci. Sed antiquis ac ueteribus omissis ad recentiora ueniamus. Iuris Cæsarei Pontificiiq; Doctores:

Medicos: Philosophos habes Luca ciuitas eximia: Poetas insuper ac Oratores: quales Triclinium nõ uidit Herodis: nõ Hadriani atheneum: nõ regũ Persarum museũ. Singulos in Arcturi mẽsam admitti nõ indignos. Mercatores meros mercurios: qui ex orbe longinquo mercimonia cõuehentes: patriũ solũ locupletant: in quibus fere solis fides iustitiæ fundamentũ: inuenitur: in quorũ lingua boues multi sedent: et noctuæ nõ paucæ sub regulis hospitantur: qui sceptrũ pariter et calamũ exercere nouerũt. Domus urbanæ tuæ: ad te. n. me cõuertam: florentissima Luca: palatinæ substructiones/ac Pompeiana theatra uidentur. Imperatorũ: Pontificiorũq́ diadematũ hospitia. Longũ facerẽ ac prolyxius excurrerẽ: cum præsertim arida uena ex sicco fonte demanet/si uellem admirari: ac pariter amplificare: iustum: pium: sanctũ Reipublicæ tuæ senatũ: cuius præstanti uirtute sola in cęlo Italo: decus: imperiũq́ tuũ incolume: Patiẽtia: Prudentia: numine deorũ amico: retinuisti: cuius ęgide protecta potentissimos hostes repulisti. De tuorum amplitudine Senatorũ quid amplius loquar? Hi proculdubio mihi referunt maiestate Priamũ: Religione Pompiliũ: continentia Scipionem: consilio Fabium: Munificentia Titũ: Clementia Cæsarẽ: in quorũ negotiis uisitur labor admirabilis: in periculis fortitudo: in agendo industria: in cõsultando prudentia: in prouidendo consiliũ: adeo ut domi forisq́ eminentissima patrũ cõscriptorũ uirtus eluceat: inprimis in ea colẽdã et accersenda. Sunt. n. Patres Aristotelicæ sententiæ memores: eã uidelicet ciuitatem esse perbeatã: in qua maxime uirtus honoratur. Imitatur sane Senatus tuus sanctissimorũ patrum Viẽnense conciliũ / ut refertur Clemẽt. libro. ii. Titulo de magistris / ubi tam sollicite statuit auctoritas ecclesiastica / de parandis triũ linguarũ doctoribus. Imitatur Carolũ Magnũ qui Parisiense gymnasiũ et Ticinẽse uiris undiq́ doctissimis accersitis instituit. Imitatur Alexiũ imperatorẽ: qui museũ erexit: in quo pueros erudiendos instituit. Imitatur Federicũ: qui Patauinũ auditoriũ fecit. Imitatur Sigismũdum Imperatorẽ: qui sæpe Romanos principes accusauit: quod literas latinas odissent / subdẽs maxime fouẽdos: quos naturæ excellentia uirtutibus antestare facile uoluit. In parandis inaugurandisq́ bonarũ literarũ præceptoribus / Senatus idem prudentissimus non parcit ærario etiã sanctiori: in qua quidẽ magnanimitate: ut affatim dictum est: Reges exteros et Romanos principes æmulatur. Habemus exẽpla domestica ne quæramus foris. Etenim me corcoron: ut græci dicunt inter olera: proxime primas in Bononiẽsi gymnasio tenentem: ciuem suũ esse uoluerũt: et iuuẽtutis ingenuæ moderatorẽ: quo quidẽ uno me felicẽ nũcupo. Siquidẽ hic reperi quod diu frustra quæsiuerã / gratissimã animo meo libertatem: quã cũ paucis tu ciuitas Alma mordicus tenes / semperq́ tenuisti. Accipe ergo Respu. Florentissima / accipite florentissimi Decẽuiri nostros in epistolas ad Atticum cõmentarios / mnemosynon uidelicet et monimentũ animi uobis addictissimi: in quo censendum nil nisi dantis amor. Si meliora maioraq́ haberem: ut infit græculus ille / lubens meliora ac maiora darem. Lacte litant rustici: qui nõ habent thura: nec ulli uitio fuit deos colere quoquo modo posset. Hæc tamen quãtulacũq́ fuerint / maxima faciet dicatura: siquidem sacra sunt quæ sacris adhærent. Valete patres optimi: Piumq́ uestrum solito fauore protegite.

CLEMENS  PAPA VII

VNIVERSIS ET SINGVLIS PRESENTES NOSTRAS Literas inspecturis Salutem et Apostolicam benedictionem: Quoniam dilectus filius Ioannes Baptista de Phaellis Bononień. Ciuis ad cōmunē literatorū utilitatē pulchris characterū formis assiduā operam in imprimendo Epistolas Ciceronis ad Atticū/ad Brutum: & ad. Q. Fratrem cum cōmentariis dilecti filii Ioannis Baptistæ Pii Bononień. impendit/magnosq; in ea re labores sumptusq; facit: uereturq; ne insurgente inuidia/æmulationeq; excitata/aliqui sumpto ex eius libris exemplo libros imprimant: Nobis humiliter supplicari fecit/ut eius indemnitati de oportuno remedio prouidere dignaremur. Nos præmissa paterno considerantes affectu/et quæ ad literatorum cōmoditatē spectant libenter annuentes/huiusmodi supplicationibus inclinati/ut ingenia ad plura meliora indies inuenienda excitentur/librisq; omni sublata æmulatione diligentius prodeant impressi et emendati: ac singulos qui ad bene agendum tendunt/uirtutūq; sunt cultores quantum cum Deo possumus opportunis gratiis et fauoribus prosequi cupiētes: Vniuersis et singulis Impressoribus et cæteris personis ad quorum notitiam hæ nostræ peruenerint in toto Christianorum orbe constitutis/sub excommunicationis latæ sententiæ/& in nostris atq; sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ciuitatibus atq; Terris nobis et eidē Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis degētibus personis/etiam Quingentorū ducatorum auri et amissionis librorum quos impresserint/aut alibi impressos ullo modo uenundari presumpserint per contrafacientes ipso facto et absq; alia declaratione incurrēdis/camereq; nostræ apostolicæ applicādis pœnis expresse inhibemus/ne per spatium Septem annorum a data cuiussuis libri quem ipse Ioānes Baptista de Phaellis curauit/seu curauerit imprimendū/uel ediderit primus cōputandorum/dictos libros imprimere/aut per se uel alios etiam extra Italiā impressos uendere: aut uenales habere præsumant. Mandantes uniuersis et singulis nostris et apostolicę Sedis Legatis/Patriarchis/Archiepiscopis/Episcopis/Vicariis/Gubenatoribus/ac preterea Prætōribus/et cæteris officialibus nostris. Vt quotiēs pro parte eiusdē Io. baptistæ de Phaellis fuerint requisiti/ei oī auxilio assistāt: præsentesq; obseruent et exequantur. Inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis/cæterisq; in contrariū facientibus non obstantibus quibuscūq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris: Die . XVII . Ianuarii . M . D . XXVII . Pont. Nostri Anno Quarto .

Be. Cl. Raueń.

¶ Candido Lectori Gerardus Dictus
Lucensis.

Non est quod bone Lector obstupescas:
Si magni Ciceronis Atticismus
Quo nil pulchrius eruditiusq;
Et nil est magis atticum/& uen[illegible]
Nunc primum reuirescat undecunq;
Clarus/perspicuus/nitens/apertus:
Reiectus prius/ut periculosum:
Et uaste pelagus ferum procellis.
Nec non Naufragiis periciorum
Infamis:magis ut timeret illum
Quicqd doctiloqui:sophῶnq; in orbe est:
Quam naute uada syrtis/aut charybdim.
Nam nunc. ille Pius/disertus ille/
Custos & columen nouem Sororum/
Et solus pater utriusq; linguae/
Nostri gloria saeculi perennis/
Orbis deliciae:iubar refulgens
Lucensis populi:decusq; nostrum/
Hoc illustrat opus suo nitore/
Illo/quo tenebras/Chaos uel ipsum.
Musis/Diisq; probantibus serenat.
Testis Plautus adest: Lucretiusq;.
Testis Sidonius:nitensq; Flaccus/
Et quicunq; alii prius latebant.
Quare/cum placidum sit & quietum
Hoc intres Mare:& hinc & inde gēmas
Felix accumula:rediq; Cresus:
Hoc est undiq; Tullianus omnes
Interpres tibi soluit iste nódos:
Vt non se magis author explicaret.
Nec mireris/in hunc enim migrauit
Iampridem Cicero:nec hoc negabis:
Si Lector bone conferes utrunq;.

¶ Scipio Balbus Finalensis in laudem Pii.

Hic est ille Pius uera pietate probandus
Qui longae curam posteritatis amat:
Edidit en quales partu/quantosq; labores
Hoc uno:multis pondera digna uiris:
Non uia trita fuit:reuoluta nec orbita uulgo:
Primus inaccessum flectere coepit iter:
Cecropii/latiiq; patres mirantur:& ullum
Non stupet ingenium turba diserta magis:
Magna quidem uirtus scopulosa per aequora tantas
Incolumi portu praeteriisse uias.

¶ Ad Vrbem Romam.

Seruanti Ciuem si querna e fronde Coronam
Praemia uirtutis Maxima Roma dabas:
Querna Pio danda est/seruauit scilicet illum:
A quo seruata es tu quoq; Roma prius.

Ger.idem.

FINIS

PIVS BONONIENSIS IN EPISTOLAS CICERONIS AD ATTICVM: QVIBVS LVCVBRATIONIBVS NOMEN INDIDIT EOTINA QVOD EAS MANE LVCVBRAVIT.

Prohoemium.

SEMPER Ingeniosi Poetæ in Phaethōta Epitaphiū laudauit qđ libro secūdo Metamorphoseos est positū. Heic situs est phęthon currus auriga paterni: Quē si nō tenuit: magnis tamē excidit ausis. Si quidem auctore peripateticorū princi pe: plus ē scire unū uerbū de rebus speculatiuis: q̄ multa de uulgatioribus. Cuius auctoritatē secutus: cum Cicerone perinde ac cum ualentiore cōgredior: & inter filius opera: diuina quidem omnia: ut qui nō hominis / sed eloquentię nomen obtineat: cū epistolis ad Atticū: cuius Attici nomen: propter pstantiā styli ac eruditionis: perire non sinūt / auctore stoicorū grauissimo Seneca libro epistolarū ad Lucil. tertio. quas Domitius Veronensis propter eruditionis raritatē: sententiarūq; profunditatem: etiam ex industria: Atticismon: perplexitatēq; ingestam: uocat ęnigmaticas. Opus est multiplex: eruditū: eloquens: historicū agens: a quo melius illorū temporū gesta: q̄ ab alio rerū gestarū scriptore: noscere poteris: cū ipse singulis grauissimis rebus pfuerit: nedū interfuerit: quibus epistolis diu multūq; cōquisitis: atq; ubi minime rebatur inuentis: exclamauit Siren errorię. F. Petrarcha: se tandem Ciceronē agnoscere / pcipitem uidelicet ac calamitosum senem. Solebat Pomponius Lętus Togatorū candidissimus dicere: doctrina atq; facūdia. M. Tulliū in his libris supasse seipsum. Quare Flauii historici Foroliuiensis admiramur incuriam: qui in Italia illustrata ponit hęc uerba cum Flaminię fit mētio. Ipse. n. F. Petrarcha & si epistolas Ciceronis Lentulo inscriptas Vercellis repisse gloriatus est: aliud non uidit uolumen earū: quę ad Atticū inscriptę: sic grandiorē habēt eloquentiā / sicut materiā: & Cicero nem magis anxiū attentūq; continent. Sed epistolas Petrarchæ cū ea tū scriberet / non legit bonus Flauius: quod tunc in lucem forte nō uenerāt. Addit idem Flauius mox cum prodiissent in lucem. Quintilianus integer repertus a Poggio primū descriptus in Italiā uenit. Sequę sunt in / certo nobis datę libertatis patrono Ciceronis ad Atticū epistolæ. miror cur dixit incerto cū Petrarcha se inuentorem profiteatur. Fuit. M. Tullius linguæ Romanæ ac eloquētię decus: ut Senecę auctoritate persuademur. Quicqd inquit ille: Romana facundia habet / quod insolenti gręcię aut opponat aut pferat: circa Ciceronē effloruit. In deterius quotidie data res est: siue luxu tēporū. nihil. n. tam mortiferū ingeniis q̄ luxuria. Siue cū pmia rei pulcherrimę cessarint: tralatū est omne certamen ad turpia multo honore quęstuq; uigentia. Siue fato quodam: cuius maligna in omnibus perpetuaq; rebus lex est: ut ad summū pducta: rursus ad infimū: uelocius etiā q̄ ascenderint: relaberentur. Quintilianus. Dicendi mutauimus genus. Mox. Quid multa? Totus prope mutatus est sermo. Gellius. Suauitas in Cicerone impromiscua; & a fuco remota. Et. cum insolētias uerborum dictorūue Cicero respueret. Dicere illud eiusdem Auli de. M. Tullio possumus. Quod scribit: id a melle ac sirenibus profluit. Salustius cū iactura pudicitię prodit hanc eloquētiam Ciceronē sub. M. Pisone didicisse. Fuit hic. M. Calpurnius piso: de quo in Bruto fit mentio ubi in rephendēdis uerbis acutus atq; solers uocatur. Sępe tamen stomachosus: interdum etiā facetus. Is cū satis floruisset adulescens: minor est haberi cęptus postea. Nam quātū detraxit de studio: tantū amisit de gloria. Ad hunc deductū a patre. M. Tulliū Pedianus auctor est. Plutarchus Ciceronē a tuberculo naris: instar Ciceris appellatū prodit quod Priscianus libro. ii. asserit / cum ab habitu faciei eū dictū putat. nō tamen primus fuit hoc nomine. Reperio apud Liuium libro tertio ab urbe cōdita nō nihil de Cicerone Clodio tribuno plebis ante hunc Ciceronem: lecto. Plinius noster togatorū doctissimus Cicerones a satione Ciceris / ut Fabios & Lentulos / a leguminibus proditos inquit. Alii a Cicere quidem Ciceronem dictū uolūt / sed nō ferēdo / at ab ma didi Ciceris infectura nescioqua tingēdi capilli inuentione: cuius Cicero fuerit auctor / Sereniq; huc sententiam trahunt.

In pulchram speciem nigros flauescere crines
Vngento Ciceris predixit Tullius auctor.

Marcellinus libro. xxvi. hist. M. Tulliū reuerendū testem uocat cōtra zoilos / a quibus reprendit quod in epistolis ad Atticū καί νισμον fecerit. Est autem καί νισμος auctore Quintiliano / quędam

Piso prætor Cicer.

Cicero unđ

Cœnismos

Cōtra apollinarem.

mista ex uaria ratione linguaꝶ oratio:ut si Atticus dorica:ionica :æolica etiam dicta confundat: Adde nouam Leontiū Sidoniū Apollinarē:auersis musis:& Apolline nullo:de.M. Tullio in stylo epistolari silere melius putasse:ut suspendio:quod aiunt:arbor sit eligenda.O Bardum hominem & patria sua barbariorem.patcimus tamen homini transalpino & sacro:cui.n.mirū sit canibus falernū nō sapere:Hadrianus impator Ciceroni Catonē : Virgilio Enniū pari errore ꝑtulit: cuius ea fuit eloquētia ut probus impator:auctore Vopisco:diceret. Quis Pompeiū sine Tullio nosset? Taciti uerba sunt hæc.Catoni seni cōparat.C.Graccus:plenior tn̄ & uberior. Gracco politior & ornatior Crassus. Vtroq; distinctior & Vrbanior & altior Cicero:Cicerone minor Coruinus/at dulcior/& in uerbis magis elaboratus.

Vitia Ciceronis ut zoili aiunt.

Satis constat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse:quibus inflatus & tumens/nec satis pressus/supraq; modum exultāris & superfluens/& parum antiquus uideretur. Eum Caluus solutū ac eneruem uocat. A Bruto fractus & elumbis. Addit:quod miror. Si me interroges/omnes mihi uerum dixisse uidētur.hęc Tacitus.subdit tamen.primus excoluit orationem Cicero:primus & uerbis delectum adhibuit: & cōpōni artem: locosq; attentauit/& quasdam sententias inuenit. Tu expende illa Senecę uerba libro.v. Epistolarū ad Lucil.Cicero quoq; noster:a quo Romana eloquētia exiluit : Gradarius fuit/per gradus uidelicet pronūtiabat/ut colligimus ex supioribus.

Gradarius.

Caietanū.

In Caietano rure florentissimo ac amœnissimo occisus est Cicero & poterat locus utcūq; conuenire / ut orator florentissimus florido in rure moreretur. Auctor.F.Petrarcha/a quo uere/nimis heu uere dictum est:uerecūdum ac modestū foret post Ciceronē:silentiū.Idem testis est in senilibus epistolis/quidquid preter Ciceronē legeret/raucū/dissonūq; uisum.Plinius sapienter Ciceronē lucem doctrinarum alteram uocat. Sed ut hęc tandem missa faciā : Cum gręcus auctor Hermogenes scribat expositorē in tribus elaborare debere/in sensu/dictione & cōstructione:lacertis opus est & pectore firmo/ut id a nobis nō omittatur:quare deuio calle:ut prediximus/omisso fores interpretationis actutū pulsemus.

Expositoris officiū.

ℂ Primæ Epistolæ quæ incipit:PETITIONIS:Argumentum.

COnsulatū Cicero petiturus dis ordinibusq; cūctis fauētissimis : de Cōpetitoribus suis idignissimis nōnulla interserit/ita tn̄ ut Cæsarē tribunatū nūc petere certū putet:quē gaudet nūc petere/qm̄ si in annum Ciceronis inciderit/firmior cādidatus fore uidetur quod curator est uię Flaminiæ. Rogat Atticū ut manū Pōpeii sibi curet/excusatio quod Caecilio auūculo nō affuerit quem hominem durū uocat:& minime bellū. petit ut hoc ignoscat quoniam ne id faceret humanitate prohibitus est.Statua Mercurii & Minerue missa delectauit. Filiolo se auctum ostendit salua Terentia.

¶Interpretatio.

PETITIONIS. De petitione consulatus intelligit: quis olim Pretor fauentibus populo ac senatu renunciatus fuerit auctore Plutarcho: qui in uita M. Tullii de cõsulatu sic: Fama erat coniurationẽ magnã cõtra Rẽpublicã esse initam, cędem ingentem parari. sed neq; auctores certos ea fama habebat. Ea suspicio petitioni Ciceronis maxime profuit: quod eius prudentiã facile resistere posse tantis periculis arbitrarẽtur. In petitiõe cõsulatus hęc scribi, preterq̃ quod ĩtra se res apit: Cornelius Nepos inuere uidetur in Attici uita: cui si credimus: undenos epistolarũ libros Cicero scripsit, qui mox minutius in. xvi. dissecti sunt.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER PRIMVS.

PETITIONIS Nostrę: quã tibi sũmæ curę eẽ scio: huiusmodi ratio est: quod adhuc cõiectura puideri possit. Prensat unus. P. Galba sine fuco: ac fallaciis: more maiorũ. negatur: ut opinio hominũ uideatur nõ aliena rationi nostrę. Fuit illius hæc præpropera prẽsatio. nam illi ita negãt uulgo: ut mihi se debere dicant. Ita quidem spero nobis profici, cum hoc percrebescit: plurimos nostros amicos inueniri. Nos autem initiũ prẽsandi facere cogitaramus eo ipso die: quo puerum tuum cũ his litteris proficisci Cincius dicebat. In cãpo comitiis tribunitiis ad. XVI. Cal. Sex. Competitores: qui certi esse uidebãtur: Galba: & Antonius: & Q. Cornificius. puto te in hoc aut risisse: aut ingemuisse: ut frontẽ ferias. Sunt qui etiã Cæsonium putent. Aquiliũ non arbitramur: qui denegat: & iurauit morbũ: & illud suum regnũ iudiciale opposuit. Catilina: si iudicatum erit meridie, non lucere: certus erit Competitor. De Aufidio: &

Prensat. Ambit. Candidatis. familiare uerbũ unde pñsatio pro ãbitu. — Prensare. Prensatio.

Negatur. Fauor popularis Galbę subtrahitur. Rationi nostrę. Cõsilio nostro. probat maturitas petitionis meę exclu so Galba pp̃ropere ambiente.

Ita quiddam. Defendo Romanã lectionẽ. Significat. n. qd dã rem certã & minime ambiguã auctore Boethio. Aliquid cõtra: quod docet. M. Plautus. Certũ q̃ aliqd mauolo. — Quiddam. Aliquid.

Cornificius. Hic ẽ ille Cornificius, apud quem depositus fuit Cethegus iussu senatus reus cõiurations Catilinę. Nõ puto hũc fuisse Cornificiũ poetã: quem Eusebius Chronographus ait a militibus destitutum, quos sępe fugientes, Galeatos lepores appellaret. huic alludẽs ĩgenio sus poeta: graue Cornifici opus appellat. Huius soror Cornificia: cuius insignia extabant epigrãmata. — Cornificius. Galeati lepores. Cornificia poetria.

Aqliũ. Fuit hic iudex seuerissimus, apud quem Cicero annũ agens. xxvi. causam priuatam pro Quinctio dixit, q̃uis Cornel. Nepos dixerit. xxiii. annis orasse. Rephenditur is a Gelio libro. xiiii. huius. M. Cicero iudiciale regnum appellat. qm̃ maximus ac sanctissimus iudicũ fuit, & tribunaliũ rex, ut Cicero rex fori uocabatur, qm̃ in eloquẽtia forensi principatũ obtinuit. In nostro regno sumus qñ ad id mouemur, ubi principatũ & primas tenemus, auctore Albio poeta mellitissimo. Et geret in gremio regna supba tuo. — Aquilius. Rex. Regnum.

Meridie nõ lucere. Nõnulli nimiũ simpliciter interp̃tãtur: si iudicatum erit meridiem, cõcubiã esse noctẽ, Catilinã uidelicet fore cõpetitorem si de medio die nõ lucebit: quod cũ nũq̃ futurũ sit, certus nõ erit cõpetitor. Iuxta quã sententiã prolatũ est illud a Hieronymo in Isaiã. Impegimus meridie in caligosis quasi mortui. Alii. Si homines eius clariora facinora nõ uideant. uetus lectio habet. Si iudicatũ erit meridie, mehercule certus erit cõpetitor. Beroaldus emendauerat, meridie nõ liq̃re. hoc sensu. Catilina reus competitor noster erit: si non fuerit occupatus in causa dicẽda, si Catilina reus cõpendinatus erit. Romani tres tabulas iudiciales habebant, unã proponebãt cũ litera. A. Erat hæc absolutoria. Secũdã cũ elemẽtis his. N. & L. hoc est nõ liq̃re. & tũc ampliabat̃ diffindebaturq; dies causę dicũdę. Tertiã cũ. C. & hęc cõdẽnabat. lege Pedianũ de his tribus tabulis in diuinatione. Si ergo Catilina: dicebat Beroaldus: nactus erit tabulã causę ampliatoriã, poterit ambire & meus esse cõpetitor ut fuit: quod colligo — Meridie nõ lucet. Tabulæ iudiciales tres.

In oratione pro Cælio. Sed ſi nõ referet hanc tabellã: cogetur cauſam dicere/ambire nõ poterit. Pedianus citat Ciceronis in toga candida cõmentariũ his uerbis: hoc iudicio abſolutus eſt Catilina/ut Clodius infamis fuerit quod ꝑuaricatus eſſet. Nam & reiectio iudicii ad arbitriũ rei uidebatur eſſe facta a Clodio accuſatore Catilinæ/intercedentibus Craſſo & C. Cæſare in hoc iudicio ꝑuaricante Clodio. Idem Marcus Tul. in oratione de Aruſpicũ reſpõſis: hęc uerba ponit. Clodius a Catilina pecuniam accepit/ut turpiſſime ꝑuaricaretur. Sed oblitus eſt Beroaldus uir gloriæ & ꝓſidio muſarũ alioqui

Beroaldi laus.

Palicano nõ puto te expectare: dũ ſcribã. de iis: qui nũc petunt; Cæſar certus putatur. Thermus cũ Silano cõtẽdere exiſtimatur: qui ſic inopes; & ab amicis: & æſtimatione ſunt; ut mihi uideatur non eſſe ἀδύνατον Curium obducere: ſed hoc pręter me nemini uidetur. noſtris ratiõibus maxime cõducere uidetur: Thermum fieri cum Cæſare. Nemo eſt enim ex iis; qui nunc petũt qui ſi in noſtrũ annum reciderit: firmior Cãdidatus fore uideatur. propterea ꝙ curator eſt uię Flaminię: quę cũ erit abſoluta: ſane facere facile eũ: libenter nũc ceteri Cõſuli acciderint. Petitorũ hęc eſt informata adhuc cogitatio. Nos ĩ omni munere Cãdidatorio fungẽdo ſummã adhibebimus diligentiã. & fortaſſe: quoniã uidetur ĩ ſuffragiis multũ poſſe Galba. Cũ Romę a iudiciis

Abſoluti tantũ ꝓnſabant.

natus: reos nõ poſſe ꝓnſare niſi poſtq̃ abſoluti fuerint, hoc ego ſum expiſcatus ex libro. x. codicis: ſic Alexãdro imparore ſcribẽte. Reos criminis poſtulatos, nouos honores appetere non debere anteq̃ purgarent innocentiã ſuam/& a diuis parentibus noſtris & a me ſæpe reſcriptũ eſt. Ergo in. M. Tullio legendũ erit/ſi iudicatũ erit non licere/ſubintellige/accuſationẽ uim habere ac locũ/quoniam tũc ſtatim expedietur. Cur addatur meridie docet Plinius libro. vii. na. hiſt. his pene uerbis. Addita eſt meridies accẽſo cõſulũ id pronũtiante. Varro libro. ii. de lingua latina. Vt ꝓco accenſus acciebatur a quo accenſus quoq; dictus. Accenſum ſolitũ ciere Boetia oſtendit: quam comœdiã alii eſſe ducunt hoc uerſu. Vbi primũ accenſus clamarit meridiẽ. hoc idem Coſconius ſcribit ꝓtorem accenſum ſolitũ tñ iubere ubi ei uidebatur horã eſſe tertiã: inclamare horã eſſe tertiã. Itẽq; meridiẽ & horam nonã. Meridie iungitur cũ dictione iudicatũ. Nõ licere: interpretatẽ Clodio accuſare Catilinam/cui ꝑuaricator Clodius ceſſit. Poſſet tamen reſpondere Beroaldus/hoc quidem primũ ſanxiſſe Alexãdrũ/ſed apud ueteres ampliatos ambire potuiſſe: quod tñ mihi nõ fit uetiſimile ꝓpter illa uerba/& a diuis parentibus noſtris. Palicano. fuit homo picens dicacitatis infamis de quo inferius multa. Petũt. tribunatũ. Syllano. Scribe Silano. ex monimẽtis ętis & marmoris. Eſt nomen Silanus forſan ante Syllã natũ/Mox idem Silanus poſt Ciceronis cõſulatũ cũ Murhena creatus eſt cõſul. Ἀδύνατον. impoſſibile & incõgruũ: ut poſſit Curius creari magiſtratus. ſi ambit: Ambiat etiã ſcurra de triuio/impetrabit profecto/ſi iſte impetrat. Iungentur iam Grippes equis. Curiũ. hõ poſtremiſſimæ notæ ac ꝑinfamis/de quo Septimius Tertullianus in libro de pallio. Taceo Nerones & Apicios/& Rufos/impunitatẽ Scauri/& aleã Curii/& uinolentiã Antonii/& memẽto interim iſtos ex multis togatos fuiſſe. Infamis erat ob ſtudiũ aleę Talarię/poſtea dãnatus eſt hõ quęſtorius auctore Pediano elegãtiſſimũ hoc calui Phalecitũ afferẽte. Et talis curius perudirus. Facile eũ libẽter nũc ceteri Cõſ. acciderint. Aldus ex furũculo catel nomia facere ſolitus/ſic emẽdat. Sane facere facile libẽter acciderint. Nugæ meræ. At Bat ut locat Plautus. Tu emẽda ex caſtigatis exẽplaribus. Sane facile eũ ac libẽter tũc certũ cõſulẽ accipiẽt. Hac Flaminię ꝓcuratiõe popularis & fauorabilis erit Thermus/& ꝓculdubio creabit cõſul quare declinãdi ſunt potẽtiorũ ac fauorabiliũ cõtentiones: ęmulationesq;. Beroaldus legit/nũc ceteri cõſuli acceſſerint. Petitorũ. Sebaſtianus Carpus uir ſũma doctrina atq; fide hoc eẽ principiũ alterius epiſtolę cõtẽdebat/nõnullis argumẽtis/ꝑcipue qđ ſupra tradit/Galbę negat. hic uero/multũ i ſuffragiis uidet poſſe Galba: ut neceſſe ſit ſaltẽ modicũ tpris interuallũ itercesſiſſe. Niſi hoc additũ ſit eplę anq̃ cõplicaret/exẽplũ ſimile eſt in. D. Bruti ep. lib. xi. familiarũ: &. xvi.

Silanus.

Adynaton

Curius aleator.

Informatũ.

Informata. Rudis/nec adhuc i ꝑfectũ ꝓdiens. Ita cogitat nõ ſit adhuc. Maro. His iformatũ manibus iã pte polita Fulmen erat. Cice. haud multũ tegreres illũ uirũ/q i. vi. lib. informatus ẽ. De oratore. Referamus nos ad eum quẽ uolumus incohandũ/& eadẽ frequentia informandũ.

Munere cãdidatorio. i hoc exercitio ꝓnſatiõis: quæ fiebat in toga cãdida: de qua idẽtidẽ meminit Aſconius. Sed cur hoc potiſſimũ in toga candida fieret Plutarchi problemata euolue.

Forũ refrixerit. Deſitũ erit ambiri. Quæ infrequẽtia ſunt/frigere dicũtur/ut Perſius. Limina frigeſcant. Cõtra calere: quæ in uſu ſunt frequentiori. Cæſar Auguſtus apud Trangllũ. Forum aleatoriũ excalfecimus.

Frigere.

Piſonem. Qui iuerat pacificatum allobroges/ut paulo poſt aperietur. Qui a cognato Piſone Cõſule in ordine rogãdi ſentẽtias ꝓpoſitus eſt Ciceroni. mox ab Heluetus iugulatus/de quo lege Cæſarem in primo cõmentario gallico.

Piſo.

Manũ Pompeii. Opẽ uel amicos Põpeianos. Manus ſignificat cohortem & agmen.

Cecilius.

Cecilius. Hic auũculus Titi Pomponii fuit/de quo dicetur infra: cuius teſtamento poſtea factus hæres Atticus/Titus Cecilius eſt dictus. Verba Cornelii nepotis ſubdere libuit. Habebat aũculũ. Q. Ceciliũ equitẽ Romanũ/familiatẽ. L. Luculli/diuitem difficillima natura: cuius ſic aſpitatẽ ueritus ẽ/ut quem nemo ferre poſſet/huius ſine offenſione ad ſummã ſenectutem retinuerit beneuolẽtiam: quo facto tulit pietatis fructũ. Cecilius.n. moriens teſtamẽto adoptauit eũ/hęredẽq; fecit ex dodrãte. Ex qua hæreditate accepit circiter centies ſeſtertia.

forũ refrixerit: excurremus menſe Septẽbri Legati ad Piſonẽ: ut Ianuario reuertamur. Cũ perſpexero uolũtates Nobiliũ: ſcribam ad te. Cætera ſpero prolixa eſſe his dũtaxat urbanis Cõpetitoribus. illam manũ tu mihi cura: ut præſtes: quoniã ꝓpius abes. Põpeii noſtri amici: negant me ei iratum fore: ſi ad mea comitia non uenerit: atq; hęc huiuſmodi ſunt. ſed eſt: quod abs te mihi ignoſci peruelim. Cęcilius auũculus tuus: a. P. Vario cũ magna pecunia fraudaretur: agere cœpit cũ eius fratre Caninio Satrio de iis rebus: quas eũ dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. Vna agebant cæteri creditores: in quibus erat Lucullus: &. P. Scipio: & is: quem putabãt magiſtrũ fore: ſi bona uenirent. L. Põtius: uerũ hoc ridiculũ eſt: de magiſtro nũc cognoſcere: rogauit me Cęlius: ut adeſſem cõtra Satriũ. dies fere nullus eſt: quin hic Satrius domũ meã uentitet. obſeruat. L. Domitiũ maxime. me habet proximũ. fuit & mihi &. Q. Fratri magno uſui in noſtris petitionibus. Sane ſum ꝑturbatus: cũ ipſius Satrii familiaritate: tum Domitii: in quo uno maxime ambitio noſtra nititur. Demõſtraui hæc Cæcilio: ſimul & illud oſtendi ſi ipſe unus cũ illo uno cõtenderet: me ei ſatiſfacturũ fuiſſe: uerũ i cauſa uniuerſorũ creditorũ: hominũ præſertim ampliſſimorũ: qui ſine eo: quẽ Cæcilius ſuo nomine ꝓhiberet: facile cõmunẽ cauſam ſuſtinerent: æquũ eſſe: eũ & officio meo cõſulere: & tẽpori. Durius accipere hoc mihi uiſus eſt: quã uellem: & quã hoĩes belli ſolẽt: & poſtea prorſus ab

Eum. P. Variũ Caninii Satrii fratrẽ.

Mãcipio accipere.

Mãcipio accepiſſe. Emiſſe emptione ſolẽni adhibitis/ęre/libra/libripende. metaphorice Lucretius ſignificaturus humanã uitã dari ꝓcario/ſic cecinit. Vitaq; mãcipio nulli daẽ: oĩbus uſu. hac uẽditione res tranſibat in emẽtis poteſtatẽ mãcipiiq;/ut illinc amplius iure diuelli non poſſet. Diciẽ & hæc uenditio mancupi aduerbialiter/in qua de euictione tenemur. Cõtra in uẽditione nemãcupi. hodie de rato & facto uocaẽ. Plura in Plautinis qõnibus diximus imo dicebamus/Cudimus lõge lucubratiores.

Nemãcupi.

De uario. a uario. De ſignificat ab Cicerõi: Lucio: Senecæ oĩbus. Finge rem ita ſe habere. Seius Cecilio debebat cẽtum/iſt ut Cecilio iponeret/uẽdidit bona fratri Titio dolo .i. in fraudẽ creditorũ. Cecilius hanc imaginariã uẽditionẽ uocabat/quoniã nõ eſt ſecuta ſolutio ſed Seius tantũ cõfeſſus eſt ſe recepiſſe. utebaturq; exceptione doli mali Cecilius.

Magiſtri.

Magiſtrũ fore. Magiſtros priſci dicebant quos hodie priores. a Cicerone magiſter ſcripturæ/quẽ alii publicanorũ/rationatorũ principem uocãt. Qui bonis alicuius uendendis ꝓerat ut creditoribus ſolueretur: uel cum aliquid ſub haſta ueniret: magiſter uocabatur. Quintilianus libro. vi. Peruenit res uſq; in ænigma/qualis eſt Ciceronis in plectorium Fonteii accuſatorem/cuius matrem dixit dum uixiſſet: ludum/poſtq̃ mortua eſſet/magiſtros habuiſſe. Dicebantur dum uixit infames fœminæ ad eam conuenire ſolitæ. poſt mortem bona eius uenibant. M. Tullius inferius libro ſexto. De poſſeſſionibus hæreditatum & poſſidendis bonis/magiſtris faciundis/uendendiſq; ex edicto & poſtulari & fieri ſolet.

Quintilianus enarratus.

Sine eo. Me Cicerone. Perhiberet. Patronum produceret. Eum. Cecilium.

Instituta. Recenter inita. Erat nouus Ciceroni amicus Cecilius. Vnius. Quidã codices habẽt amici/utcũq; de Caninio intelligit. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή. Sentẽtia Platonica qua significatur diuinũ bonũ eẽ honorẽ/cui nõ abludit id Aristotelicũ quod positũ est libro ethicorũ.iiii. Maximũ bonorũ exteriorũ est honor. Oẽs gratias. Plerique codices hñt omniũ. Ad te rõibus. A terinus scribit detractoribus: malignis uidelicet competitoribus. Hermathena. Imago marmorea Mercurii & Mineruæ deorũ ingenii pñdum. Sonat uox grçca/Mercuriũ & Mineruam. Hermes ille: ista dicit Athene. De hermis/hermerotib. ista p/lyxe. ἑρμαθήνη. Statua illa hermathena ita gymnasiũ or/nat/ut istar totius gymnasii pẽ sef. qm̃ oculi omniũ in eã côiiciuntur. Figulo. Cognomẽ/tum figuli inditũ ob rotã figulares: cuius uertiginẽ pnicissimã cũ geminorũ uarietatẽ ostẽdere uellet: cçlo cõparabat. Augustinus auctor de ciuit. dei. hunc Eusebius Chronographus putat ob magiæ suspicionẽ actũ fuisse i exiliũ/cuius sceleri nigidiano Sallustius fuit affinis auctore i diris i Crispũ. M. Tullio. Scelus. n. prisci magiã putarũt auctore Plinio: Lucio: cæteris.

Hermathena.

Figulus.

Magia.

institura nostra paucorũ dierũ consuetudine longe refugit. Abs te peto: ut mihi hoc ignoscas: & me existimes humanitate esse prohibitũ: ne contra amici summam existimationem miserrimo eius tempore uenirem: cũ is omnia sua studia: & officia in me cõtulisset. Quod si uoles in me esse duriorẽ: ambitionẽ mihi putabis obstitisse. Ego autem arbitror: etiã si id sit: mihi ignoscẽdum esse. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή. Vides enim in quo cursu sumus: & quam omnes gratias non modo retinendas: uerum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me causam probasse. Cupio quidem certe. Hermathena tua ualde me delectat: & posita ita belle est: ut totum gymnasium ἑρμαθήνη esse uideatur. Multum te amamus. L. Iulio Cæsare. C. Marcio Figulo COSS. filio me auctum scito: salua Terentia.

Argumẽtũ.

Alterius Epistolç principiũ q̃ oĩno a supiori dirimenda est. Atticũ tacite castigat quod in scriptitãdis litteris cessauerit. Catilinæ patrociniũ nõ subtrahit: ut absolutus opa Cice. cõiũctior fit in rõne petitionis. Rogat aduẽtũ maturet/ut Põpeianos molliat familiares suos. Auiã Titi desiderio mortuã ait. amat Atticum q; signa miserit: pro quorum uectura æs curat. Lucciũ placate tentasse ab Attico alienatum. sed frustra/suspiciones cũ uenerit cognoscet. Tulliolã Pisoni despondisse.

M. T. CICE. T. P. ATTICO. S.

Abs te tam diu nihil literarum? Ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam cõpetitorẽ nostrũ defendere cogitaramus. Iudices habemus: quos uolumus sũma accusatoris uoluntate. Spero: si absolutus erit: cõiunctiorem nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit: humaniter feremus. Tuo aduentu nobis opus est maturo. Nam prorsus summa hominum est opinio:

Interpretatio.

ABS TE Tã diu. Seiũgat ac dirimat a supiori hæc Epla ut diximus. Accusatoris. Clodii. nã is repetũdarũ Luciũ Catilinã accusauerat. mox puaricator ista leuitate ex accusatore factus. Catilina. Fenestella prodit. L. Catilinã a Cicerõe fuisse in foro defensum. Pedianus tñ in toga cand. cõtrariã sententiã seq uidet ac mẽdacii reũ Fenestellã agere. Sunt qui putãt Catilinã a Clodio accusatũ quod. M. Mario Marii Cratidii filio oĩ cruciatu prius torto: collũ gladio sua dextra secuerit/cũ inter digitos eius riui sanguinis flueret. Pedianũ audi: M. Marius a. L. Catilina crudelissime interẽptus est. M. uero Cice. in ea orõne quã habuit cõtra Antoniũ & Catilinã cõpetitores copiose de hoc ipso Mario retulit. Is. n. uir popularis fuit/atq; ob eã causam bis ptor: cuius abscissum caput sua manu Sergius Catilina per urbẽ circũtulit: qd' illi a. M. Tullio sæpius obiectũ est. Catilina reus erat Africæ spoliatæ: ut a Pediano accepimus in toga candida/& Clodium puaricatum fuisse nõ Catilinam/ac ita Pedianũ emẽdãt. Alii cõtẽdũt reũ fuisse Catilinã stupri illati filiæ uirgini/uel ut inquit Appianus libro. ii. qm̃. L. Catilina gloriæ & generis splẽdore pcellẽs/temeritate notissimus adolescẽtẽ filiũ ob Aureliæ Orestillæ

Catilina reus.

amoré interfecisse dicit:cũ mulier supstite filio nuptias eius recusaret. Sed opinio illorũ uera est qui dicũt Catilinã reũ fuisse repetũdarũ. Audi Ciceroné in orat. pro Cælio. Secutus est annus: causam de pecuniis repetundis Catilina dixit. Consulatum petiui/petebat Catilina mecum.

Tuos familiares. Crassum &. C. Cæsarem refragatores Cicerõis auctore Pediano: quibus intercedentibus Clodius accusator Catilinæ puaricatus est. Latinæ. Ciuitates quadraginta septem ex populis latinis: ferẽtes carnem in Albanũ montem cõueniebant. Feriæ latinæ dicebantur. olim tres latinaꝝ dies solẽnes. Furii Camilli tẽpore quartus ẽ additus. Lege Plutarchũ ĩ Camillo. Liuius lib. vii. de bello Macedonico. Ea procurata: Latina instaurata/quod Laurẽtib. carnis: q̃ dari deberet: data non fuerat. Supplicatio quoq; earum religionũ cã fuit. x. ingenui. x. uirgines patrimi oẽs/matrimiq; ad id sacrificiũ adhibiti: & decem uiri nocte latenter rẽ diuinã fecerunt. Scitu dignum ac minime omittendum quod Plinius libro uigesimoseptimo Natu. histo. prodit his uerbis: Latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio: uictorq; absinthiũ bibit. Pręfectũ urbi latinarum causa relictum: senatũ habere posse Mutius negat/quoniam ne Senator quidem sit/neq; ius habeat sententiæ dicendæ: cum ex ea ętate præfectus fiat/quæ nõ sit Senatoria/auctor Gelius lib. xiiii. De Latinis & earũ origine ac ritu lege quæ Allicarnasius Libro quarto historiarum meminit.

Latinæ.

Carnis.

Victor Absinthiũ bibit.

tuos familiares nobiles homines aduersarios nostro honori fore. ad eorum uoluntatem mihi conciliandam: maximo te mihi usui fore uideo. Quare Ianuario ineunte/ut constituisti cura: ut Romæ sis. Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse: & simul quod uerita sit: ne Latinæ in officio non manerent: & in montem Albanum hostias non adducerent: eius rei cõsolationem ad te. L. Saufeium missurum esse arbitror. Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus ex quodam rumore: an ex literis tuis ad alios missis. nam ad me de eo nihil scripsisti. Signa: quæ nobis curasti: ea sunt ad Caietam exposita: nos ea non uidimus. neq; enim exeundi Roma potestas nobis fuit. misimus: qui pro uectura soluerer. te multũ amamus: q ea ab te diligenter: paruoq; curata sunt. Quod ad me sæpe scripsisti de nostro amico placando: feci: & expertus sum omnia: sed mirandũ in modũ est animo abalienato. quibus de suspicionibus & si audisse te arbitror: tamen ex me: cũ ueneris: cognosces. Sallustiũ præsenté restituere in eius ueteré gratiã nõ potui. Hoc eo ad te scripsi: quod is me accusare de te solebat: in se exptus est illũ eẽ minus exorabilẽ: meũ studiũ nec tibi defuisse. Tulliolã. C. Pisoni. L. F. frugi despõdimus. Vale.

In officio. Carnis distribuendæ. est irrisio superstitiosæ aniculæ/ut si dicerem: Senes solitos anno seculari/quod hodie Iobileum dicunt/extabescere mœrore: quoniam non potuerunt impediti bellis undique emergentibus Romam petere ad errorum suorum reatus abstergendos. An ex literis. Subintellige non satis liquet. Quidam legunt ac coniunctim. Curasti. Mittenda/uel emisti. Amamus. Gratias agimus: rem nobis gratam fecisti. Nos ad te summopere amandũ pellexisti. Figura loquẽdi Ciceroni familiaris. Amico. Hic fuit Lucceius ut infra patebit. Eius. Lucei. & hic cum Luceio dissidebat. Is. Sallustius. De te. Circa causam tuam. Tãquam causam tuam indiligenter curarem. Expertus est in proprio negotio nullam meam esse culpam. Sed hominis duriciem. In se. In causa sui. Hoc est Salusti. Illum. Luceium. Meum studium. Zeuma a superiori. & expertus est. Frugi. Cognomen hoc Pisonum hinc accepit originem/ut utar uerbis. M. Ciceronis sexta in Verrem actione positis. Tantus frugalitatis paternæ imitator/ut cum forte in exercitatiõe fractum annulum reficere uellet/aurificem corduba iusserit accersiri: ac in medio foro posita sella/appensoq; auro uidentibus omnibus annulum faceret. Sed & pater uocatus est frugi/qui prior domum illustrauit: qui Tribunus plebis legem de repetundis pecuniis tulit: & causas egit: & multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit. Orationesq; reliquit: quæ iam euanuerũt: & annales sane exiliter scriptos. Auctor Cicero in oratore. Pisones a Pisis serendis leguminis genere dicti: etiam Calpurnii nõ Calphurnii: a Calpo Numæ regis filio: cui allusit Horatius in arte poetica sic. Vos O Pompilius sanguis. Non nomine proprio igitur sed alte a maiorum uirtute repetito/uocatus est hic Piso fru-

Sæcularis ãnus Iobileum.

Amare.

Piso frugi.

Calpurnii.

Calpus.

gi. Idem ad Atticum quoq; alibi. Ad .viii. Idus Apriles sponsalia Crassipedi præbui. Fuit huic quoque Pisoni suus inter oratores locus: de quo. M. Tullius meminit in Bruto. Ex Plutarcho Aretinus. Ex Tulliola generos habuit duos: & quidem utrūq; summæ nobilitatis. primo Crassipedem Pisonem: qui paulo ante profectionem eius in Ciliciem defunctus est. Postea uero Dolabellam: cui etiam Tullio in Cilicia proconsulatum gerente/ Tulliola nupsit. Cicero libro .vii. harū Epistolarū. Ad eum. n. solum & ad Cassii fidem non scripseram. Tu lege. Crassipedem.

¶ Argumētū.

SVADET Attico ut Romæ adsit ob multa/ presertim ut fratris comicia obeat: ac Vpilianā cōtrouersiā transigat. Macrū secūdo populi fauore dānasse monet/ de signis & Hermathena nōnulla.

¶ Interprētatio.

OBIERIS. Obibis: adiuuabis: instrues: ornabis. Fratris. Mei Quinti. Comicia. Petitionē. petebat & frater Ciceronis magistratū. Vpilianā ɔtrouersiā. litē quā habes cū Vpilio. Transegeris. Expedies ut dici uulgo solet. Terētius. Fabula transiget intus. Iā rē trāsigere. Scribatur. Eam. Intercessio. hic patrociniū significat. Spōdet opē suā in ɔtrouersia: quā pro Vpilio habebat. Populi uolūtate. Populo fauentissimo. De C. Macro. ṗtor nūc erat Cicero

Intercessio.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CRebras expectatiōes nobis tui cōmoues. Nuper quidē cū te iam aduentare arbitraremur repente abs te in mēsem Quītilem reiecti sumus. Nūc uero sentio: q; cōmodo tuo facere poteris: uenias ad id tempus: quod scribis. obiens. Q. Fratris Comitia. nos lōgo interuallo uisens: ac Vpilianā cōtrouersiā trāsegeris. Hoc me ēt Peduceus: ut ad te scriberē: admonuit. Putamus. n. utile esse: te aliquādo iā rē trāsigere. mea intercessio & est: & fuit parata. Nos hic īcredibili ac singulari populi uolūtate de. C. Macro trāsegimus: cui cū ęqui fuissemus: tñ multo maiorē fructū ex populi existimatiōe illo dānato cœpim9: quā ex ipsius: si absolutus esset: gratia cœpissemus. Quod ad me de Hermathena scribis per mihi gratū est. ornamentū Academię propriū meæ: quod &

dū hæc scribit & petitor consulatus paulo post ṗturā futurus ineūte Ianuario finem magistratui eius imponēte. nō sunt ista cōtraria. historia est apud Plutarchum in uita Ciceronis his pene uerbis. Cum ṗturæ multi ac maximæ dignitatis uiri Ciceroni competitores essent/ ipse longe omnibus ṗlatus ṗtor designatus est: neq; i eo magistratu parum splendidū atq; integrū nomen gessit. Quippe Licinius Macer uir & potentia sua: & fauoribus Crassi ualidus: reus peculatus apud Ciceronē actus est. Is ergo studiis magnitudinis suæ fisus: & simul iudicibus: quos inter se dissentire comperat: domū se recipit: & cōfestim mentū abradit: atq; uelut superior in causa eua sisset: nitida stola amictus redit in forum. Inter hæc apud ṗtorium occurrit ei Crassus ac nuntiat ut ille omnibus sentētiis iudicū damnatus esset: quo accepto Licinius ingenti dolore oppressus occubuit rediens: moxq; ęgra nece cōsumptus. Quamobrem per totam urbem hic rumor dilatus diligētiam ac integritatem Ciceronis in iudiciis recte seruandis passim effulsit. Valerius Maximus libro nono. Consimili impetu mortis. C. Licinius Macer uir pretorius Calui pater tepetundarum reus dum sententiæ dicerentur in menianū conscendit: siquidem cum ipse. M. Ciceronem: qui id iudiciū cogebat ṗtextam ponentē uidisset/ misit ad eum qui diceret/ se non dānatum sed reum periisse: nec sua bona hastæ posse subiici: ac protinus sudario: quod forte in manu tenebat: ore & faucibus suis coarctatis: incluso spiritu pœnam morte ṗcurrit: qua cognita re Cicero de eo nihil pronūtiauit. Igitur illustris ingenii orator ab inopia rei familiaris: & a crimine domesticæ damnationis: inusitato paterni fati genere uindicatus est. Per mihi gratum. Iucūda unius dictionis utriq; diuisio/ pro/ pergratū mihi est. Gelius poetas imitatus libro. xvii. Pertingrat magister optime exoptatus mihi nunc uenis. Pro. peroptime magister. Eadem figura est apud M. Tulliū Philippica sexta. D. Brutus. C. Cassius consules proue cōsules. Idem Gelius libro. ii noctiū atticarum. Phædon Socrati q; & Platoni per fuit familiaris. Academiæ. Nomen uillę Ciceronis/ de qua secūdus libro trigesimo primo na. hist. Digna memoratu uilla est ab auerno lacu puteolos tendentibus imposita litori celebrata porticu & nemore: quam & uocabat. M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum: ibi compositis uoluminibus eisdem nominibus

Licinius Macer.

Tmesis.

Academia.

in qua & monimentũ sibi instaurauerat. Ceu uero nõ in toto orbe fecisset. huius in parte prima: exiguo post obitũ ipsius tẽpore: Antistio uetere possidẽte/erupunt fontes calidi per q̃ salubres oculis celebrati carmine laureę Tullii: q fuit e libertis eius: ut protinus noscatur etiã mini sterũ eius haustus ex illa maiestate ingenii. Ponã.n. ipsum carmen dignũ ubiq̃: & nõ ibi tantũ legi.

Quod tua Romanæ princeps clarissime linguæ
Silua loco melius surgere iussa uiret:
Atq; academię celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu sub potiore uetus.
Hic etiam apparent Lymphæ non ante repertæ/
Languida quæ infuso lumina rore leuãt.
Nimirum locus ille sui Ciceronis honori
Hoc dedit hac fontes cum reserauit opes.
Vt quoniã totum legitur sine fine per orbem
Sint plures: oculis quæ medeãtur: aquæ.

Hermes cõmune omnium: & Minerua singulare est insigne eius gymnasii. Quare uelim: ut scribis: ceteris quoq; rebus quamplurimis eum locum ornes. Quæ mihi antea signa misisti: ea nondum uidi. in Formiano sunt: quo ego nũc proficisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam: si quando abundare cœpero: ornabo. Libros tuos cõserua: & noli desperare eos meos facere posse: quod si assequor: supero Crassum diuitiis. atq; omnium uicos: & prata contemno. Vale.

Academia dicta ab illa memoratissima quæ fuit Athenis ubi Plato pluresq; deus docere solebat/uocata ab Academo Heroe. Horatius. Atq; inter siluas Academi quęrere uerũ. Insigne. Tutelare numen. Hermes. Mercurius. Libros tuos. Infra Cicero. Bibliothecã tuã caue cuiq̃ despõdeas q̃uis acrẽ amatorẽ inueneris. Nã ego ois meas uindemiolas eo reseruo/ ut illã subsidiũ senectuti parẽ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Mediocrius. Triũphare cupet. Egregia. Legẽdũ egregie. subitellige cupit Metellus. Auli filius uero. Scribe. Auli uero filius. Per Auli filiũ intelligit Afraniũ. ὑπώπιον. Derogatio: suggillatio/infamia. ὑπωπιάζω suggillo/uitupero/derogo. Suggillata a græcis hypopia dicuntur ob eã causam quod sub oculis maxime appareant. Hoc uerbo metaphoricos usus est Cicero. idest ita se gerit Aulus in Consulatu/ut Consulatus eius nihil aliud sit q̃ suggillare Pompeii pudorem/qui eum Consulem fecit. Hoc Tertullianus suggillationem dixit. Lucas. xviii. Vindicabo illam ne in nouissimis ueniẽs suggillet me. ὑπωπιάζει/recte interpres suggillet. Sed ut solet Lyra delirat. Alii. Auctores & scriptores si de rebus nostris scribent/ad te quãprimum mittam. Amator noster. Scribe nostri. Cinciam. Qua prohibebantur causarum patroni munus accipere.

Hypopion

Suggillata.

Cincia lex.

Scheda. Sceda. Scribēdū scheda. Est.n. scheda tabella Tiliacea/qua pro chartis priscos uti solitos Eustathius & Aelianus asserunt. Quintilianus. Nam qui omnes etiam indignas lectione Schedas excutit/anilibus quoq; fabulis accōmodare operam potest. Martialis. Nec summa potes in Scheda teneri. Schedulam Hieronymus uocat. Hodie barbare cedulam. Plinius libro. xiii. Supina tabula Scheda adlinit longitudine papyri/ubi philyraceā intelligit paginam. Scapus. Scapus R hisma hodie uulgo dicitur. Plinius ibidem. Nūq̄ plures Scapo q̄ uicenæ. Aliud longe diuersum significat Scapus apud Vitruuiū/& Scapi Cardinales apud eūdem libro secūdo. gloria flagrauit sed uera Cicero/Quin & de gloria scripsit. Franciscus Petrarcha in libro Africa inquit se reperisse duos Ciceronis libros de gloria quo se diuitem & beatum putauit. Libri Ciceronis de gloria.

Finis Primi Cōmentarii in primū ad Atticū Pio Bononiensi interpte.

tuus diceret: libenter dixi me accepturum: si attulisset. Nūc: si amas me: si te amari a me scis: enitere per amicos: Clientes: hospites: libertos deniq;: ac seruos tuos: ut scheda nequa depereat. nam & græcis his libris: quos suspicor: & latinis: quos scio illū reliquisse: mihi uehementer opus est. Ego autem quotidie magis: quod mihi de forēsi labore temporis datur: in his studiis conquiesco. per mihi: per inquam gratum feceris: si in hoc tam diligens fueris q̄ soles in his rebus: quas me ualde uelle arbitraris: ipsiusq; Peti tibi negotia commendo: de quibus tibi ille aget maximas gratias. &: ut iam inuisas nos: non solum rogo: sed etiam suadeo. Vale.

EXPLANATIO IN.II. Epistolarū ad Titū Atticum cum Auctore Pio Bononiensi.

¶ Argumentum.

CAL. IVNIIS. Dum Antiū Cicero petit cū musis in gratiam rediturus: stator Attici uenit cum cōmentario rerū gestarū a .M. Tullio in Consulatu: græce quoq; au ctore Pomponio scripto. Lætatur Cicero se ante de hisdem rebus græce quoq; scripsisse/ne imitator uideretur/sed auctor. Interponit iudiciū suū de scriptis Attici horridulis. Cum Ciceronis stylus ungenta ac exornationes Isocratis redoleret. Mittit oratiōes quæ supra sensum fori surgunt: ac consulare quid spirant explō Demosthenis. Ad Clodii furorem compescendum dicit se Atticū accersurum si erit opus. Metellū laudat. Agone altercationis se fregisse Clodiū iactat. Seditiosam Clodiam insectatur. Excusat familiaritatem Pompeii. Catonis rigorem improbat: qui dicit tāq̄ in Platonis Republica sententiā/non tāq̄ in fece Romuli. De Sicyoniis aliqua.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER SECVNDVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S. D.

CALENDIS Iun. eunti mihi Antium: & gladiatores. M. Metelli cupide relinquenti: uenit obuiam tuus puer: is mihi literas abs te: & Cōmentarium Cōsula

¶ Interptatio Codicis.

Antium. Romus. Antia. Ardea. ANTIVM. Antia. Ἄντεια, ut inquit Stephanus: ciuitas Italiæ colonia Romanorū uocata a Circes filio. Vlyxis ađt & Circes filii tres: Romus: Antia: Ardea. ciues Antiates/ut Ardeates. Est & Antiū neutro gñre ciuitas post Laurētū Italię. gētile Antieus. Ἀντιεύς: ut φουνιεύς. fortuna colebať Antii. Horatius. O diua gratū q̄ regis Antiū. Tráqllus i Caligula. Monuerūt fortunæ Antiatinæ ut a Cassio caueret Antiū nūc dicit Neptūnus. Viuūt piscatu populi Antiates: uenatu: & aucupio/salubritas: amœnitasq;: & secessus pōtificū. Puer. Puer. Stator: seruus

tus mei græce scriptũ reddidit: in quo lætatus sum me aliquanto ante: de iisdem rebus græce item scriptum librum. L. Cossinio ad te perferẽdum dedisse. Nam si ego tuum ante legissem: furatum me abs te esse diceres: quanq̃ illa tua (legi enim libẽter) horridula mihi: atq; incõpta uisa sunt. sed tamen erant ornata hoc ipso: quod ornamenta neglexerãt. & ut mulieres: ideo bene olere: quia nihil olebant: uidebãtur. meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον: atq; omnis eius discipulorum arculas: ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit: quem tu Corcyræ: ut mihi aliis literis significas: strictim attigisti. Post autem: ut arbitror: a Cossinio accepisti: quem tibi ego non essem ausus mittere: nisi eum lente: ac fastidiose probauissem. quanq̃ ad me

Himerodromos. Ante de iisdem. Subintellige rebus scripsisse. Sũt q scribant: Anteisse de meis: hoc est te superasse/uel preuenisse: Scribendo de meo consulatu. non probo nec improbo. Item. Lætatus sum. Dedisse. Me. Causa statim subditur cur lætetur. Horridula. Austera. non cerussata more Catonis/Fabii ac priscorum annalium. Ouidius. Perlegat annales: nihil est hirsutius illis. Ornamenta neglexerant. Vt cõmentarii Cæsaris de quibus Cicero in Bruto. Cõmentarios scripsit ualde quidem probandos. nudi sunt/recti: & uenusti: omni ornatu orationis tanq̃ ueste detracta. sed dum uoluit alios habere pararam unde sumerẽt qui uellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit/qui illa uolũt calamistris inurere. Sanos quidem homines a scribendo deterruit. Mulieres bene olere. Ex Plauto i mostellaria. Ecastor mulier recte olet/ubi nihil olet. Nã istæ ueteres quæ se ungentis unctitant/interpolles/uetulæ/edentulæ/quæ uitia corporis fuco occultant/ubi sese sudor cum ungẽtis consociauit/ilico itidem olent: quasi cum una multa iura cõfundit cocus. Quid oleas nescias: nisi id unum male olere intelligas. Posthume: inquit Martialis: non bene olet qui bene semper olet. Et. Sic puto posse meum/sic bene olere canem: Cum sit cõmistio terrũ diuersarũ/ut pote aqua cũ terra/proprie dicitur Cœnũ. Auctor Augustinus in libro qui de cognitione ueræ uitæ inscribitur. Scitum est illud eiusdem de odoribus libro decimo confessionũ. De illecebra odorũ non satago nimis. Cum absunt/non requiro/cum adsunt/non respuo: paratus etiam eis semper carere: qui etiam cochleari utebatur argẽteo: Idem tamen melos omne cantilenarũ suauium quibus Dauidicũ Psalteriũ frequentatur/ab auribus suis remoueri uolebat atq; ipsius ecclesiæ: tutiusq; ibidem sibi uideri prodit quod de Alexandrino Episcopo Athanasio sibi dictum cõmeminit: qui tam modico flexu uocis faciebat sonare lectorem Psalmi/ut pronũtianti uicinior esset q̃ canenti/tantum dissimilis cincinaris psbytellis/personatisq; cucullatis: quibus etiã chalaræ ac Ionicæ cantilenæ lumbos quotidie Scalpunt: ac onagrine/sitim quærentes/clamitant.

Isocratis. In dicendo mollissimi ac omneis ueneres consectati. Μυροθήκιον. Myrothecium/uas uidelicet unguentarium: hoc est dicendi flores odoratissimos/nitoresq; ac suadelam: quam bonus poeta Flexanimã uocat. Metaphora a sensu ad sensum. a naribus ad linguam. Odores dicẽdi sunt amœnitates flosculorũ/ut alibi cum Plinio Cecilio Lecythos appellat. Arculas. Alabastra ungenti plena. Martial. Quod Cosmi redolẽt alabastra/focisq; deorum. Aristotelica pigmenta. Cicero Platonis dialogos ita scriptos aiebat/ut si Iupiter loqui uellet/non aliter loqueretur. Aristotelem flumen Aureum uocitabat. Theophrasti libros suas delitias esse dicebat. Sunt qui contendãt libros rhetoricos uel potius rhetoricorum librorum colores hic intelligi: quibus liber Ciceronis ornatus in aciem prodierat. pigmenta uocat exornationes. Corcyræ. Κέρκυρα auctore Suida insula Pheacia prius dicta/& regio Pheacũ: de qua & Arete Regina: ac Alcinoo Rege plurima Rhodius Apollonius in quarto Argonauticon: & nos librum illum interpretantes: ac latinitate uersibus donantes Heroicis. Strictim. Celeriter: breuiter/cursim ut aiunt. Cicero primo de oratore. Quasi per trasennam pretereuntes strictim aspeximus. Idem in oratione pro Celio: Titubanter & strictim ait. Cossinio. Nomen sortita familia a Cossis uermibus rugosis/a quibus Cossi: Cossutii: Cossinii. Hos uermes Cossos apud Asiaticos esse in ganeato cibatu/Hieronymus prodit: & appellari Xylophagia. De quibus sic Augustinus libro sexto contra Manicheum. Vermes nonnullos uulgo edunt quędam Venetiæ regiones ex arboribus. In Ibernia prodeunt ex arboribus ac in aues transfigurantur/in cibatu frequentes/sesquiuoli latine dicuntur: de quibus hæc Augustinus in libro de mirabilibus sacræ scripturæ. Quis enim uerbi gratia Lupos/Ceruos/& siluaticos Porcos/& Vulpes/Taxones & Lepusculos/& Sesquiuolos in Iberniam deueheret.

Cõmentarii Cęsaris.
Cœnum.
Odores.
Psalterium nõ probat Augustinus.
Athanasius
Myrothecium.
Arculæ.
Aristotelis eloquẽtia.
Cercyra.
Arete.
Strictim.
Cossi.
Sesquiuol
Iberniæ.

Posidonius.

Posidonius. ποσειδώνιος apamensis ex Syria uel:ut alii:Rhodius. Philosophus Stoicus: qui appellatus est Athletes. Scholam habuit Rhodi:discipulus Panætii fuit. Venit Romã tempore. M. Marcelli. Scripsit multa. Alter Posidonius Alexandrinus Philosophus Stoicus discipulus Zenonis ciryensis. Scripsit historiam post Polybium: Tempore Ptolemæi Cyrenaici. Scripsit & Hypotheses in Demosthenem. Posidonius alius olbiopolites Sophista & Historicus: Tyricæ sic uocatæ regionis. Scripsit Historias Atticas & libycas: & alia multa: de hoc puto nũc Ciceronẽ intelligere.

rescripsit iam Rhodo Posidonius: se nostrum illud ὑπόμνημα cũ legeret: quod ego ad eum: ut ornatius de iisdem rebus scriberet: miseram: non modo non excitatum ad scribendũ: sed etiam plane perterritum. Quid quæris? cõturbaui græcam nationem: ita uulgo qui instabãt: ut darem sibi: quod ornarẽt: iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu: si tibi placuerit liber: curabis: ut & Athenis sit: & in cæteris oppidis Græciæ. uidetur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiũculas autem & quas postulas: & plures etiam mittam. quoniã quidem ea: quæ nos scribimus adulescentulorum studiis excitati: te etiam delectant. Fuit enim mihi cõmodũ: quod in eis orationibus: quæ Philippicæ nominãtur: enituerit ille tuus ciuis Demosthenes: & quod se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit: ut σεμνότερος τις καὶ πολιτικώτερος uideretur: curare: ut meæ quoq; essent orationes: quæ consulares. noĩarentur: quarũ una est in Senatu Cal. Ian. Altera ad populum de lege Agraria. Tertia de Othone.

Hypomnema. ὑπόμνημα. Hypomnema. cõmentarium uidelicet / ita dicitur liber strictim / breuiter / ac capitulatim res arctans & continens. quæ hodie uocantur cõmentationes / a Cicerone dicitur explanationes. Ornatius. Instructius.

Explanationes.

Perterritũ. A scribendo deterritum. aduerte græculam assentationem / tanq̃. M. Tullius in græcis esset ore pleniore / rotũdioreq; q̃ græci: & simul recogita Ciceronis in suo nomine illustrando lasciuiam / nedum lætitiam: in qua re / ut scribit Plutarchus / imoderatus fuit. Conturbaui. A scribẽdo repuli ac refrigeraui / quæ alias solet esse promptior. uel conturbare idest decoquere fecit. polliciti sunt q̃ pstate non potuerũt / ut decoctores. Est. n. aliqñ cõturbare & turbare apud iurisperitos idem quod decoq̃re ut adstipulatur Valerius Martialis.

Cõturbare

Conturbabit Atlas: & non erit uncia tota /
Decidat recti qua pater ipse deũ.

Sic Maronis illud intelligendũ. Et septẽgemini turbant trepida hostia nili. Vulgo. Passim. Instabant. Historiã nostrã posteritati cõmendare. Datem. Cõsulatus mei gesta. Liber. Cõmentariolus meus. Nostris rebus. laudibus & pconiis. Lucis. Splendoris famæ. Studiis. Ut studio ac adolescentię seruiant: ut sunt rhetorici ac oratorii libri. Excitati. Lacessiti. Cõmodũ. bonũ. zeugma ab iferiori. Assume uerbũ inferius positũ curare. Ordo. Fuit cõmmodũ mihi curare ut meę quoq; orõnes essent. Sensus est. orõnes nostrę quas humilitatis ut aiũt aucupio uocat oratiunculas: sunt consulares / in genere demõstratiuo & deliberatiuo / nõ tñ iudiciali positæ Demosthenis explo. Philippicæ. Demosthenicæ cõtra Philippũ regẽ Macedonũ cũ æschines Philippizaret. Enituerit. Heroico nitore assurrexerit: supra crepidã forẽsem / ad corhurnũ trãsierit. Tuus ciuis. Supra attigimus quare Titus Põponius dictus sit Atticus. Refractoriolo. Refractiore ac humiliore stylo: nõ elato: non corhurnato: subsecũdario: supiniore: demissiore. Refractoriolũ a refringendo uocatur. refractũ est quod semper humi repit nõ assurgit: quod uitiũ cõtrariũ cacozelię chamezelia uocat. Abiunxerit. Scribatur ab unxerit. .i. semouerit: auerterit. σεμνότερος. Semnoteros & politicoteros: hoc est grauior qs & ciuilior. Essent orõnes. Demosthenicis similes. Consulares. Graues quæ scriptæ uiderent a Cicerone uiro cõsulari uel cõsule. Vna i senatu. Quãdo phensabat. hæc est oratio Ciceronis in toga candida: quæ nõ extat: cuius testimoniũ crebro Pedianus aduocat. Othone. Roscius otho Trib. Pleb. legẽ tulit ne qs intra. xiiii. Theatri gradũ sederet / nisi cuius auo patriq; ingenuo quadringẽta. M. Sestertia fuissent / de quo Horatius i epodo. Othone cõtẽpto sedet. Et Roscia dic sodes melior lex an puerorũ Nenia. Alter Satyrus. Sic placitũ uano q' nos distixit othoni. Plinius i. vii. de hac orõne meminit his. Te suadẽte Roscio Theatralis seditiõs auctori leges ignouerũt / notatasq; sedes ignominiæ discrimine æquo aio tulerũt. Meminit & Macrobius. Pedianus in orõne p Com. Balbo. Tacitus lib. xv. Eodẽ ãno Cæsar Equitũ Romanorũ locos sedib. plebis antepõsuit apud Circũ. nãq; ad eã diẽ indiscreti aspiciebãt /

Philippicę.

Refractoriolum.

Chamezelia.

Semnoteros.

Politicoteros.

Roscius Otho.

quia lex Roscia nihil nisi de quatuordecim ordinibus sanxit. Pro Rabirio. Extat. Proscripto rum filiis. Non extat. De hac tamen Plinius eodē libro septimo. Te orante proscriptorum liberos honores petere puduit. Hii fuerunt marianæ factionis homines. De qbus Quintilianus libro. xi.

Prouinciam. An ciliciēsem? Tēpora nō congruūt/an aliā post cōsulatū sortito obtingentē iuxta cōsulatem titum/ambigitur: Consulatem prouinciā repudiasse/testatur ipse in orationibus/qa tempora ita ferebant corā populo & inuito. In cōcione. In populi conspectu. Septima. In hoc

Quarta pro Rabirio. Quinta de proscriptorum filiis. Sexta: cum Prouinciam deposui in Concione. Septima: qua Catilinam emisi. Octaua: quam habui ad populum postridie: q̄ Catilina profugerat. Nona in Concione quo die Allobroges inuocarunt. Decima in Senatu Nonis Decembris. Sunt præterea duæ breues: quasi ἀποσπασμάτια legis Agrariæ: hoc totū σῶμα curabo ut habeas. & quoniā te: cū scripta: tum res meæ delectant: iisdem ex libris perspicies: & quæ gesserim: & quę dixerim: at ni poposcisses: ego me tibi nō offerebam. Quod quæris: quid sit: quo te accersam: ac simul impeditū te negociis esse significas: neq; recusas: quin nō modo si opus sit: sed etiam si uelim: accurras: nihil sane est necesse. uerūtamen uidebare mihi tempora peregrinationis cōmodius posse distribuere. nimis abes diu: præsertim cū sis in propinquis locis. neq; nos te fruimur: & tu nobis cares. ac nunc quidem ociū est. Sed si paulo plus furor Pulchelli ꝓgredi posset: ualde te ego istinc excitarem. uerum præclare Metellus impedit: & impediet. Quid quæris: est COSS. φιλόπατρισ: & (ut semper iudicaui) natura bonus. Ille aūt nō simulat: sed plane Tr. Pl. fieri cupit. Qua de re: cū in Senatu ageretur: fregi hominē: & incōstantiā reprehēdi: qui Romæ Tr. Pl. peteret: cū ī Sicilia Aedilitatem sæpe dictitasset. sed neque magnopere

ordine scriptionis per amanuensem meū. In ordine recto orationū/secūda est inter Catilinianas. Sic incipit. Tandem aliqñ Quirites/Catilinā furentē audacia/scelus anhelantē/pestem patriæ nefarie molientē/uobis atq; huic urbi uel eiecimus uel emisimus. De qua Plinius sic. Tuū Catilina fugit ingeniū. Aliqui ad octauā sequentem hæc supiora referūt. Inuocarūt. Patronū ꝓpterea Sanga. Decima. In hoc amanuēsis ordine. Quarta in ordine uulgari de puniendis Catilinianis. Ἀποσπασμάτια. Portiunculæ: appendiculæ. Σῶμα. Hoc est corpus/summa. At ni. Respōdet tacitæ obiectioni. Potuisset dicere Atticus/cur mittis librorū cōgeriē & sarcinā? qm̄ ultro poposcisti/nisi rogasses: ego me nō offerebā: qm̄ ultroneas aiunt putere merces.

Apospasmatia.

Soma.

Accersam. Romā uocē. Propinquis locis. Epiro. Otiū est. nobis & trāqllitas: & opa tua nūc non egemus. Furor Pulchelli. Exprobrat Clodio libertinā originē. Familia Claudiorū duplex/patritia uidelicet ac plebeia. Pulchri fuere plebei. Cicero libro primo de oratore. Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios centūuiri iudicarūt/cū Marcelli ab liberti filio stirpe: Claudii eiusdē hominis hęreditatē gēte ad se dicerēt rediisse/nōne in ea causa fuit oratorib. de toto stirpis ac gētilitatis iure dicēdū? Metellus. Celer/Cōsul egregius fautor Cicerōis q̄uis sororē Clodii uxorē hēret. φιλόπατρις. Amicus patrię. Ille. Clodius. Qua re. De Clodii tribunatu. Fregi. Cōfutaui. Dictitasset. Prisci codices habēt detrectasset. i. tecusasset. Sed qm̄ pōt qs ędilitatem Siciliēsem detrectare/& tribunatū Romę petere/pōt defendi dictitasset pro egisset ædilem ut tāquam hoc īnuat: patritius patritiatum professus est: & modo uult repente plebeius eē magistratus. Fuisse Clodium ędilem in Sicilia ostendit. M. Tullius infra. Iam cū se ille septimo die uenisse a freto. Primo ex plebe creati sunt duo ædiles/mox duo patritii adiuncti sunt. Clodius quoq; ædilis in Sicilia fuerat quāuis patritius/nec obstat quod pulchellum. i. plebeium supra dixit. eodem enim fonte deriuabantur ii riui/& est allusio a forma ad agnationem alteram. Ludos publicos exhibebant ædiles/sacras ædes procurabant/machinas urbis regebant/ut cloacas publicas & id genus reliqua. Succurrebant ementibus si dolo malo emissent/unde ad ædilitium edictum Titulus iurisperitorum famigeratus. Erant & ædiles agoranomi ab Apuleio & iurispitis uocati: qui forum procurabant ne ānona flagellaretur/unde cereales perpetuo epitheto uocitati/a Cæsare creati. Monstra deportabant iuxta illud epigrāmatici poetæ. Audiat ædilis ne te uideatq; caueto/Portentum est quoties cœpit imago loqui. Dignitas ædilitas & edilatus:

Pulchellus

Philopatris

Aediles.

Agoranomi.

Aediles cereales.

Aedilatus.

Apud Ciceronem in hoc loco dictare est pro imperio ędilitio impare/ius dicere/ut dicere leges est uictis impare iure eo quo supior utitur in iferiore:Liuius.Quoniã pinde ac uicto leges dicerentur. Dicere legẽ:imponere/pscribere metã uiuẽdi.Horatius.Prudens emisti uitiosam:dicta tibi est lex.

Dicere legem.

Fretum.

Dixisse.Scribendũ.Dixi esse. Plebeio.Tribuno plebis. Ille.Clodius. Freto.Mari ferue/scenti inter Rhegiũ Calabriæ/& Messanã Siciliæ in finib.Italiæ.Ostendũt hæc uerba Clodiũ ędilẽ in Sicilia fuisse frumẽti pcuratorẽ. Prodire.Occurrere q̃m affuit insparus/ac nũdios aduẽtus sui puenit. In eo.Celeritate illa. Noui accidisse.Deest uerbũ dixi. Sic. Nihil ei noui dixi accidisse.nihil noui accidit Clodio uolare solito/ut q Roma iteramnã trib. horis nocte itrauerit. Historia hæc est. Accusabaĩ Clodius pollutarum bonæ deę cerimoniarũ:negabat se fuisse Romę nocte ea solẽni sacri popularis: productus est Cicero testis:q iurauit ea die Clodiũ ad se itasse: nõ negauit Clodius. Qui.n.poterat r sed nocte qua depensus erat i cerimoniis bonæ deæ/dixit se iteramnã euolasse. Interamnam.Ciuitas umbriæ ita & hodie dicta/prata habet adeo irrigua ut quater ãno secenĩ.Interamniũ quoq; dicitur ut in antiqssimo marmore ibidẽ uisitaĩ.Ciues dicti interamnates. Sũt q a Prisciano mediamnã uocari ut pro aris focisq; cõtendũt. Plinio iteramnæ duæ itet pcuti/nos.A Liuio quoq; una dicit iteremnis:lib.ix.in latinis.hic de umbra itelligi cõstat.

Interamna

Mediamna

Interamnis

dixisse nobis laborandũ: quod nihilo magis ei liciturũ esset plebeio Rempu. perdere: q̃ similibus eius me Cos. patriciis esset licitũ. iam cũ se ille septimo die uenisset a Freto:neq; sibi obuiam quenq̃ prodire potuisse:& noctu se introisse dixisset:in eoq; se in cõcione iactasset:nihil ei noui accidisse: Ex Sicilia septimo die Romã: tribus horis Roma Interamnam noctu introisse:item ante non esse itum obuiã:ne tũ quidẽ:cum iri maxime debuit. Quid q̃ris? hominẽ petulãtem modestũ reddo:nõ solũ perpetua grauitate orõnis:sed etiã hoc genere dictoꝝ. Itaq; iã famiíliariter cũ ipso cauillor etiã:ac iocor. q̃n etiã cũ cãdidarũ deducerẽ:is q̃rit ex me: nũ ꝯsueuissem Siculis locũ gladiatorib. dare negaui. At ego inquit nouos patronos instituã. sed soror:q̃ tantũ habeat consularis loci:unũ mihi solum pedem dat. noli inquam de uno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas. non consulare inquies dictum. fateor: sed ego odi

Idem ante. Scribaĩ.itẽ. Itũ obuiã.Ludit in uerbo polysemo/ire obuiã quod significat animaduertere ac illud arcere/& obuiã pdire obuiã itũ hic significat aiaduersum i eũ pœna capitali/psertim cũ mysteria bonæ deæ uiolasset. Iri.Occurri facinorib.eius pœna capitali. Dictoꝝ. Mordaciũ & acutorũ. Cauillor.Mordeo. Cãdidatũ. Petitorẽ magistratus nescio quẽ. Deducerẽ.Comitaterẽ foro domũ:& e domo i forũ:quod expl's seq̃ntib.recte cõstabit.Ouidius de ponto.

Deducere.

At cũ Tarpeias esses deductus i arces. Horatius.Deducã:nil sine magno Vita labore dedit mortalib.Albius Romanus olor.Deducat iuuenũ sedula turba senẽ.Liuius.Freq̃ntes domũ deduxerũt.Deduco ẽ psequor inq̃t Seruius.Q.Frater i epl'a de petitiõe cõsulatus deductores uocat huiusmodi comites q deducũt honoris gratia.Eius uerba sunt hæc. Iã deductoꝝ officiũ/q̃d maius ẽ q̃ salutatoꝝ:hoc gratius tibi eẽ significato atq; ostẽdito.magnã affert opinionẽ/magnã dignitatẽ/quotidiana in deducẽdo freq̃ntia.Enumerat.n.in hac epl'a Cicero tria hominũ genera/salutatorũ:deductoꝝ/& affectatoꝝ:dicimus proprie reducere domũ.Cicero ad.Q.Fratrẽ lib.ii.Crassum domũ reduxi. Locũ.In aduocatione & patrocinio. Pattem. Nam siculoꝝ patronus erat. Nouos patronos.Nouos siculorũ defensores. Instituam.Instituã dixit Si tñ per Metellũ sororis maritũ licuerit/q plus tibi q̃ fauet.Et soror nõ iuuat me apud uirũ suũ ut par esset. Dictorũ. Dicteriorũ mordaciũ & acutorũ. Loci.Opportunitaris. Vnũ pedem dat. Mediocrẽ fauorẽ pstat/non omnino fauet a uiri grauitate deterrita.Contrariũ est illi/Omni pede niti:quod est uniuerso fauore & uiribus.Nauticũ quiddam aiũt huic simile:una oẽs fecere pedem:quod nõ placet. De uno pede.Ablato/negato/q̃m dixerat/unũ mihi solũ pedem dat. Licet etiam alterũ tollas. Genus coeundi:de quo Martialis.

Tollere pedẽ & dare.

Protinus accedunt medici:medicæq; recedunt/ Tolluntur q; pedes/O medicina grauis.

Ouidius in calce tertii de arte amandi.

Milanion humeris Atalantæ crura ferebat: Si bona sunt/hoc sunt aspicienda modo.

Hoc dictum est a.M.Tullio significante a Clodio sororem stupratam:id quod alibi idẽ Cicero in quadã epistola ad Lentulũ inuit.Qui non pluris fecerat bonã deã q̃ treis sorores.Huic historiæ

Ciceronis succinút haec Plutarchi uerba in eiusdé uita. Tris sorores habuit Clodius: quas omneis ꝯstuprauit/ quarú iunior nomine Clodia nupsit Lucullo. Altera Terentia noie fuit uxor Marcii regis. Tertia nupsit Metello celeri quadrás cognominata/ ex eo quod qdam adulescens q eá amabat pro argéteis númis Quadrátes aereos imisit in Loculú puellae: quae cú quadrátib. pro ptio cócubitus illusa fuisset/ quadrátis meruit cognomen. Quare idem Cicero in oróne pro Celio sic se in Clodiá intulit. Intercedút mihi inimicitiae cú istius mulieris uiro/ fratré dicere uolui/ semp hic erro.

Clodia quadrans.

illam male consularem. ea est enim seditiosa: ea cum uiro bellum gerit: neq; solú cum Metello: sed etiam cum Fabio: quod eos mihi esse amicos moleste fert. Quod de Agraria lege quaeris: sane iam uidetur refrixisse: quod me quodámodo molli brachio de Pópei familiaritate obiurgas: nolim ita existimes: me mei praesidii causa cum illo coniunctum esse: sed ita res erat instituta: ut si inter nos esset forte aliqua dissensio: maximas in Repu. discordias uersari esset necesse: quod a me ita praecautú: atq; ita prouisum est: non ut ego de optima illa mea ratione decederem: sed ut ille esset melior: & aliquid de populari leuitate deponeret: quem de meis rebus: in quas eú multi incitarant: multo scito gloriosius: quam de suis praedicare. Sibi enim bene gestae: mihi cóseruatę Reipu. dat testimoniú. hoc facere illum mihi quam prosit: nescio: Reipu. certe prodest. Quid si etiá Cęsarem: cuius núc uenti ualde sunt secúdi: reddo meliorem? num tantú obsum Reipu. quin etiá: si mihi nemo inuideret: si oés: ut erat aequú: fauerent: tamen non minus esset probanda medicina: quae sanaret uitiosas partes Reipu. quá quae execaret. Núc uero cú equitatus ille: quem ego in cliuo capitolino te signifero: ac principe collocaram: Senatum deseruerit: nostri autem Principes digito se cęlum putent attingere: si

Infra ibidé. Frater tuus q te amat plurimú: q pp nocturnos quosdá inanes metus/ semp pusio cú maiore sorore cubitauit. Illá. Quadranté Clodiá. Male cósularé. Vxorem qdem boni cósulis/ sed ipsam malá & seditiosam/ ut quae abutebat fauore ac dignitate mariti/ fumúq; uendebat. Molli brachio. Cú tacite innuimus leui articulo attingere: ut Quintilianus ait: nó diligété operá pstare: molli brachio id facere dicimus. Idem. iiii. ad Atticú. Cósules q illud leui brachio egissent/ ré ad senatú detulerút. Cótrariú é oi pede: & toto pectore. Cicero Eplaꝝ familia. libro. xiii. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. graeci dicút παντὶ σθένει καὶ παντὶ θυμῷ, significat hic: molli brachio/ leui articulo/ perfunctorie.

Molli brachio.

Toto pectore.

Ita res erat. Vitae meae cursus. De optima illa. Circa Répub. tuendá. Róne. Instituto uiuédi. Ille. Pópeius. Bene gesti. Belli ꝯtra Mithridaté. Dat testimoniú. Testat/ approbat. Hoc faciédo/ dú hoc facit. Venti secúdi. Fortuna honori Caesariano uelificat. Execaret. Quę uteret chirurgia/ tágit Catoné/ q nimis prefracte uectigalia defendebat.

Eqtatus. Ordo eqster. Te signifero. Te duce. Fuerat. n. Atticus omniú honoꝝ Cicerónis dux & particeps. & erat Eqs. In cliuo. In oróne pro Sestio: qñ i Capitolio gratias egi sopita cóiuratione Catiliniana: in aede cócordiae: auctore Plutarcho: sena: ú habuit Cice. Collocará. Senatui cóiúxeram. Nostri principes. Lucullus/ Horténsius/ philipp. is pcipue. Plinius lib. ix. na. hist. Licinius Murrhena reliquoꝝ piscíú uiuaria inuenit/ cuius deinde exemplú nobilitas secuta est/ Philippus/ Horténsius/ Lucullus exciso etiá móte iuxta Neapolim maiore impendio q̃ uillá ędificauerat. Qua de cá Magnus Pópeius Xerxem togatú eú appellat. Digito. Idest euehi supra mortaliú códitioné ac dis esse proximú. Dicit & in cęlo esse. Cicero alibi. Nostri. n. tyránoctoni in cęlo sunt. huc trahat id horatianú. Dis miscent supis: hoc est celebris ac nois diuini reddút. Cú audio has Ciceronis in Romanos igratos qrelas: subit id Bernardi libro. iiii. de cósideratióe. Romani ante oía sapiétes sunt ut faciát mala: bonum aút facere nesciút: hi inuisi terrae & cęlo utriq; iniecere manus. Impii in deú: Temerarii in sancta: seditiosi inuicem: aemuli in uicinos: inhumani in extraneos: quos neminé amátes amat nemo: & cú timeri affectát ab oíb. oés timeát necesse est. ii sunt q subesse nó sustinent: pesse nó norút. superiorib. infideles: inferiorib. importabiles. ii inuerecúdi ad petendú: ad negandú frótosi. ii importuni ut accipiát: qeti donec accipiát: ingrati ubi acceperint. Docuerút linguá suá grandia loq cú operent exigua. largissimi promissores: & parcissimi exhibitores: blandissimi adulatores: & mordacissimi detractores/ simplicissimi dissimulatores: & malignissimi proditores.

In cęlo eé.

hęc ille. Nűc tñ mutatis moribus Pii sunt:& primű ecclesiæ ac fidei gremiű aperuerűt/mihi impri mis q priceps ac academiæ Romanæ moderator fui/benignissimi. Muli barbati. Plinius lib.ix. ex reliqua nobilitate & gratia maxima est copia mulis/sicut magnitudo modica:binasq libras pō deris raro admodű exupant / nec in uiuariis piscinisq crescunt. Septētrionalis rñ hos & proxima occidētis parte gignit oceanus. Cætera eo℞ genera plura. Nã & alga uescunt & ostreis & limo/& aliorű pisciű carne/& barba gemina insigniuntur inferiori labro. Aluratium ex his uilissimi gene/ris appellat. Nomē his Fenestel/la a colore muleo℞ calciamētorű datű putat. Mullű expirantē uer sicolori quadã & numerosa uarie tate spectari proceres gulæ nar/rant: rubentiű squãmarű multi/plici mutatione pallescentē/utiq si uitro spectet inclusus. Pisci/nis. Viuariis. Nã Augustino te/ste in piscinis qñq nō sunt pisces: at p lauacris/quæ græci lutra uo cant/capiűtur. Verű dictiōis pro prietatē Cicero respexit. Augustinus lib.iii. de doctrina christia. Quis nō dicit piscinã etiã quę nō habet pisces:nec facta ē pp pisces & tamen a piscibus nomen accepit:q tropus catachresis dicitur.

Muli bar/bati.

muli barbati in piscinis sint:qui ad manű accedant: alii aűt negligant: non ne tibi satis prodesse uideor: si perficio:ut nolint obesse:qui possunt? Nam Cato/nem nostrű non tu amas plus: q̃ ego. sed tamen ille animo optimo utens:& summa fide: nocet iterdum Repu. Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanq in Romuli fece sententiam. Quid uerius: quam in iudicium uenire: qui ob rem iudicandam

Piscinæ.

Ad manű accedant. Plinius libro.ix. Apud Baulos in parte baiana piscinam habuit Hortēsius orator:in qua murenã adeo dilexit ut exanimatam flesse credatur. In eadem uilla Antonia Drusi murenæ quã diligebat/inaures addidit. Martialis libro primo.

Balano procul a lacu monemus
Piscator fuge:ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ:
Qui norunt dominum:manűq lambunt
Illam:qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habent:& ad magistri
Vocem quisq sui uenit citatus.

Piscinarii. Macrobius. Piscinas aűt q̃ refertas habuerűt pciosissimis piscibus Romani illi nobilissimi princi pes Lucullus/Philippus & Hortēsius:quos Cicero piscinarios appellat. Ali. Optimates. Ne gligant. Deseruerint prorsus Rēp. Nolint. Pōpeius & Cæsar. πολιτεία. Republica. hűc Ci/ceronis ex ista epła locű Plutarchus in Phocione admiratus:censet operęprętiű esse in ciuitatibus & populis gubernãdis solē ipm imitari sapientissimű rerű parentē & seruatorē. hűc mathematici phi bent supmi orbis ui ac impetu raptű obseq:nō nihil tñ cōtra tendere utriq. Sed ea modestia & artē ut illi nec oino obsegnec obsistere cōrumaciter uideať. Nam cű intelligeret hinc supioribus cęli ui/ribus parendű esse:illinc rerű naturã sine altero cōtrario motu haud posse ꝯsistere cępisse illű aiűt iter ex trãsuerso oblique molliterq deflexű. Eaq rōne nouű quoddã motuű ac tempamēti genus excogitasse:quo uno rerű ortui ac saluti pq tute consuleret. Sic itaq in ciuitatib. dura nimiű & po pulari uoluntati semp aduersa seueritas:cōtraq itē blãda/& ad uulgi tñ libidinē accōmodata facili tas/pari ciuitates labe ac piculo affecere. Qui uero in administrãdis reb. ita uersanť/ut ad salutem publicűq cōmodű uelut ad metã aliquã cōsilia sua dirigant:nōnihilq interdű ciuiű gratiæ & uo/luptati ꝯcesserint:nec singula uelut ad filű redacta uelint:seueritate potius & ui q̃ mãsuetudine & humanitate cōficere:hi mihi plane uidenť sapiētissime seruandarű rerű uiã incedere. quãquã exi/stimo haud parui eē negocii seueritatē posse cű comitate retinere. Quod q nactus ē rem profecto est assecutus/qua nulla est neq harmonia cōcinnior:neq cōcinnitas suauior/neq suauitas gratior aut utilior. Ea est qua műdi molē hãc deus gubernare dicif nō tã ui fretus aut potētia q̃ arte & ra/tione necessitatē parēdi demulcens. Hoc iuniori Catoni defuisse proditű est:homini seueriori inge nio pdito:& morib. ad popularē gratiã minime accōmodatis:cuius id fuerit semp in Repu. institu tű:ut nihil unq aut assentãdo aut obseq̃ndo in ea uita cōfecerit. Ea pp Cice. dicere solitum accepi/mus/cōsulatu caruisse Catonē/cű in Romuli Rep. uiueret/queãdmodű in Platonis politia uiuē/dű. Mihi uero idē Catoni quod intēpestiuis & extra naturæ legē nascētib. pomis cōtigisse uidef:q nō tã libēter hoies comedere q̃ mirari & iocűde ꝯspicere solēt. Sic prisca illa Catonis:iãq obsoleta & alte nimiű repetita uiuēdi forma iter pditos sæculi sui mores excellens/admirationē habuit illa qdē & gloriã singularē:fructű uero & utilitatē minime certe parē. Eius.n. uirtus celsa nimiű emi/nēsq/haud ullo potuit pacto cű eiusce tēpestatis pstratis morib. adęquari. Fece. Rep. in peius plapsa. Desparatis nō ē adhibēda medicina. Quid uerius? Verissimű est qđ referã fieri ac turpissi műtñ uiuenit. Ob rē iudicãdã. Ob iudiciű pollutaq cerimoniaq. Phrasis Tullio quotidiana.

Polītia.

Sol imitã/dus.

Seueritas cű comita/te optima.

Caro seue/rior.

Cato itēpe stiuű pomű

Censuit. Vt iterũ iudicarent iudices pollutissimi. Equiti/curię. Bellum flagrat inter equitem ac senatũ. Ego dissensi. Non ordinũ discordiã probaui. Renuntiantibus. Redẽptioni:cõdu/ctioni ut aiũt. Fuit facienda. Fieri debuit. Dicendũ erat. Vicerit utilitas. Catonẽ. M. Tullius ac/cusat quod nescit se accõmodare temporib. Iactura. Locatiõis uectigaliũ. Peruicit. Obtinuit Cato cõtra publicanos. Consule. Bibulo:qui se domi ut in carcere cõtinebat. Incluso. Prohi/bito egredi ad p̃sidium Reipu. Sed quoniã audio quendã literatorem negare cõsules nũq̃ in car/cerem iusse cõiectos/tacite Ciceronẽ mẽdacii arguere/accipe q̃ idẽ. M. Tullius libro.iii. de legib. scribit. Decimũ Brutũ &. P. Scipionẽ Cõsules quos & quãtos uiros:homo omniũ infimus & sordidissimus Tr. Pl. C. Curiatius in uincula cõiecit/quod ante factũ nõ erat. q̃uis Bibulũ i carcerẽ cõiectũ Cicero nõ tradat/qd' Thersites iste nõ uidit/sed domi se cõtinere/nec prodire in curiam ausum. Aspirauit. Senatui fauit/uel ad opẽ ferendã accessit. Eorum. Equitũ. Fuerũt. Cõsules.

pecuniam acceperit! Censuit hoc Cato: assensit senatus: Equiti Curiæ bellum:non mihi:nam ego dissensi. Quid impudentius Publicanis renuntiantibus! Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. restitit: & peruicit Cato. Iaque nunc Consule in carcere incluso: sæpe item seditione cõmota: aspirauit nemo eorum:quorum ego cõcursu:itemq; COSS. qui post me fuerunt:remp. defendere solebant. Quid ergo istos iniquies mercede conductos habebimus?quid faciemus si aliter nõ possumus?an libertinis:atque etiam seruis seruiamus! sed ut tu ais ἄλισ σπουδῆσ. Fauonius meam Tribum tulit honestius:quam suam. Lucei perdidit. accusauit Nasicam inhoneste: ac moleste tamen dixit: ut Rhodi uideretur molis potius: q̃ Moloni operam dedisse. mihi: quod defendissem:leuiter succensuit. nunc tamen petit iterum Reipub. causa. Luceius quid agat: scribã ad te:cum Cęsarem uidero:qui aderit biduo. quod Sycionii te lædunt:Catoni:& eius æmulatori attribuas Seruilio. quid ea plaga: nonne ad multos bonos uiros pertinet? sed si ita placuit:laudemus:deinde in dissensionibus soli relinquamur. Amalthea mea te expectat:& indiget tui. Tusculanũ:& Pompeianum me ualde delectant:nisi q̃ me illum ipsum uindicem æris alieni:ęre non corinthio: sed hoc circũforaneo obruerunt. in Gallia speramus esse ociũ:

Istos. Põpeiũ uel Eqtes. Mercede. Iactura locationis. Quid faciemus? Respõsio Ciceronis.

Satis studii.

ἄλις σπουδῆς. Satis studii. prouerbiũ de his qui neglecto istituto uiuẽdi uetere:ad seculi sui mores se accõmodant/quoties pristinũ studiũ & exercitiũ nõ succedit. Dicebatur & ἄλις δρυός/ hoc est satis q̃rcus in eandẽ sententiã de his:qui uictu incõposito & inurbano:imo agresti relicto ad lautiorẽ uictũ se transferũt. profectũ hinc qd agrestes & siluicolæ mortales illi prisci/glandibus uictitabant:quibus relictis ad meliorem cibum se transtulerunt. Ouidius. Mutauit glandes utiliore cibo:tã quam satiati prouincia uetere & tedio affecti/ad alia & meliora trãsire uelimus.

Fauonius.

Fauonius. Pseudocato:Catonis imitator. Tribũ tulit. Plura suffragia in mea tribu tulit cãdidatus q̃ in sua. Significat hoc ordinũ dissociationem ac inuisos eẽ optimates & Catonianos. Lucei pdidit. Tribũ.i. tribus Lucecianę fauorẽ uniuersum amisit. uel qd' Fauonius reã pegerat tribũ Luceianã Modeste. Scribe moleste. Moloni. Apollonio magistro dicẽdi Fauonii pceptori. Verũ nõ pfecit. Erat.n. isantissimus. Defendissem. Nasicã. Petit. Ambit:pnlat Fauonius. Seruilio. Duro & ptinaci. Seruilioꝝ familia triẽtem sacrũ habuit:cui sũma cũ cura:magnificẽtiaq; sacra quot annis faciebat:quẽ ferũt alias creuisse/alias decreuisse uideri:& ex eo aut diminutionẽ aut honorẽ familiæ significari. Quid? Dices. Ea plaga. Nõne illa Catonis seueritas ac ptinacia/sesqplaga nedũ plaga fuit Reipu. pluribusq; nocuit? Multos bonos. Qui a Sicyoniis exigere nõ possunt. Corinthio. Plinius lib. xxxiiii. Ex illa aũt antiqua gloria Corinthiũ maxime laudaẽ. hoc casus miscuit/Corintho cũ capeẽ incẽsa:mireq; circa id multoꝝ affectatio fuit/qppe cũ tradaẽ nõ alia de cã uerrẽ quẽ Cicero dãnauerat proscriptũ eẽ ab Antonio qd' Corinthiis se ei cessurũ negauisset. Eius tria genera. Cãdidũ argẽteo nitore q̃ pxime accedẽs:in quo illa mistura pualuit. Alterũ in quo auri fulua natura. Tertiũ in quo æqualis omniũ tẽpies fuit. Vindicẽ se æris alieni Cicero uocat qd' i ptura seuęre ius dicẽs/ac i cõsulatu puniẽs nouarũ tabularũ assertores obæratos creditoribus addicebat. Circũforaneo. Fœneratitio.

Seruilioꝝ triens.

Molon's

Corinthiũ æs.

Circũforaneo.

Subueteri/bus. qm̃ fœneratores in foro uersabant: in loco dicto subueterib. & ad Ianũ mediũ. Plautus. Subueteri bus ibi sunt q dant/quiq; accipiunt fœnore. Horatius. Postq̃ res mea Ianum Ad mediũ fracta est.

Prognosti/ca. Prognostica. Vel diuinationes in uersum uel pscripta. qm̃ auctore Nepote Cicero pdidit oẽs futuros motus Reipu. puto tñ libellũ intelligi. M. Tullii ubi se in pcilio Iouis oprimi dicebat fuisse: & q̃ proferebat/ex ore Iouis pferre: quod Salustius Ciceroni dicaciter obiecit. γνῶσις cognitio: γνωστὸς notus. Recessu. Discessu ab hoc loco ubi nũc morã trahis. Quidã codices habent accessu: & ad urbem intelligit. Prouincialia. Debere occupatum esse in rebus ad prouinciã ptinẽtib.

Decuriões. Decurionibus. Senatorũ municipaliũ i numero: qui dicũtur decuriones.

prognostica mea cũ oratiunculis propediẽ expecta: & tamẽ: quid cogites de aduẽtu tuo: scribe ad nos. nam mihi Pomponia nunciari iussit te mense Quintili Romę fore: id a tuis literis: quas ad me de accessu tuo miseras: discrepabat. Pœtus: ut antea ad te scripsi: omneis libros: quos frater suus reliq̃sset: mihi donauit. Hoc illius munus i tua diligẽtia positũ est. si me amas: cura: ut cõseruẽtur: & ad me perferãtur. Hoc mihi nil potest esse gratius. & cum græcos: tũ uero latinos diligẽter: ut cõserues uelim. tuũ esse hoc munusculũ putabo. Ad Octauiũ dedi literas: cũ ipso nil eram locutus. neq; enim ista tua negocia prouincialia esse putabã: neq; te in Decurionibus habebam: sed scripsi: ut debui diligenter. Vale.

¶ Argumentũ.

CVRA. Mittit ad Atti/cũ librũ suum uel ut alii uolũt nepotem ex foro te Ciceronẽ: cui austeritas patrui displicuerat.

¶ Interptatio Codicis.

FI. Beroaldus cui legit. Ciceronẽ nostrum. Quidã opus a se cõpositum intelligũt/alii nepotulum.

Thios. θεῖοι Auisculi. Iuxta illud Persianũ. Cũ sapimus patruos.

Patrui ri/gor. Patrui i quit Apuleius in floridis a comicis introducuntur obiurgatores. Horat. Metuentes patruæ uerbera linguę. M. Tullius in orõne p Cęlio. Pertristis qdã patruus: cẽsor/magister obiurgauit Celium.

Pelene. Peleneos. πελλιναίων. De Rep. peleneorũ: q sunt populi Thessaliæ: ut inqt Suidas. Pelene ciuitas. Pelenęos lorica & tunica. Iorneã uulgo nominãt. In ueteres uestes ferentes dicit. πελλιναῖος χιτὼν, pelenea uestis. In pelene nãq; uestes uersi colores fiunt. Prouerbii meminit

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVra amabo te: Ciceronẽ nostrũ: ei nos θεῖοι uidemur. πελληναίων i manib. tenebã: & Hercule magnũ aceruũ dicęarchi mihi ante pedes obstruxerã: O magnũ hoiem: & a quo multo plura didiceris: q̃ ã Procilio. κοριν-θίων καὶ ἀθηναίων puto me Romę hr̃e. mihi Herodes: lege: te hoc doceo: mirabilis uir ẽ ἡρώδης:

Aristophanes. Plutarchus i Arato. Duces uero & centuriones circũeuntes peleneorũ cõiuges & filias diripiebãt/& exuẽtes galeas: illarũ capitib. imponebãt/ne qs alter cognitas abduceret. Pellenæi & a pellena ciuitate peloponesi dicti. Legũt alii tñ περὶ ἑλλάδων qm̃ de rebus helladis hoc est græciæ dicearchũ scripsisse auctor est Suidas. Aldus Peleneon cũ. o. breui scribit/ut sit nomẽ proptiũ.

Dicear/chus. Dicearchi. Phidii filius Dicearchus/Siculus ex urbe Messana Aristotelis auditor/philosophus & rhetor & geometra. Scripsit helladis ritus ac de Rep. Lacedæmonioꝝ. Fuit alter Dicearchus Lacedęmonius grãmaticus auditor Aristarchi. Dicearchus ille siculus auctore i qõnũ Tusculanarũ primo: Cicerone/triplicẽ finxit animã: cuius principatũ. i. rõnem i capite sicut i arce posuit/& duas separe uoluit/irã & cupiditatẽ/quas locis suis disclusit/irã in pectore/cupiditatẽ subter p̃cordia locauit: mox idẽ Cicero: Deliciæ: inqt: meæ Dicearchus. Obstruxerã. Circa pedes extruxerã. De. Ab.

Procilius. Procilio. Procilius grãmaticus uir ætate sua doctrinæ singularis auctore Seneca. hic teste lãpridio cõmemorat apud Mẽphim in aurea colũna ægyptiis literis scriptũ repiri/tũc demũ ægyptũ liberã fore cũ in eã uenissent Romani fasces. Κορινθίων καὶ ἀθηναίων. Corinthioꝝ & Atheniensiũ. habeo Dicearchũ historicũ scriptorẽ luculentũ/ut q de rebus Atticis Corinthiacisq; scripsit.

Herodes. Herodes. Scribendũ Herodes/sensu & ordine tali. mihi Herodes/Herodes inquã mirabilis ẽ uir. lege & experieris. hoc te doceo uirũ mirũ Herodẽ esse. Herodes filius fuit Attici ditissimi/gñre æacides/atheniẽsis uico Marathonio. Sophista: ut inqt Philostratus: diues factus inuẽto thesauro/unũ stadiũ & theatrũ atheniẽsib. fabricauit. Eruditus a fauorino & Polemone/cuius patet

Atticus mnā quotidie populo legauit/quod filius Herodes nō seruauit. Filiū luxuriosum & literarū indocilē reliqt/ex quo patri uenit in mentē uiginti quatuor puerulos coętaneos & ęquęuos cū eo educare:qui nominib.literarū nocarētur/ut earū memoriā psenti cōuersatione teneret. Sed nō profecit. Rudis nihilominus filius pseuerat/unde pater rebus despatis maternā tm̄ hęreditatē filio reliqt. Caetera diuisit inter amicos. Atticotatos erat. Sobrie tn̄/qm̄ supfluus atticismus barbariem sapit. Sicci oratores ac aridi qbus splēdor ac uerborū cothurnus nō sapit/eū oratorē saginatū appellarūt. Adolescēs corā .M. Antonino orōne excidit. quod Demostheni corā Philippo cōtigisse cōstat. Idēq Theophrasto pgresso ut populū alloqretur. Auctor Gelius. Sed de alio ac priore Herode historico nūc Cicero meminit. De Herode saginato tēpora discrepāt.

Puertis nomina litera tū indita.

Atticotatos.

Atticismus Qui orōne exciderūt.

si homo eēt:eū potius legeret:q̄ unā literā scriberet: qui me Epistola petiuit.ad te:ut uideo cōminus accessit.coniurasse mallē:q̄ restitisse cōiurationi:si illū mihi audiendū putassem. De Lollio sanus non es: de Vinio laudo.sed heus tu ecqd uides Cal.uenire! Antoniū nō uenire! Iudices cogi!nam ita ad me mittunt. Nigidiū minari in cōcione se iudicem:qui nō affuerit:cōpellaturū. uelim tamen: siquid est de Antonii aduentu:quod audieris:scribas ad me. Et quoniā huc nō uenis:coenes apud nos : utq; pridie Cal. caue aliter facias. Cura ut ualeas.

Si homo esset. Si uir esset/si pleno pectore saper.figura loquēdi doctorib. pfamiliaris. Literā. Vnū iota/nedū literas. Me. Meas orationes. legeret potius mirifica Herodis scripta q̄ meas nugas. Epistola. Per epistolā supiorē/qua respōdet Attico petēti Ciceronis oratiūculas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRimū:ut opinor : εὐαγγέλια. Valerius absolutus est Hortēsio defendēte. id iudiciū Attilio cōdonatū putabat:& Epicratē suispicor:ut scribis:lasciuū fuisse.

Petiuit. Atticus uel.Q .Frater q p epistolā fratrē Marcū rogauerat/ut eius scripta mitteret. Cōminus. Prope. Accessit. Herodes. Illo fruere q potes. Coniurasse. Vt mitteret athenas in exiliū patria lōge felicius:in quo frui cōtingeret Herode. Illū. Herodē. Lolio. Lolio cū.l.duplici scribe. Ferētini in turri quadā adhuc uisunt hæc uerba. M.Lollius.C.Filius Cos.A.Hirtius.A.F. funda faciū da certauerūt/eidēq probauerūt. Vino. Vinio lege. Est.n. pprīū nomē. Kalēdas. Statū ac decretoriū defensioni diē. Antoniū. Quē tandē defensurū pollicitus erat Attico .M. Tullius. Nigidiū. Figuliū q forte tū magistratū gerebat:etiā consulatū.nō sunt ordine suo digestæ eplæ. Cōpellaturū. Coacturū uel raptis uenire pignorib. Huc. Romā. Coenes. Cras. Apud nos. In Formiano/uel alibi diuersoriorum nostrorum. Vtq. Venias. Pridie cōpitalia dixit inferius.

Lollius.

Vinius.

ℂ Argumentum.

DE ABsolutiōe Valerii agit Hortēsio defendēte/Epicratē nō pbat:ut lasciuiusculū. Fenestras angustas latiorib. pponit. De Repu. nōnulla. Resistere legi agrariæ non improbat. Cæsarem Ciceronis & Pompeii consilio usurum iactabat Balbus. Patriam tamen cūctis canorem sibi futuram spondet. Expectat compitalibus Atticum.

ℂ Interptatio Codicis.

Εὐαγγέλια. Bonum nūtium. Sic uocatur etiam pmium quod datur læta ac fausta nunciātibus. Iuriscōsultus Vlpianus libro.xlvii. digest. Titulo secūdo de furtis. Pleriq; ēt putanr hoc facere ut libellum proponant cōtinentem inuenisse se & redditurū ei qui desideraueriit.ii ergo ostendunt se non animo furandi fecisse. Quid ergo si ea quæ dicūt græci μήνυτρα uel εὐαγγέλια petat ? nec hic uidetur furtum facere/& si non probe petat aliquid. Valerius. De quo extat oratio inscripta Ciceroni diuerso tamen stylo : quam Ianus Cardo Bononiensis sui temporis Cicero in lucem extulit longis pcibus fatigatus. Verum quoniam Valerium ab Hortensio defensum auctor est in hoc loco Cicero/ab Hortensio forte composita fuit stylo etiam sūmissiore. Iurisconsultus fuit hic Valer. ut ex Cicerone colligo alibi. Et epicratem. Etiam ego suspicor Epicratem lasciuū fuisse. Fuit Epicrates comicus eleganter barbatus/a promissa barba sacesphorus dicebatur/quasi scutum nō barbam ferret. Fuit etiam rhetor Epicrates. Fuit tertius Epicrates Atheniensis ductor populi ephorus cognomento : de quo Demosthenes meminit. Alius de quo mentionem facit Lycurgus. Alius Aeschinis rhetoris necessarius. Suidas. Lasciuum. Mollem.

Enāgelia.

Menytra.

Cardo Bononiēsis.

Epicrates sacesphorus.

Fasceę cretatæ. Caligæ. Oratio lasciuiuscula.metaphora. Fasceæ cretatæ. Delicatū genus orationis/molle/ minimeq̨ uirile. Credo p̄ fasceas cretatas a Cicerone intelligi sicyonia calciamēta/de q̄bus in hāc sententiā mira huius codicis illuminatione inquit idem in libris de oratore. ut si mihi calceos sicyonios attulisses/nō uterer q̄uis essent habiles & apti ad pedē. q̄a nō sunt uiriles. Lucretius libro.iiii.

Curules. Pedules. Vngenta & pulchra in pedibus sicyonia rident. Sunt quoq̨ fasceæ crurules & pedules a recentioribus historicis appellatæ Cretatū albū. Iuuenalis. Duc i capitolia magnū/Cretatūq̨ bouē. Vitru. tīingt ille: Cretam/uitio p̄ligere Theta. Plautus in aulularia. Qui se tegūt Creta. Horat. Qui mores Creta/qui sint carbone notādi. Cretatæ ergo fasceæ sunt albicanti corio uel pāno. Non placebāt. Mihi ut Socrati Lysię mollis oratio. Quid sit. Inter hos auctores maxime p̄cipuus. Cum ueneris. Inter nos quotidianis disputationibus euentilabimus.


etenim mihi eius caligæ: ut fasciæ cretatæ non placebant. Quid sit: sciemus: cū ueneris. Fenestrarum angusthas: quod reprehēdis: scito te κύρου παιδείαν reprehēdere. nam cū ego idem istuc dicerem: gyrus agebatur: uindiorū τὰς διαφάσεις latis luminis/ bus: nō tam esse suaueis. etenim ἔστω μὲν ἡ ὄψις α, τὸ δὲ ὁρώμενον, β, γ, ἀκτῖνες δὲ. δ. καὶ ε:

Fenestrarum. Transit ad aliam partem Epistolæ qua respondet Attico; qui in suburbano Ciceronis fenestrarū damnauerat angustias / probatq̨ fenestras angu/stiores esse suauiores.

Cyrus. Κύρου. A Cyro architecto/nō a Cyro Rege: de quo architecto Cyro soli/to angustas instituere fenestras/meminit idem Cicero libro.ii. Epistolarū ad.Q. Fratrem/etiam libro septimo familiariū ad Trebaciū Testam. Cyrus persica lingua sol dicitur auctore Plutarcho in Artoxerxe. παιδείαν. Institutionē/doctrinā. Nam ita instituebat ac ordinabat has angustias Cyrus. locat in dictione pędia propter pędian Cyri Regis: librū uidelicet Xenophōtis & pędian fenestrarum. Gyrus. Murus ac maceria qua uiridia claudebantur. aliqui Cyrus alebat: scribunt.

Fenestrarū angustiæ. διαφάσεις. Fenestras. Latis. Videbant ex nimia luce aperto gyro/lato lumine caligātes oculos facere/nō illuminate suauiter. Non tamen. Scribe. Non tam/subintellige expetebar esse suaues. ἔστω. Sit uisus q̄dem prima/quod aūt uidetur secūda/radii uero tertia. Probaturus Cicero fenestratum mediocres esse meliores/inquit/ponamus stoicorū opinionem esse ueram/quæ putat aspectum fieri extramittēdo/oportet uim opticen.i.uisiuam exire unitiorem ut semibarbari dicūt per paruam fenestram/quoniam pyramidaliter egreditur. Visum uero erit. B. καὶ. Γ. idest obiectum ὁρώμενον gerit uicem duorū / quoniā illud oculus uidebit unū quidem corpus/sed duo puncta extrema/pyramidaliter ut dixi: ubi fiet in fine latitudinis corporis uisi. B. καὶ. Γ. hoc est duo puncta extrema. Radii uero erunt. Δ. καὶ. E. quod est/& ipsi radii corpus lustrabunt duplici altrinsecus lustratione pyramidaliter facta corporis uisibilis/& ita undiq̨ ambiendo gerent uicem duorū. Ad ple/niorem huius rei doctrinā annexui hæc Geliana uerba libro.v.

De uidēdi ratione. De uidendi ratione/deq̨ cernendi natura diuersas esse opiniones philosophorū animaduertimus. Stoici causam esse uidendi dicunt: radiorum ex oculis/in ea quæ uideri querūt emissionem/aerisq̨ simul intentionē. Epicurus afflue re semper ex omnibus corporibus simulacra quędam corporū ipsorū/eaq̨ sese in oculos inferre/atq̨ ita fieri sensum uidēdi putat. Plato existimat genus quoddā ignis/lucisq̨ de oculis exire/idq̨ coniunctum continuatūq̨ uel cum luce solis/uel cum alterius ignis lumine sua ui & externa nixū efficere/ut quecūq̨ offenderint illustrauerint ue cernamus. Tamen hac subiecta figura geometrica ista melius considerari percipiq̨ poterunt / uidebimusq̨ non titubanter & strictim / sed aperte atq̨ perspicue/quod fenestrarum angustię nō sunt impedimento quo minus moles magna a sensu uidendi distincte percipiatur/ut uidelicet ex subiecta inspectione patet.

B  Γ

Opsis hoc est uisus triplex est omnino:directus:refractus & reflexus/de qbus optica & catoptrica Euclidis est/nec substantiā/sed colorē cernit.Si.n.substantiā cerneret/noctu quoq; ipsam cōspice/ ret. De hac optice hoc est prospectiua Euclides:multiq; post eū libros dicauere: inter quos Ptole/ mæus:Heros:Mechanicus/Damianus:Heliodorus Larisseus/& proximo sæculo Petrus Franci/ sci dogmate pinsignis. Trifariā eam diuidūt in opticen dictā:qua libere & recte:& sine fractione p spicimus. Catoptricen qua p Diaphana aquā uidelicet aut aerē crassum aut speculū/seu leue ali/

Opsis tri/ plex.

Optice.

Catoptrice

uides enim cætera. nā si κατὰ εἰδώλων ἐμπτώσεις uideremus: ualde laborarēt εἴδωλα in angustiis: nunc fit lepide illa ἔκχυσις. cætera si reprehenderis: nō feres tacitū: nisi si qd erit eiusmodi: quod sine simptu corrigi possit. Venio nunc ad mensem Ianuarium: & ad ὑπόστασιν nostram: ac πολιτείαν in qua σωκρατικῶς. sed tamen ad extremū: ut illi solebāt τὴν ἀρέσκουσαν. est res sane magni consilii. nam aut fortiter resistendum est legi agrariæ: in qua est quædam dimicatio: sed plena laudis: aut quiescendum: quod est non dissimile: atq; ire in Solonium: aut Antium: aut etiam ad Iuturnam:

quod refracte aspicimus. Sciographice cū corpora aut ędificamus aut fingimus: q̄ non tā artis rōni q̄ aspectui seruiāt. Visus ab oculo in rē uisā fertur/nō item cōtra. Est conus tetramorios/ē conus/ orthodoxus:& multa huiusmodi: quę libēs omitto spatiis exclusus iniquis. Vides cętera. Iā ɔclusio nē tenes: iā colligis qđ fenestræ mediocres sunt meliores atq; suauiores/quoniā tanta non fit lucis ἔγχυσις. i. effusio. Certe romana ædificia prisca/paruas/nō modo mediocres fenestras hñt. Nā si κατὰ. Significāt hæc uerba: si p simulationū igressus uel occursus. hoc sensu: Si Epicuri opinio esset uera qđ a corporib. manarēt iugiter simulacra: q̄ deforis uenientia oculis īciderēt: uera foret opinio tua sup latitudine fenestrarū. Sed quoniā more stoicorū extra mittēdo fit uisus: qui ab angusto pricipio maxima uidet: habeo fenestrarū angustias nō improbandas. Laborarēt. diminuerēt: trūcarent. Εἴδωλα. simulacra: spectra: imagines. Lepide fit. ēt per angustū locū. Ἔγχυσις. Effusio. Cętera. mēbra ędificii: ut uerū sit illud: laudes nō culpes: quod corrigi nō pōt. Nō feres tacitū. nō abibis sine rephensione. nō tacebo. tibi respondebo: ac opinionē tuā rephēdā. Sine sumptu. Sine impēdio. Corrigi. Emēdari. Ὑπόστασιν. Statū.

Hypostasis

Πολιτείαν. Ciuitatis ac Reip. moderationē. In qua. In qua materia Reip. & politica disputasti socratice. i. media disputatione ueluti ueritatis uentilabro. Alludit illi sentētiæ. Vetus ac socratica ratio cōtra alterius sententiā disputādi: nō altercādi gratia/sed ut ueritas eluceat. in quā Beroaldus emendauit/pro qua & cōtra quā. σωκρατικῶς aduerbiū est & socratice significat. Ad extremū. Cum cōclusioni adhæres. Vt illi solebāt. Vt prisci socratice politiā gubernabāt. Beroaldus meus emendat/ut olim solebat/subintellige placere politia. Ἀρέσκουσαν. Placentē: gratā. Disputas usq; in finē: & tandē multis in cōtrariū & pro politia argumētis adductis: Respu. nostra placet.

Res. Prouincia tuēdi politiā. Legi agrarię. Hoc fecit Cicero in Rullū: ubi agrarios uocat legē agrariā appetētes. In Soloniū. Vt secessibus amœnissimis: quod faciūt belli optimates: qui malunt Rēpu. turbari q̄ comā: qui sperant uillas ac nūmulos suos fore incolumes peunte Repu. Soloniū nomen est loci in agro lanuino/de quo Cicero libro primo Diuinationū cum de Roscio loq̄retur. Cum educaretur: inquit in Solonio: qui est campus agri Lanuini. De Solonio Marii suburbano Plutarchus in Mario. Liuius in octauo ab urbe cōdita. Antiates in agrū ostiensem: ardeatē: Soloniū incursiones fecerūt. Franciscus Petrarcha tractatu quinto de portētis scribit Rosciū: quē Cicero amorem ac delicias suas appellare non erubuit/cum in campo Solonio nutriretur/nutricē uidisse cōsopitū circūplexū angue uoluminoso. Aliqui rixantur Seloniū nō Soloniū scribendum.

Agrari.

Soloniū.

Lanuuiū. Ciuitas latina: quæ hodie ciuitas diuina uocatur: ubi auctore Liuio libro octauo ab urbe condita: Iuno sospita colebat: Lanuuii habent prisca marmora ea in urbe. Antiū. Secessum amœnissimū prospectu maris/ad pisces uocandos. Ad iuuandum. Scribendum/ad Iuturnam. Iuturna: auctore Seruio: libro Aen. duodecimo: fons est Italię saluberrimus iuxta Numicū fluuiū: cui nomen a iuuādo inditū est. Cum. n. naturaliter omnis aqua noxia sit extraneorū corporib. hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc autem fonte Romam ad omnia sacrificia aqua afferri cōsueuerat. Virgilius. Nympha decus fluuiorum animo gratissima nostro: Disce tuum: ne me incuses: Iuturna dolorem. Septimius florens in libro de pallio/ubi de Viturna meminit: Tu Iuturna substitue. De Iuturna opido cum minturnis/Carseolis & suessa meminit Liuius libro. vii. de. ii. punico bello. Mendum est apud. M. Tullium in oratione pro Cluentio. In statuis inauratis quas po/

Lanuuiū.

Iuturna.

fuit ad diuturnæ. Tu scribe:ad Iuturnæ & more suo subintelligit ędem. Quod. Scribe. Quin. A me. Nõnulli emendant. Quin ad me aiunt Cæsarẽ sic spectare/hoc est mihi se cõiungere/in amorẽ meũ inclinare. Alii defendũt/a me/sed ꝑate nõ spectare scribũt ut Beroaldus:tãq̃ Cęsaris spes de Cicerone sit optima/fore ut res eius clarissimas in senatu sit ornaturus. Dubitet. Mali quid a me. Amamus eum a quo honorẽ fauoremq; speramus. Crassum. Vt eo adiutore uterer. Senectutis. Meæ/spero senio meo tranquillitatem affuturam/Zephyrosq; afflare secundos.

Catacrisis.

Κατάκρισις. Sãctio:Iudiciũ.quo sanxit mihi Iupiter una cũ Pallade ut me gerere deberẽ. Libro tertio. Poematis mei. nam & a se in cõsulatu gesta Cicero carmine luserat ut supius. Interea. Calliope prima dearũ uocaliũ Ciceronẽ his in cõcilio deorũ ad optimatũ fauorẽ hortabatur. Ἀριστοκρατικῶς. Senatorie. Perscripserit. Dictauerit/uel lege ꝑscripserit/hoc est uiuẽdi metas impo suerit. Εἷς οἰωνὸς. Vnum augurium optimũ pugnare ꝑ patria: sumptũ ex Iliados duodecimo: ubi Hector auguria reliqua negligens sic infit. Nunc ꝑpetibus me parere iubes auib. quas negligo/an ab ortu/an ab occasu ueniant paruifacio/licet tamen Ioui fulminatori nos parere:qui in cunctos imperiũ habet & deos & mortales. una optima auis pugnare ꝑ patria. Aristoteles in rhetoricis inter sententias citat hunc Homeri uersum. Plinius Cecilius in Epistolis. Cicero đ senectute. Fabius cũ esset augur ausus est dicere optimis auspiciis ea geri:quæ ꝑ Reipublicę salute fierent. Quæ cõtra Rempu. ferrentur/ꝯtra auspicia ferri.

Compitalitia.

Compitalitiis. Se.n.compitalibus uenturũ ꝓmiserat Atticus. Ambulatiũculis.n.cõpitaliũ & aliis temporibus inambulãdo: colloq̃bãtur Cicero atq; Pomponius/ut in his Epistolis sæpe est animaduertere. Memento. Venturum ut recepisti. Mattem. Quæ iam fratri nuper peperit.

Philomathia.

φιλομαθίας. De amore sapientiæ uel discendi. De libris. Ex bibliotheca fraterna. Nã interaccedendũ ad urbem Atticus forte ꝑteruectus erat ꝑtoria fratris Ciceronis:in quibus erat bibliotheca. Vel hic liber fratris id temporis erat apud Atticũ.

quin ad me aiunt Cæsarem sic spectare: ut nõ dubitet. Nam fuit apud me Cornelius:hunc dico Balbũ Cęsaris familiarem. Is affirmabat illum omnibus in rebus meo: & Pompeii consilio usurum:daturumq; operam:ut cũ Pompeio:Crassum coniungeret. Hic sunt hęc. coniunctio mihi summa cum Pompeio: si placet etiam cũ Cæsare: Reditus in gratiã cũ inimicis:pax cum multitudine: Senectutis otium. sed me κατάκρισις mea illa cõmouet:q̃ est i Libro tertio.

Interea cursus:quos prima a parte iuuentæ:
Quosq; adeo Consul uirtute:animoq; petisti:
Hos retine:atq; auge famam:laudesq; bonorum.

Hęc mihi cum in eo libro:in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς: Calliope ipsa perscripserit: non opinor esse dubitandum:quin semper nobis uideatur εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sed hoc ambulationibus Compitalitiis reseruemus. Tu pridie Compitalia memento: Balneum calefieri iubebo: & Pomponiã (nam Terẽtia rogat) mattem adiungemus. Θεοφράστου περὶ φιλομαθίας affer mihi de libris. Q. Fratris. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FEcisti mihi pergratum:q; Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego:quod inter nos liceat dicere: mil-

ℂ Argumentum Epistolæ Quartæ.

SERApionem ab Attico missum propter obscuritatem nõ intelligit. Rogat ut cũ Cycinio transigat ac emptũ male/reddat. Gaudet Clodiũ legatũ ad Tigranem mitti. Cum musis interim sperat delectationem:nec in mentem uenit inuidere Crasso. Geographica scripturum se non omnino pollicetur. Ne pueri in timore ruinæ uersentur/placet murum dissiciant/adhibito tamen Vettio architecto.

ℂ Interpretatio Codicis.

Serapiões.

FECISTI Gratũ quod Serapionis. Plures fuere Serapiones/unus Hieropolitanus Stoicus:cuius meminit Strabo/necnõ Stephanus. Serapion Aelius cognomẽto: secũdus fuit orator Alexãdria oriũdus:scripsit orõnes in genere deliberatiuo:auctore Suda:& an me-

rito Plato a sua politia Homerũ eiecerit. Scripsit & rhetoricam artem. Fuit & Serapion pictor: qui quod homines optime pingeret/ Anthropographus appellatus ē. Fuit & Serapion sub Cõmodo imparatore p̃sul Antiochiæ: qui auctore Hieronymo: de secta Montani libros edidit. Floruit & sub Constantio Serapion cognomento scholasticus. Vltimus Serapion de plantis scripsit. Cicero de uno e primis intellexit. Fuit alter Serapio etiã tũ adultę lanuginis iuuenis efficacia p̃currens ætatem: de quo Marcellinus libro.xvi. meminit. Serapionis rhetoris Alexandri Romani imperatoris

Anthropographus.

lesimam partem uix intelligo: pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui: ne tu expensum muneribus ferres. At quoniam nummorum mentio facta est: amabo te cura: ut cum Cyrinio quoquo modo poteris: transigas. si in eo: quod ostenderat: non stat: mihi maxime placet ea: quæ male empta sunt: reddi: si uoluntate Pomponiæ fieri potent: si ne id quidem: nũmi potius reddantur: quam ullus sit scrupulus. ualde hoc uelim: ante quam proficiscare: amanter: ut soles: diligenterque conficias. Clodius ergo: ut ais: ad Tigranem? uelim Scire conditiones. sed facile patior. accõmodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud: cum & Quintus noster iam: ut speramus: in otio consedent: & iste Sacerdos bonæ deæ cuiusmodi futurus sit: sciri possit. Interea quidem cũ Musis nos delectabimus animo æquo: immo uero etiã gaudenti: ac libenti. neq; mihi unquã ueniet in mẽtem: Crasso inuidere: neq; pœnitere: quod a me ipse non desciuerim. De Geographia dabo operã: ut tibi satisfaciã: sed nihil certi polliceor. magnum opus est: sed tamen: ut iubes: curabo: ut huius peregrinationis tibi

pręceptoris non tacuit Lampridius. De Serapione philosopho qui solebat magno cursu uerba conuellere: meminit Seneca libro Epistolarũ ad Lucil. quinto.

Præsentem. Numeratam: nõ creditam. Plautus in captiuis. Emi de questoribus præsenti pecunia. Expensum. Quod in hoc impendisti. Muneribus ferres. Dono adscriberes. Hadrianus tamen olim Flamen dialis credit expensum ferre idem esse: quod peruerso loquendi modo dicunt: ponere ad exitum. Sed dicat uelim Hadrianus cur Cicero muneribus addidit? Quæ dono dantur non ponũtur ad exitum acceptæ dateq; pecuniæ. Addit acceptum referre idem esse quod corrupto sermone dicitur: ponere ad introitum: qui exemplo cõuincitur Ouidiano. Acceptum refero uersibus esse nocens: intelligit se uersib. adscribere delictũ non ad introitũ ponere. Non tamen inficias eo tabulas apud priscos his nominib. fuisse duas/ alterã accepti/ alteram expensi/ dati & accepti hodie barbare dicũtur:

Expensum ferre.

Acceptum referre.

de quibus Plinius libro.ii. Natu. Histo. cum de fortuna meminit/ utrãq; facere tabulam tradit. Pedianus quoq; super his tabulis meminit/ quęstores uidelicet pecunias quęsitas in publicas tabulas referre consueuisse. minime negamus acceptum ferre uel referre esse creditorem: ut aiũt: facere uel scribere ad introitum: nec negamus expensum ferre/ esse contrarium/ pręsertim cũ Cicero in Verrem dicat. Dolabella uerri acceptum retulit/ quod uerres illi expẽsum tulit. Sed quod nõ semper. Papinianus iuriscõsultus: ut primam tantum pecuniam expensam ferat. Expensum ferre/ ut inqt Asconius/ est scribere te pecuniam dedisse. unde apud Ciceronem in hoc loco: ferre expẽsum muneribus est Ciceronem scribere non debitorem/ sed dicere uel scribere se numerasse illam pecuniã ut Ciceroni dono daret/ exempli gratia cum dico: acceptam tibi refero uirtutem/ significat quod passim dicimus/ recognoscere te auctorem fuisse/ eius: quæ in me est/ uirtutis. Expensum tibi refero studium meum hoc est pro te iuuando/ quidquid in me studii aut artis fuerat/ impendisse. licet & quæ dono darentur in tabulas expensi reicerentur: ut Imperator genius ac amor orbis iussit rationatorem numeratam pecuniam pro adamato Tito referret expensam. Transigas. Infectam reddas emptionem. In eo. Pretio sibi dato uel promisso. Ostenderat. Innuerat se facturum.

Non stat. Discedit a conditione & pactis. Male. Magno pretio. Plinius Cecilius. mala emptio semper ingrata est. Martialis conditione mala. Plau. prodite male conciliari .i. magno pretio empti. Syrpie. Scribendum Scire. Sacerdos. Ironice. Clodium intelligit. Cuiusmodi. Cuius in me animi. Desciuerim. Discesserim. ab instituto priori uiuendi non me alienauerim.

Male.

Geographia. Itinerarium profectionis suæ ac liberæ legationis pollicebatur Attico Cicero: quod mox dicit se non perfecisse/ quod floride describi non possunt.

Opus extet. Non frustra me pegrinatũ fuisse dicas. Nimis.q̃ decreuerã. Beroaldus legit minus. Saltũ. Prata ac pascua/cui qui pest ab honorato grãmatico uocatur saltuarius. Quercũ Dodonæam. Stephanus. Dodona ciuitas molossidis in Epiro/pp quam Iupiter Dodonæus. Scribit Zenodotus in dodone primo phagũ uaticinatã. Sic uocatur a Dodone nympha oceani filia/ uel a Dodone Iouis & Europæ filio/uel a Done fluuio. Dicitur & Doden/cuius gentile non inuenitur. Formaẽ tamen Dodonius & fœmininũ Dodonis. Extat & prouerbiũ: Dodonæũ ahenũ in loquaces: quod peluis a flagello pcussa resonat: uel quod ui uento rum agitatur. huc trahaẽ illud Iuuenalis: Tot pariter pelues/& tintinnabula dicas Pulsari. ita dicere iure possumus hodie cũ doctor nouellus ornatur insignib. Venit: ut inqt Frãciscus Petrarcha: iuuenis stultus ad tẽplũ/doctoris isignia recepturus. pceptores illũ sui celebrãt seu amore seu errore. Tumet ille: uulgus stupet/applaudũt affines & amici. Ipse iuius cathedrã scandit/cũcta iam ex alto despiciẽs/& nescio quid cõfusum murmurãs. Tunc maiores certatim ceu diuina locutũ laudibus ad cælũ tollunt. Tiniunt interim cãpanæ: strepit tubæ: uolãt ãnuli: figũtur oscula: ceruici rotũdus ac magistralis bõnetus apponiẽ. His pactis descendit sapiens qui stultus ascenderat. Mira prorsus trãsformatio/nec Ouidio cognita. Possidere. Nam Terentiæ saltus totã pene cõplectiẽ epirũ. Deuiũ. Aberrãs a uia militari.

Saltuarius.

Dodona.

Aes Dodonæum.

Doctor nouellus.

opus extet. Tu quicquid indagaris de Repu. & maxime: quos Coss. futuros putes: facito: ut sciã: tametsi nimis sum curiosus. statui enim nihil iã de Rep. cogitare. Terẽtiæ saltũ perspeximus. Quid quæris: preter quercum dodonæam nihil desideramus: quo minus Epeirum ipsam possidere uideamur. nos circiter Cal. aut in Formiano erimus aut in Põpeiano. tu si in Formiano non erimus (si nos amas) in Põpeianũ uenito. id & nobis erit piucũdũ: & tibi nõ sane deuiũ. De muro imperaui Philotimo: ne impediret quo minus id fieret: quod tibi uideretur: ut cẽseo: tñ adhibeas Vectiũ: his tẽporibus tam dubia uita optimi cuiusq; magni æstimo unius æstatis fructũ palestræ palatinæ: sed ita tamen: ut nil minus uelim: q̃ Põponiã: & puerũ uersari in timore ruinæ. Vale.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

CVPIO Equidem: & iam pridem cupio Alexandream: reliquamq; Aegyptum

Vectiũ. Qui demoliri iubeat: si uiderit/ut pitus in arte/stare diu nõ posse. His tẽporibus tam dubia uita optimi cuiusq;. Cum his iniquis tẽporib. qbus piculis omnib. impliciti sumus parietem demoliamur/nõ est tutus piculo proximus. Satis est uno piculo ne pluribus nos reddamus obnoxios. Nam paries iste ruinã minabatur. Magni æstimo. Respondet tacitæ obiectioni. Ego quidẽ hanc ptem scio poditũ habere/unde spectacula palatinæ palestræ cõmode prospici noscimus: tñ cũ piculo simus obnoxii/placet nos ab oĩ discrimine sartos ac tectos reddere. Fructũ palestræ. Parietem cuius e fastigio palestra pulatini montis uisebatur. Ita tamen. Fructũ palestræ æstimo ut nihil pensius uita ac salute ducã. habuit. n. Cicero domũ in palatio: ubi nũc est uinea Phædri Volaterrani uiri clarissimi: in cuius obitu sales ac ioca plautina piere. Magni estimo q̃ unius. Erade dictionem/q̃/plurimi facit illum prospectũ/sed pluris uitã ac salutem suorum.

Phædri laus.

Argumentum. v. Epiæ.

CVPIO Alexãdrẽã. Clodiũ moliri uelle noua Cicero psagiẽs: ad pegrinationem se parabat: uel ut ab hac hominũ satietate discederet/Rara iuuãt/primis sic maior gratia pomis: ut cũ aliquo ciuiũ desiderio reuertaẽ. Dubitat tñ ne Cato ac optimates eius discessum fugã uocẽt. Vereẽ historias ac iudiciũ seræ posteritatis. Tandẽ relictis sæculi curis inanibus/cũ musis in gratiã redire uelle pmittit ac tota mente philosophari. De Clodio/de Tutii demortui auguratu/ac cæteris rebus urbanis/Attici auide literas expectat.

Interpretatio.

C VPIO Alexãdrẽã. Clodiũ moliri uelle noua Cicero psagiẽs/ad pegrinationẽ se pabat. Alexãdrẽa. Ἀλεξάνδρεια ciuitas ægypti: q̃ Dinocratẽ architectũ recognoscit/conditorẽ Alex. magnũ. uocata olĩ Rhacotis & Pharus & Leõtopolis. Dr p excellẽtiã ciuitas: & eius icolæ: ci uesut asty Athenæ & ἀστοί & astici athenĩẽses/ut Roma dr urbs. Appellata ẽ a romãis Augusta: & Iulia & Claudia & Domitiane & Alexynteria. Sũt & multæ aliæ Alexãdriæ. Scribit Marcellinus

Alexãdria.

Alexandriā olim habuisse scholas omniū disciplinarū liberaliū:fuisseq; ob cōmoditatē maximum totius orbis emporiū. Medicis ad cōmendandā artis auctoritatē sufficiebat si dixissent se Alexandriæ eruditos esse:tanta erat loci dignitas & æstimatio. Idē Marcellinus: Alexādrini:inqt:ad singulos motus sunt excādescentes:cōtrouersi:& reposcones acerrimi. Vopiscus hoies uentosos:furibūdos:iactantes:iniuriosos:auidosq; nouarū rerū. Curtius libro.vi.de altera Alexandria ad Tanaim meminit/quā uocat opus magna celeritate cōfectū. De Alexādria ab Alexādro magno condita multa Diodorus in Alexādro/& ex multis hæc ipsa. Accepit uero ea urbs citeriotib.annis tantū rerū omniū incremētū/ut a multis prima omniū i toto terrarū orbe numeref. Magnitudie.n.specie:reditib.amplis/copiaq; omnium humano uictui necessariorū lōge aliis oibus pstat. Habitāriū in ea multitudo supar/Quo nāq; tēpore in Aegyptū transmisimus/nobis auditū est ab eis/q descriptionē habitantiū faciūt esse Alexandriæ capitū liberorū plus trecentis milib.

Alexādrinorū natura.

Reposcones.

uisere: & simul ab hac hominū satietate nostri discedere: & cū aliquo desiderio reuerti. sed hoc tēpore: & iis mittentibus: αἰδέομαι τρῶας, καὶ τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. Quid enim nostri Optimates: siqui reliqui sunt: loquentur? an me aliquo præmio de sententia esse deductum? Quid Cato ille noster: qui mihi unus est pro centū millibus? Quid uero historiæ de nobis ad annos. DC. prædicarint? quas quidem ego multo magis uereor: quam eorū hominū: qui hodie uiuunt rumusculos. sed opinor

Nō ommittēda p incuriā quæ Cicero in oratione pro Rabirio. Ex Alexādria inquit oēs pstigię/illinc inq̄ oēs fallaciæ/oia deniq; ab his mimorū argumēta nata sunt. Visere. Laurentius Vallensis elegantiarū libro primo adducit hūc locū ita scribens. Aegyptum uisere.i.ut ego sentio ire ad uidendū/aliter dicendū erat. Viso eqdem/& tam pridē uiso/quo certe modo ne Priscianus qdem loqui auderet. Vsurpamus tñ hæc uerba pro eorų primitiuis:ut missi sunt legati uisendi causa.i.uidendi:quod certe ita exponi nō pōt causa uidere cupiendi/tolerabiliorq; mea sentētia foret:cā ut eant ad uidendū. Satietate. Rara ac negata conciliāt rebus admirationē. Nitimur in uetitū semp cupimusq; negata/ Sic iterdictis īminet æger aquis. Desiderio. Populi:quod in eius reditu factū est plenis uiis congressu hominū celeberrimo. Hoc tēpore. Discedere:quo Respu.patronis est orbata. Αἰδέομαι. Vereor Troianos & Troianas uestes trahentes. Verba Hectoris:q deside ac ocioso paride ad arma incitato/ipse ad tuēdos Troianos egredi urbe in aciē uolebat/cui Andromache fit obuiā blādissimis miserabilibusq; uerbis reuocare uolēs a pugna/Scamādrū uel Astyanacten filiū ostētans/uiduitatis suæ infelicitatē/ac fratrū mortuorų cladē supaddens. Ille respōdet. Ista qdē oia uxor quæ cōnumerasti & mihi curæ sunt/ & eadē ipse cogito/eisdem moueor/ sed Troianos Troianasq; erubesco/si uelut ībellis qdā eminus a cęteris subterfugiā pugnā/ & nihilominus nō patit animus ignauiæ sibi eē cōscius/ & ne mihi dissimilis sim q cōsueui semp gnauiter agere/i primisq; strenue pugnare/ut mihi & patri magnæ gloriæ essem. Hæc ex Homero Iliados lib.vi. Nō placet ut alludat Cæsari laxior toga utenti/laciniāq; trahēti/ unū manauit id Syllæ optimates admonētis:male pcinctū puerū cauerent:quē Troianū ab effęminatis morib. appellaret/& quod oriūdus erat ab Iulo. Succinit illud. O uere phrygiæ/neq;.n.phryges. Sensus est Ciceronis appositissimus.hoc tēpore abire/pugnā pro Repu.detrectare:quo maxime propugnatorib. eget/turpissimū iudico & miserabile/quod idē iprobat primo officiorų cū de magnanimitate agit/si sit fuga laborū/ cū tendat in ardua uirtus. Aristoteles libro ethicorų tertio ad Nicomachū:enumerās quinq; modos fortitudinis inquit. λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους & quæ sequūtur. Latine sic: Dicūtur & aliæ fortitudines quinq; modis/quorū primus ciuilis. maxime.n.supiori fortitudini similis est. Videtur.n.qui in Repu.uersantur adire pericula gratia pmiorų quæ legibus cōstituūtur/& ut ignominiam fugiant/atq; ob hanc causam fortissimi esse uidentur apud eas ciuitates quæ fortes uiros honestāt & timidos expellūt. Tales fingit Homerus Diomedē & Hectora. Pulydamas primus hanc mihi notam inuret. Hector aliquando dicet dum apud Troianos cōcionem habebit. Tydides a me perterritus fugit ad naues. Græcum Homeri carmen est:

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. Loquentur. In me tunc abeuntem quando redire deberem. Si qui reliqui sunt. Rari quippe boni:ac amatores patriæ/ quare Vticēsis Cato consiliū filio dedit:auctore Plutarcho/ne Rempu.attingeret. Præmio. Subintellige illectum. De sententia. Tuendæ Reipublicæ instituto. Deductum. Delectum/remotum. Depdicarint. Scribe. DC. prædicarint seiunctim.hic ad sexcentos annos memorabunt. Sexcentum ut alibi monuimus:numerus finitus pro infinito. Rumusculos. Voculas:sermunculos sine sale & sententia.

Visere.

Troianos uereor.

Fortitudo.

Rumusculus.

Excipiamus. Traditā legationem capiamus/siue aucupemur:uel uenemur & aures arrigamus qd fiet & dicet:quo pacto tēporū cursus procedet/quod cū primū sciuerimus/e re nata in hāc uel in illā partē flectemus:quasi dicat/qd ab extra ueniet capiamus .i. colligamus. Excipe aliqn apud Ciceronē est cauere. Expectemus. Quid sup libera legatiōe in senatu decernet uel quo se cardi ne flectet sors haud æqua piis. Deferent. Vltro legationem. Potestas. Accipiendi ac reiicien di. Aliq de legatione in Galliā cū Cæsare intelligūt. Tum. Cū primū deferet. Theophanes. Libertus Pompeii gratissimus ac potētissimus. Valerius Max. lib. viii. Ne Pōpeius qdem Magnus ab hoc affectu gloriæ auersus qui Theophanē mitylenēū scriptorē rerū suarū i cōcione militū ciuita te donauit/beneficiū p se amplū accurata etiā & testata orōne pro secutus. Quo effectū est ut ne qs dubitaret qn referret potius gra tiā q̄ icoharet. Arrius. De quo Cicero in Vatiniū teste sic. Qua mēte feceris ut i epulo .Q. Arrii familiaris nostri cū toga pulla ac cūberes? Destitutū. A Pōpeio desertū dū ɔsulatū peteret. Sul pitius cum.c. scribit Sulpicius ut uetusta marmora indicāt. Sulpi cia Paterculi filia e centū matro nis electa est/quæ pudicitia pcla ra templū Veneris Verticordiæ dedicaret. Auctores Liuius ac li bro.vii. Plinius. Quoniā. Scri be. quo nam. Nepos. Clodius luxuriosus. Auguratus. Au guralis dignitas ab obitu Tutii. Capi. Allici. Impetrauit aliqn Cicero auguratū/ unde dictū ab Augustino in lib. de ciuitate dei. Cicero augur irridet auguria. Quid hæc. Subintellige retra ctos: φιλοσοφεῖν. Phiæ me totū dedere. Sic i animo. Sedet aio meo cūcta p una phia cōtenere. Sic uellē. Fecisse. Cū oībus. Aliqui eruditiorū scribūt cōmu nibus. Rationē habere. Nego tiū. habere rationem saluris/significat respicere salutem/saluti consulere/quod hodie aiūt/habere respectum ad salutem. Inusitatius dicitur rationem ducere / utitur tamen Cicero ad Marium:& in.ii. officiorū: & hoc fit cum genetiuo/cum ablatiuo pposita ppositione:cum: haber aliam significationem/ut Cicero in Catone Maiore. Rationem habet cum terra : quæ nūq̄ recusat imperiū .i. negotium : & habet cum terra cōmercium. quod probatur ex illo in Tusculanis. Quis est omniū qui modo cum musis .i. cum humanitate & doctrina habeat aliquod cōmercium/qui se non hunc mathematicū malit q̄ illum Tyrānum. Hæc Vallensis libro quinto elegantiarum/ubi hūc quoq locum Ciceronis adducit. De Clodio. De legatione Clodii ad Tigranem. ε᾽π᾽ σχολῆς. Otio sermon tumultuarie/ut singula degustem.

Marginal notes: Excipere. Theophanes. Arrius. Verticordia uenus. Habere rationem. Rationem ducere.

excipiamus : & expectemus. si enim deferetur : erit quędā nostra potestas: & tum deliberabimus: & iam Hercule est: in nō accipiēdo nōnulla gloria. Quare si quid θεοφάνης tecum fore cōtulerit : ne omnino repudiaris. de istis rebus expecto literas tuas ; quid Arrius narret: quo animo se destitutum ferat: & qui Coss. parētur : utrū (ut populi sermo) Pompeius: & Crassus: an: ut mihi scribitur: cū Gabinio Ser. Sulpicius: & nū quę leges nouæ: & nūquid noui oīno. & quo nā Nepos proficiscit: cui nā auguratus deferatur : quo quidē uno ego ab istis capi possum uidere ciuitatem meā. Sed quid ego hæc: quæ cupio depo nere: & toto animo : atq omni cura φιλοσοφεῖν? sic inquā in animo: sic uellem ab initio. Nūc uero: quo niam: quæ putaui esse præclara : expertus sum: quā essent inania: cū oībus Musis rationem habere cogi to. Tu tamē de Curtio ad me rescribe certius; & nūc quis in eius locū paretur: & quid de. P. Clodio fiat: & omnia quemadmodū tu pollicens: ἐπὶ σχολῆς scribe. & quo die Roma te exiturū putes : uelim ad me scribas: ut certiorē te faciā quibus ī locis futurus sim: epistolāq statim des de his rebus: de quibus ad te scripsi: ualde enim expecto literas tuas. Vale.

M.T.CICE.T.P.ATTICO,S.D.

Q Vod tibi supioribus literis pmiserā fo re: ut opus extaret huius pegrinatiōis:

¶ Argumentum mistum Interpretationi Codicis.

Q VOD TIBI. Promiserat Attico Cicero se scripturū itinerariū speciē cuiusdā geographiæ/nūc sententiā mutat/qm̄ tes illę floride describi nō possunt. Extaret. Emergeret

ac prodiret liber geographicus. Cõfirmo. Futurũ opus geographicũ. Fluctus. Quorũ decimus q̃ſq; ſolet eſſe maximus:uocaturq; decumanus. Lacertas. Nõ eſt ſudũ/uel æſtas qua lacertæ prodeũt. Sũt q lacertos ſcribũt & de piſcib. notiſſimis ĩtelligũt. Ex his lacertis ſalſamẽta cõficiebanť iuxta Cot. Celſum optimi ſexitani ex Hiſpania. auctore Plinio optimi Amyclani. Martialis. Mox uetus & tenui maior Cordyla lacerto. hic piſcis a græcis κόλιας dictus/haud ſatis commode uertiť a Gaza monedula. Tẽpeſtates. Si lacertas ſcribis/Tẽpus anni uel frigus aut hymbrẽ intellige. ſi piſces/uentis agitari/tumeſcereq; pelagus. nã dixerat ſe fluctus numerare. Geographica. Terrarũ dimẽſionẽ ac deſcriptionẽ. Cõſtituerã. Scribere. Eratoſthenes. Suidas. Aglai:alii Ambroſii/Cyrenęus/diſcipulus Ariſtonis Chii philoſophi. Quidã ſecundũ/alii nouũ Platonẽ uocãt/alii Pẽtathlũ hoc eſt uictoria inſignẽ multiplici:quẽ latini quinquertionem. Diſcipuli eius Mnaſeas & Menãder & Ariſtis. Scripſit philoſophica & poemata & hiſtorias: aſtronomiã/de hęreſibus philoſophiæ/Dialogos & Geographica auctore Strabone. fuit Cyreneus diſcipulus Callimachi poetæ.

Fluctus decumanus. Lacerti piſces. Collas. Gazæ error. Eratoſthenes. Pẽtathlos.

nihil iã magnope confirmo: ſic enim ſum cõplexus ociũ: ut ab eo diuelli nõ queã. Itaq; aut libris me delecto: quorũ habeo Antii feſtiuã copiã: aut fluctus numero. nã ad lacertas captãdas tẽpeſtates nõ ſunt idoneę. a ſcribẽdo prorſus abhorret animus. etenim γεωγραφικὰ: quæ cõſtituerã: magnum opus eſt. ita ualde Eratoſthenes: quẽ mihi ꝓpoſuerã: a Serapione: & ab Hipparcho reprehẽditur. Quid cẽſes: ſi Tyrãnio acceſſerit? & Hercule ſunt res difficiles ad explicandũ: & ὁμοειδεῖς. nec tã poſſunt ἀνθηρογραφεῖσθαι: q̃ uidebãtur. &: quod caput eſt: mihi quis ſatis iuſta cauſa ceſſandi eſt. quin etiã dubitẽ: an hic Antii cõſidã: & hoc tẽpus omne cõſumã: ubi quidẽ ego mallem diu nimirũ: q̃ Romæ fuiſſe. tu uero ſapiẽtior Buthroti domũ paraſti. ſed: mihi crede: proxima eſt illi municipio hæc Antiatũ ciuitas: eſſe locum tam prope Romam: ubi multi ſint: qui Vatiniũ nũq̃ uiderint: ubi nemo ſit pręter me: qui quẽq̃ ex uiginti uiris unũ eſſe ſaluum uelit: ubi me interpellet nemo: diligant omnes. hic hic nimirum πολιτευτέον. nam iſtic non ſolũ nõ licet: ſed etiam tædet. Itaq; ἀνέκδοτα a nobis: quę tibi uni legamus

Hipparcho. Hipparchus: auctore Suda: auctor ueteris comœdię. Alius Niceus pħs. Scripſit ĩ Arati phænomena/de latitudine & motu lunę ꝯtra Platonẽ/ſcripſit ẽt de ſiderib. hactenus ille. Dicebat Hipparchus mũdum ſeneſcere: quẽ Plinius in hæreditatẽ nobis cęlũ reliq̃ſſe teſtať. Primus inſtrumẽta mathematica inuenit/q̃bus iſta dep̃hendi ſenſibus poſſunt. Tyrãnio. Epicratidi & Lindiæ Alexãdrinæ filius/Aminſenus. Floruit ætate Pompeii magni. Scripſit bellũ cõtra Mithridatẽ/unde Põtũ deſcripſit. Romæ diues factus cõſumptus eſt ſenio & podagra. Scripſit ſupra tris librorũ myriadas. Si hũc intelligit Cicero refcratur ad eius librũ: quem expectabat ab Attico. Habuit quoq; diſcipulũ tyrãnionẽ iuniorẽ Phœnicẽ Artemidori filiũ: qui hæres fuit nominis p̃ceptoris ſui cũ prius Diocles uocaretur. Fuit in bello Antonii & Cæſaris: q dono Terentiæ datus/ab ea libertate donatus eſt. Docuit Romæ. Scripſit libros octo de grãmatica: Suidas auctor. De hoc ĩtelligit Cicero ſi de p̃ſentia hominis loquiť/nam prior obierat: quem ut uxoris ſeruũ receptitiũ Cicero expectabat ut adiuuaretur ab eo in euoluẽdis græcis geographis p̃ſertim patris geographicis. Fuit tertius Tyrãnio Meſſenius: qui ſcripſit ęonoſcopica libris tribus. Sed nihil ad propoſitũ. De Tyrãnione grãmatico capto ac murenæ petenti dono dato meminit Plutarchus ĩ Lucullo. ὁμοειδεῖς. Vniformes. In eis nõ põt uariari ſtylus. Caput. Sũma negocii principalis excuſatio. Quinetiã. Cũ etiã ſcribe. Buthroti. Tẽpus teris. Stephanus Buthrotũ iſulã eſſe apud Cercyrã teſtať: eẽ quoq; ciuitatẽ eiuſdẽ nominis ab Heleno bouẽ ſacrificãte dictã. Strabo libro Geographiæ. vii. in Epiro ponit ĩ portus ore cõditũ: quẽ cœnoſum appellãt. ἀνθηρογραφεῖσθαι. Floride deſcribi. Eſſe locũ. Cũ admiratiõe ac ſuſpẽſim legi debet. Ecce di boni locũ tã amœnũ ac ſecurũ ẽt inocẽtẽ? ſubintellige lętor uel miror. Proxima. Otio & ſeceſſu. Illi. Buthroto. Multi. Viri optimi nõ malitioſi q̃lis ẽ uatinius. Viginti uiris. Sũt qui legũt/quinq; uiris: q agris diſtribuẽdis erãt ꝓpoſiti. Interpellet. Interloquať/loq̃ntẽ iterrũpat. Alibi Cice. ĩ ſtudiis ſine ĩterpellatore uerſor. Hic hic. Repetitio oſtẽdens affectũ. πολιτευτέον. Verſandũ ĩ Rep. ſcribẽdo qualis debet eẽ Reſpu. ĩ hoc loco forte libros de Rep. ſcripſit. Non deſunt q ſcribãt. φιλοσοφητέον. Hoc ẽ philoſophãdum. Iſtic. Romæ. ἀνέκδοτα. Nõ edita.

Hipparchus. Tyrãnio. Homoides. Buthrotũ. Interpellare.

Theopompus. Theopompino. Oratorio. Theopompus Chius rhetor filius Damasistrati. Scripsit epitomen Herodoti historiarũ libris duobus. Philica libris duobus. græcas historias. imitatus est Thucydidẽ & Xenophōtẽ a bello peloponesiaco. Scripsit & alia nõ pauca. Thucydide & Herodoto ut in historia minor/ita oratori magis similis/ut qui anteq̃ esset ad hoc opus sollicitatus/diu fuerit orator. Ephorus. Auctor Fabius Quintilianus. Isocratis discipulus fuit/freno egebat. Ephorus calcaribus. Scripsit Breuiariũ Herodoti historiæ. Fuit alter Theopompus comicus poeta. Tertius gnydius historicus auctore Strabone. Fuit & sparta noꝝ rex Theopōpus:q ephoros regiæ licentiæ oppositos creauit: minorẽ filiis relinquẽs:sed diutur niorẽ potentiã. πολιτεύομαι. In hac ciuitate facio. Odisse iprobos. Hoc ẽ opus phiꝗ peculiare. Hoc ipm. Exercere odiũ i improbos. Cũ stomacho. Cũ bile & idignatione. Vt ad rẽ. Subirelli ge ueniã. Cistophoro. Est nũmi Cistophori ipẽs a Canephoris palladis atticę uirginib. ministris dicti. M. Tullius lib. xi. Eplaꝝ ad Atticũ. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & uicies. huius pecunię pmutatione fidẽ nostrã facile tuebere. De hoc gñe nũmi meminit Liuius & Cicero pro domo sua. Digestis depositi Costrophinati ꝑ Cistophori legit. Pōpeiano. Credo Quintũ dũ Pōpeius Romã a Mithridate redit accepisse Cistophoros nũmos Atticos. uel Pōpeiũ ex manubiis spoliisq̃ asiaticis illic reliq̃sse. Iacere. Iaceamus. cõtẽnamur/obteramur/auro digni nõ uideamur. sed uili nũmorũ colybo/iuxta illud. Pauper ubiq̃ iacet. De muro. Spectaculo palestræ. Aliud. An imutandus/an relinquendũ ut firmus. Proficisci. Discedere.

Theopompino genere: aut etiam asperiore multo pangẽtur: neq̃ aliud iam quicq̃ πολιτεύομαι: nisi odisse iprobos: & id ipsum nullo cũ stomacho: sed potius cũ aliqua scribendi uoluptate. sed ut ad rẽ: scripsi ad Quæstores urbanos de. Q. Fratris negocio. uide quid narrent: & quę spes sit denarii: an Cistophoro Pompeiano iaceamus. Præterea de muro statue: quid faciendum sit aliud. quinetiam quãdo te proficisci istinc putes: fac ut sciam. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

De Geographia etiam: atq̃ etiam delibe rabimus. Oratiões a me autem duas po stulas/quarũ alteram non libebat mihi scribere: quia absciderã: alterã: ne lau darem eum: quem non amabam. sed id quoq̃ uide bimus. Denique aliud aliquid extabit: ne tibi plane cessasse uideamur. De Publio: quæ ad me scribis: sane mihi iucunda sunt. eaq̃ etiam uelim omnibus uestigiis indagata ad me afferas: cum uenies: & interea scribas: siquid intelliges aut suspicabere: & maxime de legatione quid sit acturus. Ecquidem ante quã tuas legi literas: in hominem ire cupiebam: non mehercule ut differrem cum eo uadimoniũ. nam mira sum alacritate ad litigãdum. Sed uidebatur mihi: si quid esset in eo populare: quod Plebeius factus eẽt: id amissurus. Quid enim ad Plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? narra mihi: Reges Armenii Patricios salutare non solent? Quid Quæris?

Argumentum.

Geographicos libros nõ certe pollicet. Oratiões quoque mittere detrectat. Clodii uestigia odoretur rogat/ac singula mittat explorata/maxime qd is de legatione sit acturus. Mira se cũ Clodio alacritate litigaturũ scribit. Infert futurę cũ Clodio altercationis imaginẽ. Scomata in eũ interserit. Optat ut collidat cũ Cæsare & Pōpeio Clodius: qd serius fuit q̃ spabat. Cupit amisso gubnaculo imo erepto/illoꝝ naufragia ex tra itueri.

Interptatio Codicis.

De GEOgraphia. Repetebat geographicos a Cicerone libros Atticus ꝑfectiõis comites rñdet Cicero se nõ adhuc decreuisse. qd sit facturus. Absciderã. Auellerã a corpore orõnum. Eũ. Pōpeiũ/ꝑ lege manilia/uel pro ĩpatore deligẽdo. Publico. Clodio. Vestigiis. Oẽs cuniculos: & rimas pcũcteris. Indagata. Odorata: pscrutata. Ire. Concinere Classicũ/bellum indicere/altercari. Vadimonia. Vadimoniũ. Litem. pars pro toto. Differt uadimonia ptor. Quid. n. Hoc principiũ agonis & altercationis erit in Clodiũ. Armenia. Armenii. Quoniã se legatũ ad Tigranẽ regẽ Armenię iturũ minabat Publius. Armenia regio uicina psis ab Armeno Rhodio

ut Antipater in tertio de Rhodo. Incolae Armenii ut Eudoxus primæ terræ prodi: Armenii genus ex Phrygia. Vox eorum phrygia. Scribit Plinius in.vi. Duas esse Armenias, maiorem & minorem. Lucanus. Populos utraq; uagantes Armenia. Et Strabo concinit. Acueram. Instruxerã ingeniũ meũ. Exagitandam. Vexandam. Ille. Clodius. Bilem. Nasum, fastidiũ. fastidit legationẽ ut rẽ minorẽ. Auspicibus. p̃sidibus: qui auspicia captabãt in comiciis. Auspex in quaq; re dux. Legis curiatæ. Quæ fuit ut Clodius iret ad Tigranem. Curiatæ hoc est a tribubus latę.

Auspex. Curiata lex

acueram me ad exagitãdam hanc eius legationem: quam si ille cõtemnit: & si (ut scribis) bilem id cõmouet: & latoribus: & auspicibus legis curiatæ spectaculum egregium. Hercule uerũ ut loquamur: subcontumeliose tractatur noster Publius: qui cũ in domo Cæsaris quondã unus uir fuerit: nunc ne in uiginti quidem esse potuerit. Deinde alia legatio dicta erat: alia data ẽ: illa optima ad exigẽdas pecunias Druso ut opinor. Pisaurensis nebuloni Vatinio reseruatur. hæc ieiuna, ac bella relegatio datur ei, cuius Tribunatus ad istorum tẽpora reseruatur. incende hominem amabo te: quoad põt. una spes est salutis istorũ inter istos dissẽsio: cuius ego quædam initia sensi ex Curione. iam uero Arrius cõsulatum sibi ereptũ fremit. Megabrotus, & hæc sanguinaria iuuentus inimicissima est: accedat uero: accedat ẽt ista rixa auguratus. Spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurum. Sed illud quid sit scire cupio: quod iacis obscure iam etiã ex ipsis quinq; uiris loqui quosdã. quid nã id est? si est enim aliquid: plus est boni: quã putaram. atq; hæc sic uelim existimes nõ me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quærere: quod gestiat animus aliquid agere in rep. iam pridem gubernare me tædebat: etiam cum licebat: nũc uero: cum cogar exire de naui non abiectis: sed ereptis gubernaculis: cupio.

Cũ lex ferebatur a Romanis tribubus: quæ erant numero.xxxv. tũc curiata uocabatur. Cum a diuitibus centuriata. Auctor Dionysius in quarto &.vii. historiaꝝ. Locus ubi curãtur ea quæ Reip. intersunt, dicitur curia, & ubi sacra tractãtur, unde curiões quos uulgo capellanos dicimus. De lege Curiata meminit idẽ Cicero primo Epist. famil. Curia est aula Pontificis & regũ unde uulgo curiales. De curia huiusmodi Frãciscus Petrarcha i Eplis inquit: In curia oẽ bonũ pditur, sed prius libertas. subdit in curia aquilæ repant, Asini uolant. Spectaculũ. Subintellige uideo, uel quid tale. Vnus. Solus uir inter tot mulieres: quæ in domo Cæsaris bonæ deæ cerimonias procurabãt: quas omneis p̃sentia sua & solo igressu polluit Clodius. Viginti. Alii subintellige diuisorib. agrorũ. Dicta. Proposita erat. Optima. Quid si opima: lauta ac diues. Ieiuna. Inanis, mũda fames. Nepiloni. Scribit Aldus, nebuloni. Tabella relegatio. Aldo placet, bella relegatio. Quid .n. hoc aliud est q̃ honeste Clodiũ relegare: ut Pisoni pugiũculo Hispaniẽsi cõtigit: Nõnulli scribere malunt, Tabellaris relegatio: Tabellarem uel Tabellariam uocitat, quoniam nõ erat pecuniaria, ut ipse petebat, sed quodãmodo relegatus erat Clodius ad plebiscita excurienda & tabulas populi uersandas, quod est tribunorũ officium. Ei. Clodio. Istorum. Qui cupiunt euertere Rempublicam. Incende. Cõtra Pompeium ac similes Clodium age: urge, stimula. Quod potest. Quantum fieri potest. Istorum. Tyrãnorum. Istos. Seditiosos, ut alter affligatur ab altero. Curione. Lege duas sequentes Epistolas, omnia patebunt. Megabrotus. Magnus mortalium Pompeius. ænigmatice & oblique loquebantur: ne literis interceptis secreta animorũ paterent. Inimicissima. Inuicem dissidet. Auguratus. Post mortem Tutii uacantis ut passim dicitur. Iacis. Loqueris: unde iactare inaniter loqui. Maro primo Aeneid. Talia iactanti stridẽs Aquilone procella. Alibi. Neq; irrita iurgia iactat. Et uoces dum iactat inanes. Loqui quosdã. Ex illo numero quinq; uirorum quędam in Pompeium & seditiosos iacere. Quodnam. Scribẽdum. Quid nam. Scire uelim quid sit illud. Plus est boni. Si dissidetur inter improbos. Ita sperabat Cicero se euasurum. Κατὰ τὸ πρακτικὸν. Quod mutato ex leui occasione iudicio negotiari ferat animus: otium philosophiãq; deserere. Si est enim aliquid. Reperio in codicibus emẽdatis: si æstuat aliquid, hoc est, si quis motus feruet ac ebullit. Quod gestiat. Iunge inferioribus. Nõ quæro a te nouos motus, quod animus gestiat aliquid agere in Republica, quando pridem gubernare me tedebat. Ereptis. Extortis de manibus a Tyrannis.

Cẽturiata. Curia. Curiones. In curiam. Asini in curia uolant. Megabrotus. Iactare. Iacere.

Ex terra. Et otio: portuq; philosophico. Iuxta illud Lucretianum.
Suaue mari magno turbantibus æquora uentis
E terra magnum alterius spectare laborem.

ἀκούειν ἐν κοίλοις εὑδούσῃ φρενί. Cupio maris turbulentos audire fluctus quietus trãquilla mẽte. Sunt quibus hoc Aldinũ cõmentũ minime placet, supplentq; hoc pacto tam deforme caluicium: φρόνειν βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. hoc est sapere nũc ex nouacula fortunæ. Sunt Tyresiæ uatis uerba Creontem admonentis ut in tãto cõstitutus periculo sapiat. Sunt apud Sophoclem in Antigona. Significãt decere sapiẽtem esse in nouaculæ fortuna: Deductum a græco prouerbio sic. ἐπὶ ξύρου ἀκμῆς. i. in nouaculæ acie hoc ẽ in maximo discrimine. Cui sic uates epigrãmaticus alludit: cũ sæua nouacula supra est. Homerus decimo Iliados loquente Nestore. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξύρου ἵσταται ἀκμῆς. i. nũc sane cũctis i nouaculæ res est acumine. significat Cicero euigilãdũ in sũmo Reip. discrimine: ne triũphet ab hostibus. DCCXXXVIIII. Scribendũ Decelini mendũ. Errorem cuiusdã ministri: cui nomẽ fuit Decelinus. Ante nos hoc uidit Aldus.

Sape ex nouacula.

Res est in nouacula.

istorũ naufragia ex terra intueri. Cupio: ut ait tuus amicus Sophocles. ἀκούειν ἐν κοίλοις εὑδούσῃ φρενί De muro quid opus sit uidebis. Castrinianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Quintus Decelini mendum scripserat non ad Sororem tuam. Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mãdat: ut Aristodemo idem de se respondeas: quod de fratre suo sororis tuæ filio respõdisti. De Amalthea quod me admones: nõ negligemus. Cura ut ualeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Epistolam cum a te auide expectarem ad uesperum: ut soleo: ecce tibi nũtius: pueros uenisse Roma. uoco quæro: ecquid literarũ? negant. Quid ais inquã: nihil ne a Pomponio? perterriti uoce: & uultu: cõfessi sunt se accepisse: sed excidisse in uia. quid quæris? permoleste tuli. nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili: & suaui uenerat. nunc: si quid in ea epistola: quam ante diem. XVI. Calẽ. Maii dedisti: fuit historia dignum: scribe quam primum: ne ignoremus. sin nihil præter iocationem: redde id ipsum. & scito Curionem adulescentem uenisse ad me salutatum. ualde eius sermo de Publio cum tuis litteris congruebat. ipse uero mirandum in modum Reges odisse superbos: peræque narrabat incensam esse iuuẽtutem: neque hæc ferre posse. bene habemus nos. si in iis spes ẽ: opinor: aliud agamus. Ego me do historiæ. quãq̃: licet me Saufeium putes esse. nihil me est incertius: sed cognosce itinera nostra: ut statuas: ubi nos uisurus sis. In Formianum uolumus uenire

Argumentũ.

Familiaris Epistola qua rogat uti p pueros literas per incuriã amissas rescribat Atticus. De Curiõe adolescente nõnihil: quod reges superbos oderat. Dat se historiæ negociorũ fugitans. Demõstrat itinera sua: ut Põponius statuat ubi eum uisurus sit.

Interpretatio.

Ad Vesperum. Aderãt pueri crepusculo noctis Nuntius. Vnus e domesticis nostris nũtians. Pueros. Statores tuos: & ut græci dicũt: Himerodromos. Ecqd literarũ? per interrogationẽ, nũqd aliquas literas attulerit. A Põponio. Solito literas mittere: non cessare. Dedisti. Misisti. Redde. Restitue pditam iocationem.

Publio. Clodio. Ipse. Ait Clodium: uel refertur ad Curionem. Superbos. De Bruto dictum fuerat ab Ennio, a quo uersura facta Cicero Pompeium, Cæsarem, Crassumq; distringit. Peræque. Perinde, similiter. Incẽsam. In Tyrannos instigatam. Bene habemus nos. Res nostræ bonum exitum habebunt. In his. Iuuentute. Vindicabimus: ut ait ille: inimicos nostros de inimicis nostris. Opinor. Vt sentio: ni fallor. Aliud agamus. Feriemur: otiemur: philosophemur. Saufeium. Malum historicum. Suffenũ nõnulli uolũt Catulliana urbanitate pstrictũ.

Saufeius.
Sufenus.

Parilibus. XI. Kal. Maias. dies natalis urbis Romæ de quo Propertius libro quarto.
Vrbi Festus erat: dixere palilia partes.
Hic primus cæpit mœnibus esse dies.
Palilia dicta a Pale pastorũ dea. Cratera. Lucretius in .vi. In sũmo sunt uertice crateres/ut ipsi Nominitát/quos nos fauceis phibemus & ora. Ouidius. Et pronos currus medio cratere recepit. De cratere nõ ætnæ puto eũ intelligere/sed Vesæui in cãpania: qui mons olim cõflagrauit/nunc minime. Sũma hodie dicit. Crater é in fontib. receptaculũ quod & labrũ dicit: ex quo fistulis aqua decurrit. Sup ętna Seneca lib. xi. Epi. & Magnus Albertus lib. iii. meteororũ. Delegatũ. Iniũctũ in libera legatione ut uiderem. Ad prid. Circa. Romã. Ire cogito. Superiorem. Quam superius amissam dolui. Appinge. Affue: adde.

Pales. Crater.

Parilibus: inde: (quoniam putas prætermittendum a nobis esse hoc tempore cratera illum delegatum) Cal. Maiis de Formiano pficiscemur: ut Antii sim⁹ ad. V. Non. Maii. Ludi enĩ Antii futuri sunt pridie Non. Maii: eos Tullia spectare uult. inde cogito in Tusculanum. deinde Arpinum. Romam ad Calen. Iun. te: aut in Formiano: aut Antii: aut in Tusculano. cura: ut uideamus. Epistolam superiorem restitue nobis: & appinge aliquid noui. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Argumentũ Interpretatioq.

SVBITO. Epistola plena stomachi cõtra optimates & triciprtiũ. Publio. Clodio. Dialogos. Sermones. Ad ea. Obiecta i me Clodiana. Illũ. Scribe cum habitus erit. Βοῶπις. Piso sic ænigmatice a nũcupatione uocat quod bo/uis oculos hẽat. Colliges hoc ex inferiorib. Aliqui Hortensiũ uolunt/alij Clodiũ. Pacta. Inter amicos cões Pompeium & alios. pacta sunt inita iter Ciceronẽ & Clodiũ Põpeio urgẽte & Clodio mandante: quæ mox occasionẽ nactus publius nõ seruauit. In cęlo sum. Fortunatũ me puto. p placet. audacẽ se facit Cicero: pugnare aueo. Cicero iferius. Nihil solœcoteron tyrãnoctonos in cęlo esse/ Tyrãni facta defendi: cui Horatianũ id nõ abludit. Dis miscent supis: fortunãt uidelicet ac beãt: cui simile est apud eundem M. Tulliũ. Deũ esse/ deũ facere. Lacedęmonii cũ quẽpiam suspicerent/ dicebant: hic uir diuus est.

Boopis.

SVbito cũ mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romã mittere: hæc scripsi raptim: ut tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos: cum eos: de quibus scribis: tum illum: quem addis: & ais lõgum esse. quæ ad ea respondens: perscribe. Illum uero: qui nõdum habitus est: quem illa βοῶπις: cum ex Solonio redierit: ad te est relatura. sic uelim putes: nihil hoc posse mihi esse iucundius. Si uero quæ de me pacta sunt: ea non seruantur: in cœlo sum: ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem: quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit: quarum expecta diuinam παλινῳδίαν. etenim: quantum coniectura auguramur: erit nebulo iste cum iis Dynastis in gratia: non modo de

Hierosolymarius. Pompeius Hierosolymarũ uictor. historiam lege apud Egesippũ. Hierosolyma: ut inquit Stephanus: Iudeæ Metropolis: quæ solyma a montib. solymis est dicta. Ciuis Hierosolymites. Hieronymus in uita Paulæ. Ingressa est Hierosolymã urbem trinomiã/ Iebus/ Salem/ Hierusalem: quæ ab Helio postea Hadriano de ruinis & cinerib. ciuitatis in Heliam suscitata est.

Hierosolymarius. Hierosolyma.

Traductor. Plutarchus. Cũ frustra Clodius ad plebem transire renitente Pompeio niteretur: forte in quadã cõcione qrente. M. Tullio de moribus & temporibus/ Põpeius eadẽ die traduxit. Potissimis. Quæ eũ potissimũ in cęlũ extulerũt/ut ẽ illa pro lege manilia: & p Cornelio Balbo. παλινῳδίαν. Recantationẽ. maledicã obloquarq Pompeio: quod fecit Stesichorus: cuius poema celebre fertur cõtra Helenã/mox ut amissos oculos recuperaret/ pro Helena cecinit Encomion. Erit. Repio in nõnullis exẽplarib. redierit: cũ Põpeio redit i gratiã Clodius quod patet ex oratione Ciceronis pro Milone. Dynastis. Strabo auctor est Dynastas dici dños/ & qui plurimum pollent. Dynastia ius & principatus/unde reges & reguli dynastæ/quod ui sua quęuis quo uelint pducũt. Cæsar in cõmẽtariis tradit Põpeiũ Dynastis magnã uim auri impasse. Trãquillus in Ti/

Solyma. Trinomia. Dynastia. Traductor. Palinodia. Dynastæ.

Cynicus Piso.

berio. Ac ne Augusti qdē nomen q̄quā hæreditariū ullis nisi ad reges ac dynastas Eplis addidit. Cicero.xi.Philippica. Reges/ Tetrarchæ/ Dynastæ. Cynico. Pisone impudētissimo:& sordidissimo:qui Cynicā uitam ducebat. Idem in oratione cōtra Pisonē. Isto ore fetido teterrimā nobis popinā inhalasses. Et in illo ganearū tuarū nidore atq; fumo. Paulopost. Ex tenebricosa popina consul extractus cū illa saltatrice tonsa. Mox. Cōcinnus helluo. Addit. Epicure noster ex hara producte non schola. Amplius. Idem coquus:idem Attriensis/pistor domi nullus:nulla cella:panis & uinum a propola atque de cuppa.

Cynico cōsulari: sed ne de istis quidē piscinarū Tritonibus poterit se iactare. non. n. poterimus ulla esse in inuidia spoliati opibus: & illa Senatoria potentia. Sin aūt ab iis dissentiet: erit absurdū in nos inuehi. uerūtamen inuehatur. festiue: mihi crede: & minore sonitu: q̄ putarā: Orbis hic in Repub. est cōuersus. citius omnino q̄ potuit. id culpa Catonis. Sed rursus improbitate istorum: qui auspicia: qui Aeliā legem: qui Iuniam: & Liciniam: & Didian neglexerunt. qui omnia remedia Reip. effuderūt: qui regna: qui prædia Tetrarchis: qui immaneis pecunias pau-

Quinct. Istius impurissimæ ac intemperatissimæ pecudis cœno & sordibus inquinauit. Postremo. Nec minus lętabor cum te semp sordidū/ q̄ si paulisp sordidarum uiderē. Sordescere uero propriū est cynicorū. In gratia. Si legis: redierit: scribe gratiā/ q̄si innuat/ nulla erit gloria uincere uleros: & stratū sternere. Cōsulari. Colligebat Cicero Clodiū sibi nocere nō posse/ gloriose saltem sic argumentatur: aut Clodius Pompeio utetur fautore & Pisone & optimatibus/ aut non utetur. Si utetur: nulla res erit me copiis meis spoliatū uincere/ carebo inuidia & odio: quod unum mihi moliri poterit infortuniū. Si non utetur/ uires hostis exiguas/ uiribus meis obierā. Nec de istis iactare poterit. Nec quidē poterit gloriari. quoniā naufragū spoliabit. Tritonibus. p̄conibus suorum uiuariorū: qui tantū piscinas curāt: laudāt: in ore habēt. Caua buccina sumitur illi Tortilis in latū: quæ uertice crescit ab imo. Sic Ouidius de Tritone. Apuleius. Triton concha sonaci buccinat.

Tritones.

Potentia. Qua sola freti bellū improbis indicebamus. Ab his. Dynastis/ Crasso/ Cæsare/ Pōpeio. Erit absurdū. Nō esset e re sua lites nobiscū cōtrahere/ si dynastarū p̄sidio spoliatus esset.

Festiue. Sine strepitu. Sensus est. Hæc rota/ circulus/ statusq; Reip. siue optimarū cōuersus ē & mutatus sine aliquo sono nobis uidelicet nō aduertentibus. Amisimus libertatē sensim sine sensu. Quā putarā. Non putaueram potuisse hunc statum conuerti sine maximo tumultu. Sed isti dynastæ nobis clanculū obrepserūt. Orbis. Catēna: series: ordoq; Reipu. uel rota status. Pertulit. q̄ possibile fuit. Culpa Catonis. Qui cum p̄fractius uectigalia defenderet ut suprus dictum est equites offendit: & a senatu dissociauit/ unde pernicies Reipu. secuta est. uel qm̄: auctore Plutarcho: cum Pompeius Catonis filiā ducere uellet uxorem/ eius amicitiā neglexit/ unde secutum est optimarū exitiū/ cōuertente se ad Cæsarē Pōpeio/ ut qui a Catone optimarū principe neglectus uideretur. Clamabat. n. Cato nō decere lenociniis nuptiarū Remp. negotiari. Istorū. Dynastarū. Aeliam. Fusia & ælia lex erat ut seruarent de cęlo qui agerent cū populo. Cęlia erat de stipendiis. Cecilia de iudiciis: quod uti cōpertius rem omnē teneas Pediani uerba in Pisonē subtexere libuit. L. Pisone & Gabinio consulib. P. Clodius Tr. Pl. quatuor leges perniciosas. P. R. tulit: Annonianam. Fuit. n. summe popularis ut frumentū populo quod antea senis ęris ciuibus in singulos modios dabatur: gratis daretur. Alterā ne quis per eos dies quibus cū populo agi liceret de cęlo seruaret/ propter quam rogationem ait legem Fusiā & Aeliam/ propugnacula & muros tranquillitatis atq; otii euersa esse. Obnūtiatio. n. qua p̄niciosis legibus resistebatur/ quā Aelia lex cōfirmauerat/ erat sublata. Tertiā de collegiis restituendis nouisq; instituendis/ quam ait ex seruitiorū fece cōstitutā. Quartā ne quē censores in senatu legendo p̄terirent/ ne ue qua ignominia afficerēt: nisi qui apud eos accusatus esset. hac ergo eius lege censurā: quæ magistra pudoris & modestiæ est sublatam addit. Cicero in oratione cōtra Vatiniū. Nū quē post urbē cōditā scias Tribunū plebis egisse cū plebe/ cū cōstaret seruatū eē de cęlo: simul etiā illud uolo uti respōdeas cū Tr. Pl. esses ēt tum i. R. P. lex Helia & Fusia/ quæ leges sępenumero tribunitios furores debilitarūt & repsserūt: quas cōtra p̄ter te nemo unq̄ est facere conatus/ quę quidē leges anno p̄sidentibus in templo non duobus cōsulibus/ sed proditoribus huius ciuitatis ac pestibus/ una cū auspiciis/ cū intercessionib. cū omni iure publico cōflagrarūt. lege eundem in orōne ad Senatū post reditū suū. Remedia. Leges intercedētes ac obuiā eūtes imodicis potestatib. Effuderūt. Proiecerūt/ p̄diderūt. Tetrarchis. Baronib. ut hodie dicunt. Hor. mō reges atq; tetrarchas. Iosippus meminit de felicissimo

Aelia. Fusia. Celia leges Cecilia. Annoiana lex.

Tetrarchę.

Tetrarcha comageno. Suidas. Tetrarcha quatuor cohortes hēt. homines sexaginta quatuor quorū ductor Tetrarches. Quo. In Pompeiū & huiusmodi reliquos. Pompeius erat inuidiosus qm̄ se supra ciuem efferebat. A Theophrasto. Qui de uita cōtemplatiua scripsit. Vide infra in Epistola quæ incipit/Cęnato mihi. Quid etiam. Scribe. Quid iam. Censes fore? Cum additus sit quartus Clodius? Strumam. Scrophulæ sunt apud iuniores medicos: quæ ab antiquis dicūtur Chærades græcis/latinis strumæ. Catullus. Quid est Catulle quid moraris emori? Sella in curuli struma Nonius sedet/per consulatū peierat Vatinius. Sūt q prodant Strumā dibapho uestire: significare sordes ac scelera honoribus ornare. Sed isti nō uident re uera strumosum fuisse Vatiniū/ cōtra quem auctore Plutarcho: locutus est Cicero. Ego tā latam ceruicem non habeo. Alibi. ut alii quādo quæ sunt inflata rūpātur. Mox. Repente te tāq̄ proserpēs bestia cum tumidis ceruicib. intulisti. Scribit Seneca ad Nouatū: Vatiniū hominē natū ad risum & ad odium fuisse. Scribit Macrobius a populo olim lapidatū fuisse. Plutarchus ī Cicerone ait. Vatiniū quod struma tumidū guttur haberet/oratorem appellauit inflatū. De strumis glādulis lege Celsum libro quinto medicinæ. Dibapho. Magistratu ac honore. Plinius libro nono na. hist. Me inqt iuuene uiolacea purpura uigebat: cuius libra denariis cētū uenibat/nec multo post rubra Tarētina. huic successit dibapha Tyria/quæ in libras denariis mille nō poterat emi. hoc Lentulus spinter ędilis curulis primus in p̄texta usus iprobabat. Dibapha tūc dicebatur quę bis tincta esset ueluti magnifico impendio/ qualiter nunc omnes pene cōmodiores purpuræ tinguntur. Διβάφῳ. De uerbo ad uerbum bi colore interpretari potes/seu bis tincto. Magnos. Optimates. Titubarunt. Qui nec leuiter deliquerunt. Peccauit. Scribēdum peccauit/ordinum discordiam excitando: quo errore tyrānis emersit alienatis ordinibus: qui senatum fouere solebant. Sodalem. Nam ut mentem eius alliceret Atticus frequenti conuiuio adhibuit. Publium. Clodium. Σοφιστεύειν. Profiteri sapientiam/unde Sophistæ dicti. Si ille. Clodius. Quod propriū artis huius. Si publius cogitat nos offendere. ἐπαγγέλλομαι ἀντὶ... / quod est proprium artis huius: Ego mihi patrocinio non deero. Ἐπαγγέλλομαι. Polliceor/nuntio me læsurum/ qui prior molestiam inferet ac lacesset. Iuxta illud Propertianum. Sæpe etiam instanti læsa repugnat ouis. Patria. Vtinam floreat. Postulatum. Interdum docta plus ualet arte malum: tēsp uitq; medicas manus. Male. Scribe malo pro mauolo/potius uolo. Vehi. Sub malis etiam gubernatoribus nauigare. Malo. Lege male aduerbium. Vectoribus. Qui uehuntur/ sub curaq; gubernatorum uersantur/iuxta Lucanum. Causa timoris Vectorem non nosse tuum. Κικέρων. Cicero paruus salutat Titū Atheniēsem. Cicero paruus est Ciceronis filius aut nepos.

Struma.
Chærades.
Vatinius.
Dibaphū.

cis dederunt. uideo iam quo inuidia transeat: & ubi sit habitatura. nihil me existimaris: neq; usu: neq; a Theophrasto didicisse: nisi breui tempore desiderari nostra illa tempora: uideris. Etenī si fuit inuidiosa Senatus potentia: cum ea non ad populum: sed ad treis homines īmoderatos redacta sit: quid iam censes fore? proinde isti licet faciant: quos uolent Coss. Tr. Pl. deniq; etiam Vatinii Strumā sacerdotii διβάφῳ uestiant. uidebis breui tempore magnos: nō modo eos: qui nihil titubarunt: sed etiā illū ipsum: qui peccauit Catonem. nam nos quidē: si per istum tuum sodalem Publium licebit: σοφιστεύειν cogitamus. Si ille cogitat tātum duntaxat nos offendere: & quod propriū ē artis huius ἐπαγγέλλομαι ἀμύνεσθαι ὅς τις πρότερος χαλεπήνῃ. Patria propitia sit: habet a nobis etiam: si non plus: q̄ debitum est: plus certe: q̄ postulatū est. malo uehi male alio gubernāte: q̄ tā ingratis uectoribus bene gubernare. sed hæc coram cōmodius. nunc audi: quod quæris. Antiū me ex Formiano recipere cogito ad. V. Non. Maias. Antio uolo Non. Maiis proficisci in Tusculanū: sed cum e Formiano rediero: ibi esse uolo. usq; ad pridie Calen. Maias. faciam statim te certiorem. Terentia tibi salutem. καὶ κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται τίτον τὸν ἀθηναῖον.

¶ Argumentum cum interp̄tatione.

VOLO. Nihil erat in Cicerone populare. Contempsit ludos antiatum. Ludos. Alibi. Ludi Antii futuri sunt pridie nonas Maias. ὑποσόλοικον. Subabsurdũ. Quam uelim. Scribendũ. Qui uelim: ut ego qui uelim. ἀναφαίνεσθαι. Apparere. deceret ne me apparere in delitiis pegrinatũ: ob delitias abesse. Ab Appii foro. Opidũ i prima Italiæ regione de quo Plinius in tertio meminit, & Horatius primo sermonũ. Egressum magna me cœpit Aricia Roma Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus Græcorũ linguæ doctissimus, inde forũ Appii Differtum nautis: cauponibus, atque malignis. locus prope pomptinam paludem.

Appii forũ.

❡ Argumentũ

VARRO TIBI. Adhuc Ciceroni in philosophica professione triunculo, sensus illudit, ac animũ popularis auræ mãcipiũ fascinat, ut bem cogitat, nescit absque urbe iucũde degere. In causa est animus qui se non effugit usque.

❡ Interpretatio.

EXCEptum. Clanculũ extortũ & aucupatum. Recurrere. Ad te retrocedere. Ponderosam. Crassãmagnã, olographã. Quid? Cui bono: in loco deserto & inaccesso. Inuito? Exple hoc pacto caluiciũ: quod nos primi muniuimus teste Romana Academia: ac post nos Aldus suppresso inuentoris noie. τρηχεῖ ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. Aspera, uerũ non mala iuuenũ altrix: qua nihil usquã dulcius inuenio. Verba sunt Homeri sup Itacha nido saxoso. Hæc igitur. Subintellige nosti. Scis quid nos uelimus & cupiamus. Cognoscis ubi ero, & quo tẽpore an ni. ergo uale: alii sũctim legunt ac ita interpretant, hæc igitur cura ut uidelicet cõsideres, ita rñ ut ualeas.

❡ Argumentum.

EGENT. Cõqrit Clodiũ fauore tyrãnico ad plebẽ traducerũ iri Sul. insectat illud regnũ. Põpeiũ Cæsarẽque uellicat, ac ppe furẽtẽ irasci tur. Posteri legẽt ãbitione publiũ ut patronos ac patriæ ppugnatores oppugnaret ad plebem traductũ fuisse: nec erubescet historiæ. Epistola stomachi plena.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VOlo ames cõstantiã meam. ludos Antii spectare non placet. Est enim ὑποσόλοικον: qui uelim uitare omnium delitiarũ suspitionem repente ἀναφαίνεσθαι non solum delicate: sed etiam inepte peregrinantem. Quare usque ad Non. Maias te in Formiano expectabo. Nunc facito ut sciam: quo die te uisuri simus. Ab Appii foro hora quarta dederam: aliã paulo ante a Tribus tabernis. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NArro tibi plane. relegatus mihi uideor postea quã i Formiano sum. dies enim nullus erat: Antii cũ essem: quo die nõ melius scirem Romæ quid ageretur: quam ii: qui erant Romæ. etenim literæ tuæ non solum quid Romæ: sed etiam quid in Repu. neque solum quid fieret: uerum etiam quid futurũ esset: indicabant. Nunc: nisi siquid ex prætereũte uiatore exceptum est: scire nihil possumus. Quare quanquam iam te ipsum expecto: tamẽ isti puero: quem ad me statim iussi recurrere: da põderosam aliquã Epistolã plenam omniũ non modo actorũ: sed etiam opinionũ tuarũ: ac diem: quo Roma sis exiturus: cura ut sciam. Nos in Formiano eẽ uolumus usque ad pridie Non. Maias. eo si ante eam diem nõ ueneris: Romæ te fortasse uidebo. nã Arpinũ quid ego te inuitem? τρηχεῖ ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. hæc igitur: cura ut ualeas.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

EGẽt illi Publiũ Tri. Pl. factũ esse. hoc uero regnum esse ferri nullo pacto põt.

❡ Interpretatio.

HOC ESSE. Sẽsus & ordo. hæc nostra senatoria moderatio cõuersa est in dominatũ ac paucorũ potentiã, ferri hoc nullo modo põt. Sunt qui scribũt. negẽt illi Publ. Trib. Plebis esse factũ, nec hoc regnum esse, non placet lectio. Ferri. Ab animis uel semiliberis

emittat ad me Publius: qui obſignent: iurabo Cn. noſtrũ collegã Balbi Antii mihi narraſſe in auſpicio fuiſſe. O ſuaues Epiſtolas tuas uno tempore mihi datas duas: quibus εὐαγγέλια quæ reddã neſcio: deberi quidem plane fateor. ſed uide συγκύρημα. emerſeram cõmode ex Antio in Appiam ad treis tabernas: ipſis Cerealibus: cum in me incurrit Romã ueniẽs Curio meus: ibidem ilico puer abs te cũ Epiſtolis. ille ex me: nihil ne audiſſem noui? ego negarẽ. Publius inq̃t Tr. Pl. petit. quid ais? & inimiciſſimus quidem Cæſaris: & ut omnia inquit iſta reſcindat. Quid Cæſar inq̃? negat ſe quicq̃ de illius adoptiõe tuliſſe. deinde ſuũ: Mẽmii: Metelli: Nepotis exprõpſit odium. complexus iuuenẽ: dimiſi properans ad Epiſtolas. ubi ſunt: qui aiũt ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι? quanto magis uidi ex tuis lr̃is: q̃ ex illius ſermone: qd ageretur de ruminatiõe quotidiana: de cogitatiõe Publii: de lituis βοώπιδος: de ſignifero Athenione: de lr̃is miſſis ad Cn. de Theophanis: Mẽmiiq; ſermone: q̃rã porro mihi expectationẽ dediſti cõuiuiis tuis ἀσελγοῦς? ſum in curioſitate [illegible]

Emittat. Ex urbe mittat. Obſignẽt. Iuſiurandũ cõceptum me dictante excipiãt. Collegã Balbi. Mouet inuidiam Pompeio: qui Corneliũ Balbũ Gaditanũ ciuitate donauit: etiã conſulem fecit: pro quo extat luculẽta Ciceronis oratio. In auſpicio. Quãdo inaugurabat̃ tribunatus Clodii/ & obſeruabãt nũquid aues addicerẽt. Euangelia. p̃mia quæ nũtio læta ferẽti dantur. Deberi. Tibi euãgelia. συγκύρημα. Confirmationẽ. fateor aliquid debere quod iam reſigno & p̃ſto. Cerealibus. Tutela Iulii Cereris eſt. eodẽ menſe apollinaria/ neptunalia/ ſacrũ ſpei/ ſaluti: Dianæ/ Volcano. Incurrit. Obuiã uenit. aliq̃n uiolẽter impingere ſignificat: repete uerbũ petit. Inquit. Curio iuuenis. Iſta. Quæ de Cęſaris prouincia p Pompeiũ poſt bellũ Mithridatis geſta ſũt. Quid Cęſar? Fauet ne Clodio? Adoptiõe. Clodius trãſiuit ad plebẽ per adoptionẽ Herẽnii hominis plebei. Tuliſſe. Decreuiſſe Cæſarem uerbo uel ope. p̃perã nũtiauit ſi Trãquillo credimus. Ad Epiſtolas. Tuas legẽdas. ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι. Integrũ eſt hoc/ uerũ Cicero cõtentus fuit prouerbii principio. Significat uiue uocis maiorẽ efficaciã eſſe. Ruminatiõe. Cogitatione/ machinatione repetita. tractũ a bobus remãdẽtibus: illud eſt ruminare. Publii. Põpei uel Clodii. Lituis. Tubis/ tãq̃ Clodius Claſſicũ iam inciner et: ac bellũ indiceret: quo claſſico ut Alecto Virgiliana incitaret Cæſarem alterũ Athenionem in optimũ quẽq;. Aliqui Piſonẽ: alii Vatiniũ intelligunt: multi Gabinium. Difficilis inuentu ueritas. Athenione. Quatuor & LXX. gladiatores capuæ ex ludo Lentuli profugerũt: & cõgregata ſeruorũ & ergaſtulorũ multitudine Chryſo Spartaco & œnomao/ excitato bello/ Claudiũ pulchrum legatũ & P. Vorenũ p̃torem p̃lio uicerunt. Inter iſtos gladiatores principes fuerũt Athenio & Oenomaus. Auctor Liuius. Ad illorum impetus cõprimẽdos miſſus Craſſus profligauit extremo bello. Ex quo inceſſit per urbẽ ouans laurea corona inſignitus/ nõ ut cõſueuere myrtea. Paulus iuris cõſultus Titulo de acq̃rẽda rerũ poſſeſſione. Si ſeruus quẽ poſſidebã p libo ſe gerat ut fecit Spartanus. lege ſpartacus. Lucanus. Vt ſimili cã caderes qua ſpartacus hoſtis. Cicero. iiii. Philippica. Excurſor/ latro/ ſpartacus. Idẽ de Athenione. vii. in Verrem actione agit. de eodẽ Athenioẽ & ſpartaco nõ tacuit Capitolinus in maximino. Aſtyagis. Latine ſcribẽdũ. Sic appellat Cęſarẽ pp Iuliã filiã deſponſatã Põpeio: a cuius fauore ſp̃abat Cęſar imp̃io poſſe potiri. Ideo tui dixit/ qm̃ tũc forte Atticus magis Cęſari q̃ Põpeio afficiebat̃. De Aſtyage Iuſtinus hęc lib. p°. Poſt multos deinde reges p ordinẽ ſucceſſiõis regnũ ad Aſtyagẽ deſcẽdit. Is p ſomnũ uidit ex naturalib. filię/ quã unicã hẽbat uitẽ enatã: cuius palmite oĩs Aſia obũbraret̃. Cõſulti ario li ex ea nepotẽ ei futurũ: cuius magnitudo p̃nũtiet̃: regniq; ei amiſſionẽ portẽdi reſpõderũt/ unde Sidonius. Aſtyages Cyro pellẽdus forte nepoti Inguinis expauit diffuſum uite racemũ. Fortaſſis alludit cõuiuio Aſtyagis ubi poſitus ẽ Harpago filius comedẽdus ab Aſtyage qd̃ Cyrũ nõ p̃diderat ut rex iuſſerat/ de q° his uerſiculis poeta igenioſus itellexit. Vt puer Harpagidæ referas exẽpla Thyeſtę/ Inq; tui cęſus uiſcera p̃tris eas. harpagides ſcribẽdũ fuit nõ harpagidę: cuius harpagi filii tragicę p̃diti atq; uorati/ nomẽ ab auctorib. nõ ſecus q̃ ab Ouid. nõ p̃dit̃: iõ Naſo tm̃ dixit Harpagides/ i q° loco enucleãdo Domitius fuit Oedypus. Forte ἀσελγοῦς in Cice. legẽdũ: ſic Põpeiũ appellat: q p nutu agebat urbẽ: uel cõuiuia Aſtyagis Clodiana uocat: i qb. hũc & illũ trucidabat/ & Cice. urbis ꝯſuatorẽ/ ut ille Cyri: iugulabat: ac p̃pe uorabat: agitabat & quotidie urbẽ mouebat.

Euangelia.

Cerealia.

Viuę uocis energia.

Rumina/tio.

Athenio.

Sparacus.

Aſtyages.

Locus Ouidi in ibi de harpago.

Oxypinos. ὀξύπεινος. Siritor nouitatis: auidus auricularũ. Συμπόσιον. Cõuiuiũ. Κατὰ τὸ πώραμ τραχεῖα. Dura instar pomi precoquaq́: & incocta. significat iniquitatem temporum, afferre illi asperitatem: qua mollita melius scribet & ilarius. Quæ. Asperitas. Iudicata. Elimatiora: scilicet ingenium: longa rubigine læsum Torpet: & est multo q̃ fuit ante minus. Ferre. Nũc impetrare. Solus. Habebis. Dicearchũ. Qui de uita practica scripsit. Ἀδικαίαρχοι. Iniusti magistratus. Ludit in dicearcho auctore. Hora decima. Vigesima & secunda supputatione ritus bononiẽsis/ & quod obiter dictum sit/ umbrarũ rationem quam uocant gnomonicen iuenit Anaximenes milesius/ primusq́ horologiũ quod appellãt scioterikon lacedęmone ostendit. Obuiam uenisset. Prisci codices habẽt obuenisset: quod idem est. Affecta est. Afficitur.

Adicęarchi — Gnomonice. — Sciotericõ.

ℂ Argumentum.

Negligentiam nũtiorum in reddẽdis Epistolis accusat. Agricolæ ipi trici pitiũ ac regnũ ferre nõ possunt. Formiis fremũt homines/ ac iratis tyrãnis excandescũt. Pompeiũ in magno esse odio predicat. Quare philosophię se totum dicat. Rogat tandem ut in Formianum aduolet.

ℂ Interpretatio.

FACINVS. O indignũ factum. Tibi. Vacar. Scriptam. Et hoc nihilominus supe rest. Domum. Meam urbanam. Latum. Cõportatũ per errorem. Nostrũ. Togatorum quorundam. uestrũ quidam codices habẽt. i. urbanorum. Τηλέπυλον. Procul a portis urbis. λαιστρυγονίαν. Læstrigoniam/ quoniam phormias læstrigones habitarunt: latrones ac gigantes imanes. Qui. Sunt. Diuitis. Ita parui penditur Põpeius ut eum ironice magnũ uocent/ quemadmodum Crassum diuitem. Lente. Sine perturbatione/ unde lentitudo uitium. φιλοσοφῶμεν. Philosophemur. Tanti. Pretii ut ego a philosophia diuellar.

Telepylon — Lęstrigonia.

ὀξύπεινος: sed tamen facile patior te id ad me συμπόσιον nõ scribere: præsentem audire malo. Quod me: ut scribam aliquid: hortaris: crescit mihi quidẽ materies: ut dicis: sed tota res etiam nunc fluctuat κατ' ὅ πώραμ τραχεῖα: quæ si decesserit: magis erunt iudicata: quæ scribam: quæ si statim a me ferre non potueris: primus habebis: tamen id aliquãdiu solus. Dicæarchum recte amas: luculentus homo est: & ciuis haud paulo melior: q̃ isti nostri ἀδικαίαρχοι. Literas scripsi hora decima Cerealibus: statim: ut tuas legeram: sed eas eram daturus: ut putaram: postridie ei: qui mihi primus obuenisset. Terentia affecta est tuis literis: & impertit tibi multum salutis. καὶ κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν τίτον ἀσπάζεται.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FAcinus indignum: Epistolam tibi a tribus tabernis te scriptam ad tuas suauissimas Epistolas: neminem reddidisse. At scito eum fasciculum: quo illam conieceram domum: eo ipso die latum esse: quo ego dederam: & ad me in Formianum relatũ esse. Itaq́: tibi tuam Epistolam iussi referri: ex qua intelligeres: q̃ mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ quod scribis sileri: ita putabam: at hercule in agris non siletur: nec iam ipsi agri regnum nostrum ferre possunt. Si uero ĩ hanc τηλέπυλον ueneris λαιστρυγονίην Formias dico: qui fremitus hominũ! quam irati animi! quãto in odio noster amicus magnus! cuius cognomen una cum Crassi diuitis cognomine consenescit. credas mihi uelim: neminem adhuc offendi: qui hæc tam lente: quam ego ferõ: ferat. quare: mihi crede: φιλοσοφῶμεν. iuratus tibi possum dicere: nihil esse tanti. tu si literas ad Sicyonios habes: aduola in Formianum: unde nos pridie No. Maii recedere cogitamus. Vale.

¶ Argumentum.

TIMERE Se dicit ne Pōpeius sentiens sibi in sermonibus detrahi, furere incipiat, in quo Cicero uates fuit. Irritatus.n.nocuis loquacitu Pompeius desertis optimatibus, Crasso Cæsariq; adhęsit, unde orta pernicies eius ac bonorū omniū. Pangere & cōponere ꝓ frequentia hominum non potest presertim Arrii uicini frequenter interpellantis ac Sebosi. Aggreditur tamen opus magnum, multæq; cogitationis & otii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVātam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? quantam de colloquio βοώπιδος? quantam etiam de illo delicato conuiuio? Proinde ita facias ut attenteis aures: quanquā nihil est iam: quod magis timēdum nobis putem: q̄ ne ille noster Sampsiceramus: qui cum se omniū sermonibus sentiet uapulare: & cum has actiones εὐανατρέπτους uidebit: ruere incipiat. Ego autem usq; eo sum eneruatus: ut hoc otio: quo nūc tabescimus: malim ἐντυραννεῖσθαι: q̄ optima spe dimicare. De pangendo: quod me crebro adhortaris: fieri nihil potest. Basilicam habeo non uillam: frequentia Formianorū: at quam comparem Basilicæ: nisi Tribum Aemiliam! sed omitto uulgus. Post horam quartam cæteri molesti nō sunt. C. Arrius proximus est uicinus: immo ille quidem iam contubernalis: qui etiam se icirco Romam ire negat: ut hic mecum totos dies philosophetur. Ecce ex altera parte Sebosus ille Catuli familiaris. Quo me uertā? statim mehercule Arpinū irē: ni te ī Formiano cōmodissime expectari uiderē: duntaxat ad pridie Non. Maias. uide quibus hominibus aures sint deditæ meæ: occasionē mirificā: siquis nunc: dum ii apud me sunt: emere de me fundū Formianū uelit: & tamen illud propere: magnū quid aggrediemur: & multæ cogitationis: atq; otii! sed tamen satis fiet a nobis: neq; parcet̄ labori. Vale.

¶ Interpretatio.

QVANTAM. Multi hinc argumētū sumūt βοώπιδα esse Clodium: alii Pisonem malunt. Res est. ἐν αἰνίγματι. Cōuiuio. Astyagis. Ita. Paratus ad narrandū. plenus nouorū. Sampsiceramus. Sāpsiceramū Pompeiū uocat ut infra Arabarchen eūdem.i.principē mollissimorū, ut supius Hierosolymarium. Sāpsicerami sunt Arabiæ populi uicini Syriæ auctore Strabone libro .x. & sexto geographiæ his. Nam quo Syris magis magisq; appropinquant, eo mitiores sūt, & minus arabes, & scenetę, & ordinatiores magistratus hn̄t, quēadmodū Sampsicerami. Adiuuat quod scribit Suidas Sāsperas esse sparhas barbaras, quas uolūt aliqui hodie semitaras uulgo dici. Mollicie male audiebat Pōpeius, unde digito caput scalpere ferebat. Εὐανατρέπτους. Quæ facile frangi & euerti possunt, uel confutabiles. Hæc otio. Hoc scribendum. Ἐντυραννεῖσθαι. Sub esse Tyrāno. Pangendo. Scribendo, cōponēdo. Basilicā non uillā. Domus seruit priuatis usib. Basilica publicis. illuc unda populi undiq; cōfluente. In Basilicis ius dicebatur: hinc atq; hinc porticibus additis, in quibus iudices & causidici ius dicebāt. Plautus sub basilicanos sub basilica ābulātes inqt. Ad quā partē Basilicę nisi tribū ęmyliani. Lege. At quā cōparē Basilicę nisi tribū æmiliā? Domus mea circūstrepit ut Basilica.i.tribus Aemilia. Basilica Pauli æmilii in regione quarta Romæ fuit. Horatius i poetica. Aemiliū circa ludū faber imus, & ungues Exprimet, & molles imitabit̄ ęre capillos. Porphyrio. Aemylii lepidi ludus gladiatorius fuit, qd' nūc Polycleti balneū est. hic demōstrat ęrariū fabrū fuisse: sed cū priori Basilica nō uideo ut quadret ludus ęmilius: nisi erat sub Basilica. Vulgus. Formianū irruens. Vlpianus de suis & legitimis hęredib. Is ē ꝓximus quē nemo añcedit, & is ultimus quē nemo seqt̄. Plautus in mercatore. Tuus amicus & sodalis uicinus ꝓximus. Iabolenus dig. locati. A teā uicino ꝓximo locauerat. Paulus de noui opis nūtiatione. Nō solū ꝓximo uicino, sed supiorib. Cōtubnalis. Familiaris. fuit orator hic Arrius, de quo Cicero ī Bruto meminit. Dūtaxat. Tm̄ subītellige, expectabo. Vidi.n.qbus. Scribe. Vide qbus, q̄ garrulis. Occasionē mirificā. uēīrent illi qñ ego ꝓnus essem ad uēdēdū tot stimulis excitatus: ut hanc turbam declinarem. Velit. Emere. Illud probē. Scribendum, non probem: sed prope: cito se expediant, dum odio calet stomachus. Aggrediamur. Legendum aggrediemur.

Sāpsiceramus.

Sāpseres.

Basilica.

Aemilia tribus.

Proximus.

¶ Argumentum.

EPIStolá scripserat Atticus uarietatis plená/alternáribus rumoribus urbanis similé/quo ualde delectari scribit Atticus:qm̃ Romæ esse uidetur. Optat ut Clodius Tri. Ple. fiat/ spesq; est fore ut Atticus sit aduolaturus. Molestias uicinorũ interpellantiũ addit:quare in montes patrios cogitat.quod Terentiæ prospicit/laudat.

¶ Interpretatio.

VT SCRIBIS. Si recte cõsidero ea quæ scribis. Illud tamen. Scripserat Atticus Pompeiũ in agrorũ diuisione facturũ satis omnibus. Nullo recusante. Quod omnibus placeret. Facultatem. Ferendæ legis occasionem facilem. Agrariá. De diuidendis agris. Dilatione. Bibulus iubẽte Catone comicia differebat. Ipsius Catonis. Correctione. Profutura emẽdatione. Publio. Clodio. Fiat. Clodius. Nihil. ob nihil aliud. Ex epiro. Spo q̃uis sis in Epirũ profectus/ te Romæ affuturũ. Disputate. Discepta re/cõtẽdere. Aduolaturus. Romá ex Epiro properaturus. Vt hoc. Posito qđ. Seruet Remp. Scribendũ seruiet Reipu. Si non Clodio/ saltem seruiet Cæsari uel Põpeio/ creetur tribunus Pub. & Rẽp. seruet ironia ẽ. Cõsessore. pleníe. Maxime. Quidá menḋie scribũt. Ingemuerá. Ex ad uentu sebosi: qui obstrepit studiis nostris. Alii scribũt in gẽma erá. Signaui uix primas ad te literas/ interpellor: Satyrus. Qui se lautũ atq; beatũ Exiguis tabulis/& gẽma fecerat uda. Hoc ẽ. Cicero loqtur. Roma. Ad frequentiá fugiẽdam cum ruri maiorẽ sis in uenturus. Quos ego. Ordo ẽ. Cum incidi i hos homines/ quos effugi. Patrios. Arpinũ. Nunc Arpinatum uexillũ quod ferunt in hostes & annulus signatorius iscripta sunt tribus elemẽtis. M. T. C. Incunabula. Originem auitam hoc ẽ terram arpinatem. Idem in Salustium. An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis. Idem in libro de perfecto genere dicẽdi/incunabula oratoris appellat. Varro de re rustica. Iam inde a cunabulis. Valer. Maximus libro.iii. Attingam nunc quasi cunabula quędam & elementa uirtutis. Liuius. iam inde ab incunabulis imbutus odio tribunorum. Maro libro tertio. Mons idæus ubi:& gentis cunabula nostræ. Perurbanis. Subintellige ero. Certi scribis. Quando sis uenturus. Defendere. Ne pendant aliquid publicanis. Hæc. Terentia. Idem recusat. Aliquid publicanis pendere:alii negationem addunt. Ea. Terentia. Ἀριστοκρατικώτατος. Studiosissimus senatoriæ dignitatis ac optimatum puer.

In gẽma eram.

Incunabula.

Aristocraticotatos.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VT scribis: ita uideo nõ minus incerta in Repu. q̃ in Epistola tua: sed tamen ista ipsa me uarietas sermonũ: opinionũq; delectat. Romæ enim uideor esse: cum tuas literas lego: &: ut fit: in tãtis rebus: modo hoc: modo illud audire. Illud tamen explicare non possum: quid nam inueniri possit: nullo recusante ad facultatem agrariá. Bibuli autẽ ista magnitudo animi in comitiorum dilatione: quid habet nisi ipsius iudiciũ sine ulla correctione Reipu. nimirum in Publio spes est: fiat fiat Tr. Pl. si nihil aliud: ut eo citius tu ex Epeiro reuertare: ná: ut illo tu careas: non uideo posse fieri: præsertim: si mecum aliquid uolet disputare. Sed id quidem omnino non dubiũ est: quin: si quid erit eiusmodi: sis aduolaturus. uerũ ut hoc nõ sit: tamen seruet Remp. præclarum spectaculũ mihi propono: modo re consessore spectare liceat. cũ hæc maxime scriberẽ: ecce tibi Sebosus (nondum plane ingemuerá) Salue inquit Arrius: Hoc est Roma decedere: quos homines effugi: cum in hos incidi. ego uero in mõtes patrios: & ad incunabula nostra pergá. Deniq; si solus nõ potuero: cum rusticis potius: q̃ cũ iis perurbanis: ita tamen: ut/quoniam tu nihil certi scribis: in Formiano te præstoler usque ad. III. Non. Maias: Terẽtiæ pgrata est assiduitas tua: & diligentia: in cõtrouersia Muluiana. nescit omnino te cõmunem causam defendere eorũ: qui agros publicos possideant. sed tñ tu aliquid publicanis pendis: hæc etiam idem recusat. Ea tibi igitur: & κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς salutem dicunt.

¶ Argumentum.

DE Epistola Attici detestante emergentem Tyrānidem: quæ grauitate sui Ciceroni somnū ademit. De lege Agraria loquitur: & agro cāpano: quæ paucis grata esse poterunt, & auctori inuidiā parient. Cn. palā bellū Reipu. indicere: ut se amplius excusare nō ualeat. Optimates taxat, pp quorū ingratitudinē silet. Dare se uult totū uitæ contemplatiuæ: & ad preclara studia reuerti. De Quinto nōnulla.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

COenato mihi etiā dormitanti pridie Calen. Maias Epistola est illa reddita: in qua de agro cāpano scribis. Quid quæris? primū ita me pupugit: ut somnum mihi ademerit: sed id cogitatiōe magis: q̄ molestia. Cogitanti autem hæc fere succurrebāt. primum ex eo: quod superioribus literis scripseras ex familiaritate illius audisse prolatum iri aliquid: quod nemo improbaret. maius aliquid timueram hoc eiusmodi mihi nō uidebatur. Deinde: ut me ego consoler: oīs expectatio largitionis agrariæ in agrum campanum uidetur eē deriuata: qui ager: ut dena. M. iugera sint nō amplius hominū quinq; millia potest sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur: necesse est. Præterea: si ulla res est: quæ bonorum animos: quos iam uideo esse cōmotos: uehementius possit īcendere: hæc certe est: & eo magis q̄ portoriis Italiæ sublatis: agro Cāpano diuiso: quod uectigal superest domesticum? præter uicesimam: quæ mihi uidetur una cōciuncula: clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. Cn. quidem noster iam plane quid cogitet nescio. φυσᾷ γὰρ οὐ μικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι: ἀλλ᾽ ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ: qui quidem etiam istuc adduci potuerit. nam adhuc hoc ἐσοφίζετο: si leges Cæsaris probaret: actiones ipsum præstare debere: Agrariam Legem sibi placuisse

¶ Interpretatio.

ETIAM. Melius diuidetur dictio in: et: atq; iam. Cāpano. quem Cæsar plebi diuisit in consulatu. Tranquillus ī Cæsare dictatore. Campū stellatē maioribus consecratū, agrūq; campanū ad subsidia Reip. uectigalē relictū diuisit extra sortē, ac uiginti millibus ciuiū: quibus terni, pluresq; liberi eēnt. Pupugit. Epistola excussit. Succurrebant. In mentem ueniebant. Illius. Pompeii uel Cæsaris. Prolatū iri. Emersurū. Nemo improbaret. Satisfaceret omnib. quod tñ non fuit. Timuerā. emersurū ex agraria lege: qua amorē populi noxiū libertati lenocināntur. Hoc. Agri campani diuisio. Cōsoler. Hoc facit. Deriuata. Exhausta. Dena iugera. Scribe. Dena. M. Iugera. Ab illis. Cæsare & Pōpeio. Hæc certe est: Agri campani diuisio. Portoriis. Vectigalib. nauticis. Vigesimā. Ex mille, uel ex cētum, ut decimæ. Liuius lib. vii. de secundo punico bello. Cōsulib. aurū uigesimariū: quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabat, pmi placuit. Peritura. Transitura in alimētū plebis per legē agrariā. φυσᾷ γὰρ. Senariolus iābicus. significat Pōpeiū p legem agrariā magna promittere & aperte magna moliri q̄ ope legis agrariæ uult perficere. Est idem cū prouerbio, aptis tibiis .i. clara uoce metaphora a tibicinib. qui ut modulatius spirent quędā foramina claudunt. Cū uero rudissime spirare uolunt uniuersa foramina aperiūt sonitu toruiore. Quintilianus libro. xi. Illa uero iam pene apertis: ut aiunt: tibiis. Cū dicimus tibiis apertis in aliquē inuehi, nō clam itelligimus. sed apte insectari. De uerbo ad uerbū græca sic sonāt. Inflat. n. nō paruis amplius tibiolis sed asperis follibus sine ligula. Est. n. ligula cuneolus lingulatus separans os fistulæ: sine qua ligula toruissimus sonus redditur. Qui. Pompeius. Adduci. Impelli ad hanc temeritatē. Hoc. Sub hoc ptextu. ἐσοφίζετο. Cauillari poterat. Sophistia. n. ut inqt Aristo. lib. iiii. metaphysicæ, est facultas apparens: quæ circa accidēs uersat, ut ait idē lib. x. met. & eodē auctore lib. ix. ethicorū. nemo sophistæ argētū daret. Si leges Cæsaris pbaret. Quod Cæsarē Tyrānidē appetētē, si Pōpeius: qd foueat, accusatur, rńdebit qm̄ p leges Cæsaris acta mea in impio approbata fuerūt, q̄ optimates oppugnabāt, q̄re dicet opus ē uelim nolim Cæsarē pbare honoris mei ppugnatorē. Actiōes. Quæ Pōpeius egerat in impio: quod senatus pbare nolebat. Alii exponūt, si ī approbaui Cęsarē, ego feci quod debui & potui.

Vigesima.
Vigesimariū æs.
Aptis tibiis
Ligula.

Poterit. Respondere Pompeius. Intercedit. Scribendũ intercedat, improbantes optimates se defendens, ita Pompeius improbabit. Si uobis leges Cæsaris nõ placuerũt, cur non obnuntiabatis? De Rege. Per Gabiniũ in regnũ reducto. Confici. Cõtemptis obnuntiationibus quoniã res trahebatur cõtra utilitatẽ Reip. Bibulus. Collega Cæsaris: necnõ Pompeius dixit sibi nõ fuisse quærendũ an Bibulus de cælo seruaret. De cælo. In legibus cõdendis, nũ uitio creatus esset Cõsul Cæsar, uel in ferẽdis legibus quas Cæsar cõtra Rep. tulit. Seruasset. Iouẽ tonantẽ (?) obseruasset: quod cũ cõtingebat leges pferri non poterãt. Quærendũ. Nõ debuisse Põpeiũ esse sollicitũ. De Publicanis. Quibus est facta remissio cõtra cõmodũ Reip. Futurũ. Profuturũ. Si accusor quod publicanos adiuui: respõdebo me beneficũ esse.

Nũc. Sed quid O Pomp. nũc respondebis: manifesto teneris.

Sãpficerame. Pompei. Se. Te scribẽdũ. Antilibano. Respondebis ne te seruasse populo uectigalia remotissima, ppinqua uero ãbitiose distribuisse? Plinius in. v. na. hist. A tergo Tyri mons libanus orsus cẽtũ quinquaginta stadiis zymirã usq; porrigit: quæ cœlesyria cognominat: huic par interiacẽte ualle mons aduersus Antilibanus obtẽdit: quõdã muro cõiunctus: de quo lege Strabonẽ libro decimo sexto: quẽ ait alui ab Euphrate. Quid hoc? Quod supra hominis fastigiũ tibi uindicasti: uel, ut posses illa supiora defẽdere uel excusare, quomodo hãc rapinã, hanc pdã agri Cãpani & maiorib. cõsecrati defẽdes? quomodo tueberis hoc te cõseruasse populo uectigalia remotissima: ppinqua distribuisse?

Eorũ optimatũ: q fuerũt ĩ cã: ut canis oues deseruerit: unde lupus irrupit ĩ ouile. Boni. Optimates. Introrsum turpes sub prima pelle decori: Sermonum. Gratorum. Partem. Optimatũ: resistendi Pompeio audaciã. Incitarem. Si optimates fouere uellem: ac eorum amplecti partes. πρακτικὸν βίον. Vitam practicam. θεωρητικὸν. cõtemplatiuã: Herodotus Alicarnaseus θεωρητικὸν λόγον uocat in uita Homeri. Vtrique. Sequar utrorũq; auctorum sectam Theophrasti nunc, dum operam nauo speculationi, ut olim Dicæarchum dũ uersabar in Republica. Videatur. Videri debeat. Affatim. Abundanter. dicitur & fatim. Familiam. Afferẽtium theoriam philosophorum peripateticorum, assectarum Theophrasti. Illa studia. Theoretica. πρόσθε λέων. Ante leo: post autem: Integrum carmen est.

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Ante Leo, retro Draco, media uero Capra. Prouerbium dicitur de spondentibus in principio maxima, post modo nõ stant promissis: sed decoquunt atq; degenerant. Ouidius. vi. Metamor.

Quæq; chimæra iugo mediis in partibus hircum:
Pectus & ora leæ: caudam serpentis habebat.
Suidas. Chimaros hircus, & Chimæra Capra. Chimaros torrens.

poterit: intercedat nec ne: nihil ad se pertinere. De Rege Alexandrino placuisse sibi aliquãdo confici: Bibulus de cœlo tum seruasset nec ne sibi quærendũ nõ fuisse. De publicanis uoluisse illi ordini cõmodare quicquid futurum fuerit: si Bibulus tum in forũ descendisset se diuinare non potuisse. nũc uero Sampsiceramne quid dices? uectigal se nobis in monte Antilibano cõstituisse: agri cãpani abstulisse. Quid hoc quemadmodũ obtinebit? oppressos uos inquit tenebo exercitu Cæsaris: non mehercule me tu quidem tam isto exercitu: q̃ ingratis animis eorum hominum: qui appellantur boni: qui mihi non modo præmiorũ: sed ne sermonum quidem unquam fructum ullum: aut gratiam retulerunt. q̃ si in eam me partem incitarem: profecto iam aliquam reperirem resistendi uiam. Nunc prorsus hoc statui: ut quoniã tanta controuersia est Dicæarcho familiari tuo: cum Theophrasto amico meo: ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον lõge omnibus anteponat: Hic autem τὸν θεωρητικὸν: utriq; a me meos gestus esse uideatur. puto enim me Dicæarcho affatim satis fecisse. Respicio nunc ad hanc familiam: quæ mihi nõ modo: ut requiescã: pmittit: sed reprehendit: quia nõ semp quieuerim. Quare incũbamus o noster Tite ad illa præclara studia: & eo: unde discedere non oportuit: aliquando reuertamur. Quod de Quinti Fratris Epistola scribis: ad me quoque fuit πρόσθε λέων: ὄπιθεν δὲ δράκων: μέσση δὲ χίμαιρα.

Antilibanus.

Libanus.

Practica uita.

Theoretica.

Affatim.

Fatim.

Prima leo.

Quid dicam nescio.Quo capiã uultus mutãtem protea nodo? Mansionem.In Gallia cũ Cęsare/ uel quid aliud quonia Caesar adhuc in Galliã non penetrauerat. melius in Asia quã inuitus administrabat. Remittit. Remissius agit. Edam. Promulgem. Circũuectionis. De naulo quod exigũt Portitores & Telonarii dũ circũuehũtur utensilia/mercimonia/& id genus reliqua: prouincialis supellex aut procõsularis.Circũuectionẽ hodie passagiũ uocant. Non deberi. Portoriũ circũuectionis. Gręci.Portitores. Discedere. A senatu illęsus euadere:uel trãsire/ne me isti causę miscea / faciã rem gratã publicanis/quos nõ offendam.

quid dicã nescio.nã ita deplorat primis uersibus mãsionem suam: ut quemuis mouere possit. ita rursus remittit:ut me roget: ut annales suos emendem: & edam. Illud tamen: quod scribit: animaduertas uelim de portorio circũuectionis. ait se de Coss. sententia rem ad Senatum reiecisse. nõdum uidelicet meas literas legerat: quibus ad eum re cõsulta: & explorata perscripseram: non deberi. Velim si qui graeci iam Romam ex Asia de ea causa uenerunt uideas: & (si tibi uidebitur) iis demonstres: quid ego de ea re sentiam. si possum discedere: ne causa optima in Senatu pereat: ego satisfaciã publicanis. εἰ δὲ μή: (uere tecũ loquar). In hac re malo uniuersae Asiae: & negociatoribus: nã eorũ quoq; uehemẽter interest. hoc ego sentio ualde nobis opus eẽ: Sed tu id uidebis. Quęstores aũt quaeso: num etiã de Cistophoro dubitãt? Nam si aliud nihil erit: cum erimus omnia experti: ego illud ne quidem cõtemnam quod extremũ est: te in Arpinati uidebimus: & hospitio agresti accipiemus: quoniam maritimum hoc contẽpsisti. Vale.

Causa optima. Magna & momenti magni ptinens ad publicanos. Satisfaciã. Cõtra quos nõ ueniã. nam haec pars fauoris est. Εἰ δὲ μή. Sin aũt nõ/supple possum discedere ne ledã. Malo. Repete uerbũ satisfacere. Negotiatoribus. q̃ fratri. Eorum. Negociatorũ. Opus esset. amicos & publicanos cõseruare. Cistosthoro. De pecuniis mittendis fratri Asiam regenti. Peloponesi nũmus Testudo erat: unde graecis inoleuit/ Virtutem superat testudo/ sophosq; disertum. Theseus nũmum sculpsit bouis imagine. Cum orator pecunia corruptus tacebat: Bouẽ insedisse linguae prouerbio ferebatur. Dyobolis Atheniẽsium facies erat cũ Iouis capite. Tetrabolum duas habuit noctuas. Est & mna: cuius dimidium hemimnaeum. Stater aureus erat pretio mnae par. Erat & Daricus similis Chryso Atheniensi. Erat & apud eũdem populum/ Core. Apud Corinthios Polos imaginem habẽs pegasi. Cõma minimus nũmus. Danacen obolum uocabant: quod Charõti portitori dabatur in trãsitu paludis. Est & Litra. Decalitron stater. Tetracina Attica/de quibus Liuius meminit. Quidã produnt phędona argiuũ primũ signasse nũmos. Cibdelia nũmus est adulterinus. Quod extremum est. Et si minimum detur accipiam. Furor est post omnia perdere naulum.

Circũuectio. Cistophorus. Testudo nũmus. Bos insedit linguae. Dyoboli. Tetrabolũ. Hemimnaeum. Stater. Daricus. Core.polos Cõma. Danace. Litra. Tetracina. Cibdelia.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRorsus: ut scribis. ita sentio: turbatur Sãpsiceramus: nihil est: quod nõ timendũ sit ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι. Quid.n. ista repentina affinitatis cõiunctio? qd ager cãpanus? quid effusio pecuniae significãt? quę/si essent extrema: tamen eẽt nimiũ mali: sed ea natura rei est: ut haec extrema esse

Argumentum.

SIGNIS Euidẽtibus colligit Marcus Cicero Pompeium optimatum criminibus ac uulgi sibilis exagitatum/ tyrãnidem appetere. Signa subdit ut initam affinitatem eum Caesare/ & reliqua plura. Sed haec extrema esse non possunt: uerum per haec aditus ad pestifera paratur. Philosophia tamen Ciceronem adeo muniuit/ ut ad ista sit indifferens.

Interpratio.

PRORSVS. Pompeium patenter Tyrãnidem inuadere scribit. Turbatur. Vetus lectio: turbat: habet. Sãpsiceramus. Pompeius Arabarches/ qui populos illos domuit. ὁμολογουμένως. Patenter Tyrãnidẽ cõparat. Extrema. Hic staret tyrãnicus furor. sed aliud peius secuturum ista significant. Natura. Conditio. Rei. Mali ei Pompeio iminentis.

Phílologia. Euelpiſtia. Adiapho/ria. Senſus. Mens. Aphilodo/xon. Phocis. Phocyli/des. Cephalea. Vt phocis execratur. Theopha/nes.

Non poſſint. Quæritur his ad Tyrãnidem uía. Huc ueniſſent. A d iſtas largitiones. Opa. Labor. Oleum. Impenſa/metaphoricũ prouerbiũ. Philologiæ. Studii. Ε'υελπισία. Bona ſpes. fore ut res in melius cõuertantur. Α'διαφορία. Indifferẽtia. indifferenter/indiſcriminatim: & ſusq; deq; habendo iſta. Quod eſt ſubinane. Senſus. ſtudium ambitionis: illa in nobis opinio æſtuans circa umbrã uirtutis/nõ uirtutẽ. In homine duo ſunt/ſenſus/unde manant opiniones: & mens/unde uerũ iudicium/de utroq; ſic Cicero libro. xv. Epiſtol. famil. ad Catonẽ. Nã ad meum

nõ poſſint. Quid enim eos hæc ipſa per ſe delectare poſſunt? nunquam huc ueniſſent: niſi ad alias res peſſiferas aditus ſibi cõpararent. uerum: ut ſcribis: hæc in Arpinati ad. VI. circiter Id. Maias. nõ defleamus: ſine & opera: & oleũ philologiæ noſtrę perient: ſed cõferamus tranquillo animo: Dii ĩmortales: neq; tam me ἐυελπιστία conſolatur: ut antea: quam ἀδιαφορία: qua nulla in re tã utor quam in hac ciuili: & publica. quin etiam: quod eſt ſubinane in nobis: & non ἀφιλόδοξον. (bellum eſt enim ſua uitia noſſe) is afficitur quadã delectatione. ſolebat enim me pungere: ne Sãpſicerami merita in patriam ad annos ſexcentos maiora uiderẽtur: quam noſtra. Hac quidem cura certe iam uacuus eſt. ſumme etenim ille: ſicut Phocis curiana ſtare uidebatur. Sed hæc coram. Tu tamen uideris mihi Romæ fore ad noſtrum aduentum: quod ſane facile patiar: ſi tuo commodo fieri poſſit: ſin: ut ſcribis: ita uenies: uelim ex Theophane reſpicere: quo nam in me animo ſit

ſenſum/& ad illud ſincerũ ac ſubtile iudiciũ/nihil poteſt eẽ laudabilius. Α'φιλόδοξον. Ambitiõe carens. Is. Sẽſus a mẽte in meliorem ſententiã tractus/ſenſus philiſophica medicina depuratus/nihil cenſoriũ habet. Quídã codices habent/id. Delectatio ne. Quod ſe cognouerit & ambitioni ualere dixerit. Pungere. Ambitio. Sampſicerami. Põpeii. Ambitio me olim torq̃bat/ac põpeiana trophæa me ſõnos capere non ſinebant. Sexcentos. Innumeros futuros. Sũme. In apice Romæ: in extremo mũdi dorſo ſtare uidetur animus meus/nõ eſt ĩmerſus cœno & curis.

Phocis curiana. Phocidem curianã Pompeiũ uocat/a quo curiæ pendebãt & pro oraculo delphico habebant: uel a quo curia hoc eſt ſenatus ut ab oraculo pẽdebat. In phocide rẽplũ erat themidis fatiloquæ. Ouidius.

Separat aonios actæis phocis ab aruis. Senſus eſt igitur. In me ſenſus a rõne defecatus depoſuit quidq̃d habebat terrenũ ac ſordidũ: ſũmaq; tenet/ac in excellenti/ſup̃moq; loco ſitus/Pompeio nõ cedit. nam quemadmodũ ille Pomp. extat ac eminet in curiis agendis/uel curia .i. ſenatu/ego pinde liber ac imunis illarũ curarũ uel curiæ ſupenato quidq̃d eſt uulgare populare ue. Sed cum Romanis codicibus: uidetur: non: uidebatur: cũ Aldo etiã ſcribendũ eſt. In codice uetuſto legi. Sicut Phocylides curiarũ ſtare uidetur. Senſus meus uirtute defecatus/nõ ſecus extat ab ambitu curiarũ/ut illius factus ſit Phocylides. i. cenſor/tantũ abeſt ut appetat ambitionem/ut curiarũ ambitores obiurget ac cõcaſtiget. Qua figura loquẽdi uillã ſuã philoſophiã uocauit/quod aliarũ inſanas ſubſtructiones irrideret. Huic adſtipulatur ſentẽtia ab eodem. M. Tullio poſita libro iſtarũ epiſtolarũ quarto. De hoc cum dicemus ſit quaſi τὸ φωκυλίδιον. Phocylides: auctore Suida: mileſius philoſophus tẽpore Theognidis/uterq; uero poſt bellũ Troianũ ãnis. DXLVII. Olymp. LVIII. Euſebius. LX. Scripſit elegũ carmen/ſimiliter & Parę̨neſes hoc eſt admonitiones ſentẽtiis philoſophicis refertas heroico carmine q̃ extãt/quas Cephalea dictitãt. Eruditiores armati audacia ſæpe felici/legũt: φωκέων curiã ἀρὰν uidetur. hoc ẽ phocis curiam execrari uidetur. De phocide crebris fortunæ iniquitatib. populariter ſolũ uertente notius eſt q̃ ut doctrina noua indigeat/unde cũ odio quid perſequimur Variniano ac abimus decedimusq; ab eius cõſortio/ nũq̃ uiſuri/& iureiurando nos adſtrigimus mille uinculis obfirmato dicimus parœmiodicos/ſicut phocis exector. Horatius. III. carminũ. Phoceorũ uelut profugit execrata ciuitas. Eamus oẽs execrata ciuitas. Prouerbiũ ſic ſe habet. φωκαίων ἀρὰ. hoc eſt. Phocẽſiũ execratio. De iureiurãdo multis uinculis adſtricto: & execrationibus quibus in fœderibus utebantur. Venies. Ad me ut p̃dixiſti. Theophane. Rhodius fuit. Lege Plutarchũ in uita Ciceronis. Alii mitylenẽũ/gratia cuius Pompeius: auctore Plutarcho: Mitilenen libertate donauit. Citat Plutarchus in Pompeio hiſtoriam Theophanis cõtra Rutilium/niſi diuerſi fuere. quoniã uideo alibi ſcriptum eẽ apud Plutarchũ Theophantis: ad grę̨cos codices prouoco. Scribit Cæſar libro. iii. ciuilium quod cum Theophane maxima Pompeius cõmunicare ſolebat. Aliqui per Theophanem Cornelium Balbum gaditanum Pompeii a ſecre/

tis/& curarum nascentium participem: intelligunt propter hæc uerba Iulii Capitolini. A Balbo inquit Cornelio Theophane originē Balbinus ducens/qui per Cn. Pompeiū ciuitatē meruerat cū esset patriæ suæ nobilissimus. Sed fuit is pfectus fabrū Cæsaris in Gallia/an tempora cōcināt/sub ducas ratiunculam: Theophanias etymologice Bernardus in libro de amore dei/sanctorū splendores & occursus appellat. Arabarches. Pompeius princeps Arabū & uictor qui arabibus uectigalia imposuit in antilibano. Scimus.n.arabas genus eē mollissimū. Iuuenalis Ciceronē imitatus taxaturus comessatorem & mollē effoeminatorūq; principē uocat Arabarchem sic.

Corn. Balbus.

Arabarches.

Arabarches: quæ res scilicet solet κατὰ τὸ κηδεμονικὸν: et ad me ab eo quasi ὑποθήκας afferre: quemadmodum me geram: aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari. Vale.

Atq; triumphales inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius
Atq; Arabarches.

Arabes ppter mollicié cęli molles fuisse/ungētisq; delibutos incedere quis nescit: unde Arabice olere significat ungenta redolere ptiosa: uel quod ea in Arabia nascūtur: Vel Arabarches pro diuite: & potenti ponitur. sed molli. Quoniā in Arabia plures erant Noml.i.pfecturæ: quibus pposiri dicebātur Arabarches. Imparor Augustinus Mutiano. Vsurpatione totius licentiæ summouemus circa uectigal Arabarchię p Aegyptū atq; Augustaneā cōstitutum. Solet. Apparere & cognosci. κατὰ τὸ κηδεμονικὸν. Si curaueris explorare: si curiosus scitari fueris. κηδεμονικὸς curiosus. ὑποθήκας. Documēta. Si met quid explorasti: admonueris. περὶ τῶν ὅλων. De omnibus singula colligendo. Ex eius sermone. Si Theophanis sermonem euentilabimus.

Arabice olere.

Noml.

Arabarchia.

Hypothecæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi aliquot Epistolas tuas: ex qbus intellexi: q̄ suspenso animo: et solicito scire aueres: quid esset noui. tenemur undiq; neq; iā quo minus seruiamus: recusamus: sed mortem: et eiectionem: quasi maiora timemus: quæ multo sunt minora. Atq; hic status: qui una uoce omniū gemitur: neq; uerbo cuiusquā subleuatur σκότος est: ut suspicor illis: qui timent ullam cuiusquā largitionē relinqre. unus loquitur: et palam aduersatur adulescēs Curio. Huic plausus maximi: cō salutatio forensis phononfica: signa pręterea beneuolentiæ permulta a bonis impertiuntur.

ℂ Argumentum.

ATTICVS Euolauerat: Ciceroq; Romam reuersus urbana Tiro significat/in seruitutē a Tyrānis redactā urbem deplorat/Timeri mortem & electionem. Curio tamen aduersatur/sed solus. non modo priuati/sed magistratus liberi nō sunt. desparationis omnia esse plenissima. Legatus inuitatur a Cæsare. Auet pugnare cum Clodio. Statium manumissum dolet: optatq; Tiri presentiam.

ℂ Interpretatio.

TENEMVR. Insidiis Tyrānorū illaqantur. Electionē. Exiliū: quod mox passus ē Cicero urgente Clodio ac Pōpeio deserente. Minora. Quoniā singulos attingūt: Fatū Reip. omnes trahit in pceps. Amissis publicis priuata stare nō possunt. Status. Optimatū infirmus & disperatus. σκότος. Tenebræ. Status optimatiū est tenebræ.i. obscurat statū tyrānorū/ut cū excellentior sit Antonio Cicero: dicit Cicero Antoni Scotos/quoniā Antonii famā obscurat ac pmit/nec sinit apicē tenere primū. Aliqui scribūt ex codice prisco Scopos. Feriūt Tyrāni statū optimatū & in eum iaculantur tāq̄ in scopon. Est scopos signū eminens ad quod sagittas dirigimus. σκοπεῖν est oculū dirigere: a Scopo Scopulus diminutiue a Trāqllo dicit. Fūditores: auctore Vegetio. VE. pro scopo ponebāt/unde petere scopon ē sententiā ppositi rāgere. Macrob. Mentē sōniq; ppositū: quod gręci scopon uocar. Hac dictione utit Diony. Alicarnaseus lib. historiarū.ix. animū sapientis scopo esse assimilē docet Lucianus in Nigrino. Timent ullam. Codices Romani: quos ad præsens sequi lubet/habent/tenent nullam/& perplacet: qui tenent. idest deliberant/decernuntq; nullum genus largitionis omittere/dare profundere/ut possint uincere.

Scotos.

Scopos.

Scopulus.

Ve.

Cuiusq̄. Ordinis: loci: hominis: generis/ut popello iniecta esca illecto/extrusis optimatibus/iugum mox imponant. Plausus. Excitantur/quoniam nihil est magis populare q̄ bonitas.

Fufium.Pompeianũ Tribunũ plebis/auctorẽ Legulæ Pompeianæ:quo stimulante diuisus est ager Cãpanus. Sibilis.Ignominiosis reclamarionibus. Cõiectantur. Popularim insectantur. Non spes. Affulget maioris boni. Dolor. Maioris mali/uel nõ sibilant unde sperent / sed ut quomodo possint dolorem exprimãr. Solutã. In tyrãnos promptã. κατὰ λεπτόν. Circa singula minutius. λεπτός tenuis:minutus. λεπτότης tenuitas:paruitas. Aliquãdo. Supioribusũgit:aliquo tẽpore. Priuatos. Fore liberos. Magistratus. Elinguis erit curia. uates fuit Cice. Attamen. Alii codices habent/ut tamen. In oppressione. Vt inter oppressos. Qui re mederi nõ possunt/uerbis obstrepũt. Cãpana lex. Agraria/de diuidẽdis uel diuisis campanis agris. Habet execrationẽ. Execrationi est:execrantur uniuersi. Cõcione candidatorũ. In cõgregatione populi in creandis nouis magistratibus: quos iurare cogebãt in uerba legis agrariæ. Fecerint. Cãdidati. Aliter. q̃ decreuerit Cæsar. Ad quæ. Facta. Iuliis. Iurant se non aduersaturos illi legi tãq̃ a Cæsare lata esset. Laute. Scribẽdũ recte. Ne iuraret. Cãdidatos iurare cogebãt/se nõ obstituros cãpanæ legi/laterẽsis uir grauissimus Tribunatũ/ne iuraret/petere destitit. Sibi. Cæsari in Galliã profecturo. Libera legatio. Significat sibi duas legationes offerri/unã cũ Cæsare/aliam liberã/sibi placere liberã. Voti causa. Ad soluendũ uotũ/uel durãte ad uotũ meũ/& quãtũ mihi libuerit:uel ad electionẽ meã capessenda. Hæc. Legatio Cæsaris. Apud. Cõtra. Pudorẽ. Scribe furorẽ. Pulchelli. Clodii. Illa. Legatio uotiua uel potius Cæsariana. Munitior. Firmior ad pulchrũ frenandũ. Hãc teneo. Huic adhæreo uotiuę:uel habeo hanc castrensem si nolõ. Scit qsq̃. Quid sim facturus/animi mei ppositũ tego. Quidã codices habent:scio quidnã:subintellige sim facturus. prior lectio placet quoniã addidit. Sed nihil affirmo. Tu hoc sile bis. Statio. Gelius in calce quarti libri. Statius autem seruile nomen fuit. Pleriq; apud ueteres serui eo nomine fuerũt. Cecilius quoq; ille comœdiarũ poeta inclytus seruus fuit:& propterea nomẽ habuit Statius: unde manauit id falsum. Nam cum censor interrogaret quendã cur equũ haberet macrũ cum ĩpse curatior esset/respondit homo facetus/quoniã inquit ego me curo/equũ Statius meus seruus. Tu uellem. Nõnulli codices habẽt. Vt uellem ego/ut cupem. ut ponit pro quãtũ cũ admiratiõe suspẽsa/iuxta illud Propertianũ. Vt cadit amoro subito custode puella. Occallui. Obdurui. Inclamaro. Inuocauero.

Fusium clamoribus:& conuitiis:& sibilis consectantur. His ex rebus non spes:sed dolor est maior:cum uideas uoluratem ciuitatis sol utam:uirtutem alligatam:ac ne forte quæras κατὰ λεπτὸν de singulis rebus: uniuersa res eo est deducta: spes ut nulla sit: aliquando non modo priuatos:uerum etiam magistratus liberos fore. Attamen in oppressione: sermo in circulis duntaxat: & in conuiuiis est liberior: q̃ fuit. uincere icipit timorem dolor: sed ita: ut omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam campana lex execrationem in cõcione candidatorum si mentionem fecerint: quo aliter ager possideatur. ad quę: ut ex legibus Iuliis non dubitant iurare cæteri. Laterensis existimatur recte fecisse: quod Tri. ple. petere destitit: ne iuraret. Sed de Repu. non libet plura scribere. displiceo mihi: nec sine summo scribo dolore. me tueor: ut oppressis omnibus: non demisse: ut tantis rebus gestis: parum fortiter. A. C. Cæsare ualde liberaliter inuitor in legationem illam: sibi ut sim legatus: atq; libera legatio uoti causa datur. Sed hęc et præsidii apud furorem Pulchelli nõ habet satis: et a Fratris aduentu me ablegat: illa et munitior est: et non impedit: quo minus adsim: cũ uelim: et hanc ego teneo: sed usurum me nõ puto. Neq; tamen scit quisquam. non libet fugere. aueo pugnare. magna sunt hominum studia: sed nihil affirmo: tu hæc silebis. De Statio manumisso: & nonnullis aliis rebus angor equidẽ: sed iam prorsus occallui. Tu uellem ego: & cuperem: adesses: nec mihi consilium: nec consolatio deesset. sed ita te para: ut si inclamaro: aduoles. Vale.

Sibila. Legatio uotiua. Statius. Vt. Occalleo.

¶ Argumentum.

TVMVLTVARIA Epistola est. De fratre: fratris liberto Statio / postremo de Pompeio conqueritur.

¶Interpretatio.

INTENDVNTVR. Paratur: ostenduntur propter minas Clodii. Ouidius. Iam mihi tenduntur casses. uerbũ auctore Donato ab aucupibus tractũ. Sexcenta. Infiniti sunt aggeres curarũ huiusmodi/propter minas Clodianas. Ac mitto. Scribẽdũ. At mitto. Neq; tantũ. Statius peccauit in Pomponiã. non tantũ fortasse frater errauit quãtũ accusatur a Pomponia. His. Pomponiæ uel fratri Quinto. Doleo. Illos imutatos. Cætera. Me angũt.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MVlta me solicitant: et ex Reip. tanto motu: & ex his periculis: quæ mihi ipsi intẽduntur: & sexcenta sunt. sed mihi nil est molestius: quam Statiũ manumissum. nec meum imperium: omitto imperium: non simultatem meam uereri saltem? nec quid faciam: scio: neq; tantũ est in re: quãtus est sermo. Ego autem ne irasci possum quidem iis: quos ualde amo. tantum doleo: ac mirifice quidem. Cætera in magnis rebus. minæ Clodii: contentionesq;: quæ mihi proponuntur: modice me tãgunt: etenim uel subire eas uideor mihi summa cum dignitate: uel declinare nulla cũ molestia posse. dices fortasse dignitatis ἅλις τãquã δρυὸς. saluti: si me amas: consule. me miserum cur non ades? nihil te profecto præteriret. Ego fortasse τυφλότατος: & nimiũ τῷ καλῷ προσπέπονθα. scito nil unquam fuisse tam infame: tam turpe: tam deniq; omnibus generibus: ordinibus: ętatibus offensum: q̃ hunc statũ: qui nunc est: magis mehercule: q̃ uellem: non modo q̃ putaram. populares isti iam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in cœlo est: nec quare: scio/sed ita laudatur: quasi Vnus hõ nobis cũctãdo restituit rẽ. Põpeius nostri amore: quod mihi sũmo dolori est: ipse se afflixit. neminem tenet: uolũtate: an metu necesse sit iis uti: uereor. Ego aũt neq; pugno cũ illa causa ꝑpter illam amicitiã: neq; approbo: ne omnia improbem: quæ antea gessi. utor uia populi. sensus maxime in

In magnis rebus. Numerãtur a me. Reliqua collocãtur a me i numerũ eorũ: quæ me ualde torquent. Quę sint ista nõ tradit/fraterna peccata puto: aut insidias Clodianas minasue signiferis Põpeio & Cæsare. In me Clodii. Scribe. minæ. ἅλις δρυός. Satis quercus. affatim est honorũ. satis auctus es honoribus. satis uixisti. satis floruisti. satis q̃cus. i. satis uitę huius uel illius. ꝓuerbiũ apud græcos quod homines glãdibus uescebantur. Hortatur se Cicero ut relictis dignitatib. quãtũ splendore nimiũ coruscabat/& ambitione/appetituq; honorũ/trãseat ad tutiora cõsilia. Didymi uerba. Satis q̃rcus. De discendentib. ex trita uia ad meliora. platũ est prouerbiũ quod antiq̃tus hoies glandibus nutriti q̃rnis/deinde inuentis a Cerere meliorib. frugib. uictitarũt. huius simile ꝓuerbiũ. ἅλις δρυὸς βαλάνιζε. i. aliã q̃rcũ decute. Balanistas glãdarios uocabãt talẽ fructũ colligentes. Salutis. Iunge inferioribus: ac saluti scribe. Pręteriret. Tu cũcta ꝓuideres. τυφλώτω. Cęcutio. alii codices Typhlotatos habẽt: hoc ẽ cęcissimus & subintelligũt sum. τῷ καλῷ προσπέπονθα. Honesto afficior. Offensum. Odiosum: Populares. Pompeius: Cæsar: Fusius: ꝑsertim Pompeius. Lucanus. Nimiũ popularibus auris ĩpelli plausuq; sui gaudere theatri. In cęlo est. Laudatur/extollitur/de quo prouerbio suplus affatim. Vnus homo. Hoc Ennius ingenio maximus/arte rudis de Fabio dixerat: Vnus homo nobis cũctando restituit rem. Non ponebat. n. rumores ante salutem. Ergo postq; magisq; uiri nunc gloria claret. Nostri amore. Simulabat Pompeius se affligi de periculo Ciceroni iminente: uel amore nostri pro amore nostrum: ut ordinem nostrum teneat. Simulat se inire amicitiã cum Cæsare/ut eius acta confirmarentur a Senatu/& Senatum credens affligere: se perdidit.

Neminem tenet. A nullo ordine amatur. His uti. Cæsare & Crasso. Cum illa causa. Alii codices. in illa/Pompeii cum optimatibus. Synesius. Beneuolentia est potentissima ad corrũpendos calculos. Approbo. Voluntatem Pompeii ac consociationem. Omnia. Ad libertatem spectantia. Gessi. In consulatu. Sensus. Cuius populi sensus ac animus.

Satis q̃rcus

Balanistæ

Qua.
Dominus.
Diphilus.

Theatro. Sibilant.n.in Pompeium. Gladiatoribus. In ludis gladiatoriis. Qua. Partim. Liuius.ii.ab urbe condita. Qua suis quisq; qua totius ordinis uiribus. Plautus. Qua me/ qua seruum atrienlem. Dominus. Muneranus hoc est editor ludorũ/ ut dñs cõuiuii uocatur conuiuator.

Diphilus. Comicus poeta fuit: cuius Donatus meminit in Adelphis: atq; synapothniscõtes comœdiã edidisse. De eodem Priscianus & Aristophanis cõmentarius prodiderũt/ de quo Iuuenalẽ reor intellexisse. Aut Diphilus aut Alabandes. sup hoc Diphilo lege Ciceronẽ libro primo de oratore. duo fuerũt Diphili: alter medicus alter poeta. Virtutem. Beroaldus ueritatẽ scribit hoc est sententiã/ si tẽpus futurũ cõsideras: oraculo ueriorẽ. Inimico. Clodio. Plutarchus in uita Pompeii. Clodius sceleratorũ & impudicorũ hominũ multitudine septus: in edito loco sese collocat. Deinde sic rogat. Quis imparator impudicitia laborat: quis uir uirũ qrit: Quis uno digito caput scalpitlli: Pompeius: respondẽt. Lacydes rex & Pompeius dicti sunt digito caput scalpere. Si neq;. Diphilus prosequbatur cõtra Põpeiũ. Mores. Amor bonorum morum qualis in patritio esse debuit. Cogũt. Te abstistere a malo. Veniet tempus cũ grauiter gemes. Mortuo. Sedatis ac finitis acclamationib. in Diphilũ: uel nullo plausu/ fauore sepulto.

theatro: et spectaculis perspectus est: nã gladiatoriis qua dominus: qua aduocati sibilis conscissi. ludis Apollinaribus Diphilus Tragœdus in nostrum Põpeium petulanter inuectus est. nostra miseria tu es magnus: millies coactus est dicere eãdem uirtutem istam. ueniet tempus: cũ grauiter gemes. totius theatri clamore dixit: itẽq; cętera. Nam et eiusmodi sunt ii uersus: uti ab inimico Pompeii in tempus scripti esse uideãtur. Si neq; leges: neq; mores cogunt: & cętera magno cum fremitu: et clamore sunt dicta. Cęsar cum uenisset mortuo plausu: Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est: ut salua Rep. Pompeio plaudi solebat. Tulit Cæsar grauiter: literæ Capuã ad Pompeium uolare dicebantur. Inimici erãt equitibus: qui Curioni stantes plauserant. Hostes omnibus: Rosciæ legi etiam frumentariæ minitabantur. sane res erat perturbata. Equidem malueram: quod erat susceptum ab illis silẽtio transire: sed uereor: ne non liceat. non ferũt homines: quod uidetur esse tamen ferẽdum. Sed est iam una uox omnium magis odio firmata: quã præsidio. Noster autem Publius mihi minitatur. inimicus est. impendet negociũ: ad quod. s. tu aduolabis. uideor mihi nostrũ illum consularem exercitum bonorum omnium: etiam satis bonorum habere firmissimum. Pompeius significat studium erga me nõ mediocre: idem affirmat uerbũ de me illũ non esse facturũ: in quo nõ me ille fallit: sed ipse fallitur. Cosconio mortuo: sum in eius locũ īuitatus: id erat uocari ĩ locũ mortui: nil me turpius apud hoĩes fuisset: neq; uero ad istã ipsam ἀσφαλιαν quicq̃ alienius. sunt.n. illi apud bonos inuidiosi. ego apud improbos meã retinuissem inuidiã: alienã assumpsissem. Cæsar me sibi uellet esse legatum. honestior hæc declinatio periculi: sed ego hoc non

Susceptũ.

Susceptum. Incohatũ/ uel susceptũ hoc est irritatũ: incensum. Maro primo Aeneid. Suscepitq; ignem foliis. uoluit significare ultionem paran/ nec hanc causam hic posse residere. Illis. Inuidis Pompeii/ Curione ac cæteris.

Transire. Scribendũ transiri.

Homines. Senatores & optimates: qui uitia pompeiana: non Pompeium oderant. Iuxta sententiam Theognis in hęc uerba. οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι. Nõ odisse queo: & amare non possum. Non ferunt. Ferre Tyrãnidem non possunt:

Vna uox. Optimatum. Pupilus. Clodius. Impendet negocium. Imminet mihi molestia.

Satis Bonorum. Mediocriter bonorum. Illum non esse facturum Clodium/ Alii contendunt scribendum illum ac ad Clodium referendum. Cosconio. Quinqueuiro: immo uiginti uiro ut ex Suetonio supra. Quintilianus libro duodecimo. Actus nobilissime consulatus: integerrime prouincia administrata/ & repudiatus uigintiuiratus. Id erat.

Asphalia.

In locum huius: quem oderant omnes. Homines. Alii scribunt omnes. Ἀσφάλειαν. Munimen: securitatem. Illi. Quinqueuiri. Improbos. Clodianos. Alienam. Illud omne odium quo Cosconius laborabat in me uersum fuisset. Honestior. Legatio.

Pugnare.Cũ Clodio dimicare nõ mõ cõtẽdere. Hoc opinor.Nisi fallor hoc supest. Ἀκκιζόμεθα. Tergiuersamur & dissimulamus.Acco fuit anicula his moribus.ut ea q̃ ualde cupiebat/recusaret. uñ dissimulatio recusandi q̃ ualde cupimus/dicitur Accismus. Lucianus in dialogo de mercede seruiẽtib. ὁ δὲ ἀκκιζόμενος ἅπαντε παρὰ σοῦ δὲ ἐγώ.At ille Accissans/aufer inqt.Ego ne abs te?Idẽ i dialogo q inscribit̃ erotes.Oi:inqt :sublato Accismo.i.dissimulãtia . Ferũt hãc Acco adeo fuisse delirã ut i speculo cũ imagine sua/tãq̃ cũ se ipa loqret̃:uñ cũ p deliramẽtũ aliqd facere significare uolebãt / accissare dicebãt.

Acco. Accismus. Accissare.

repudio. Quid ergo est?pugnare malo:nil tamẽ certi. iterum dico:utinam adesses:sed tamen : si erit necesse:arcessemus. Quid aliud?quid?hoc opinor. certi sumus perisse omnia. Quid enim ἀκκιζόμεθα tã diu?Sed hæc scripsi properans:et mehercule timide. Posthac ad te:aut si per fidelẽ habebo:cui dem : scribam omnia plane:aut si obscure scribam : tu tamen intelliges. In his epistolis me Læliũ : te Furiũ faciã. cætera erunt ἐν ἀινίγμασι. hoc Cæciliũ colimus/ & obseruamus diligẽter. Edicta Bibuli audio ad te missa. ardet dolore:& ira noster Põpeius. Vale.

Post hac ad te aut.Scribe.post hac aũt ad te si perfidelẽ. Habeo.Legendũ habebo. Ἐν αἰνίγμασι. Aenigmatica/i ænigmate. Hoc Ceciliũ.Hic scribe .i.Romæ.De auũculo Titi Cecilio fœneratore itelligit. Edicta.Idest Cæsarẽ quæ alibi uocat Archilochia/maledica uidelicet & æschrologa/etiam in Pompeium.

Argumentum.

POMPEIO Plane nõ confidit/Ceciliũ obseruat / Bibuli edictis applaudit. Clodius adhuc piculum denũtiat/Pompeius satisdat pro Clodio.obscurabit in posterũ stylũ ne charta eũ pdat. Singuli gemunt: ac tyrãnos detestãtur/medicina tamen morbo nulla adhibet̃. hęc quo eruptura sint timet. nomen suũ mutabit Cicero/ neq̧ suo utet̃ chirographo:neq̧ signo.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ANicato:ut te uelle intellexerã:nullo loco defui. Numestium ex literis tuis studiose scriptis:libenter in amicitiã recepi. Cęcilium quibus rebus possum tueor diligenter . Varro satisfacit nobis . Pompeius amat nos:charosque habet. Credis? Inquies credo: prorsus mihi persuadet. sed quia : ut uideo : pragmatici homines omnibus Historicis præceptis :

Interpretatio.

ANICATO . Anicati nominis insolẽtiam nõnulli auersati/ cõtendunt Annio Cato legendũ. Annius nomen ẽ Romanũ/ saltẽ etruscũ. Catos & corculos cognomina prudẽtiæ fuisse Plinius lib.na.histo.vii.testatur. Nullo loco. Nullo tẽpore: nulla occasione. Satisfacit. Redamat/uices in amore reddit. Pragmatici. Oratores & causidici/negotiorũ & actionũ ministri.πρᾶγμα negotiũ ac molestia.Cicero p° de oratore.Itaq̧ illi disertissimi hoies ministros hñt i causis iurispitos/cũ ipsi sint pitissimi/& q pragmatici uocant̃.Pragmaticæ actiones & negocia/Seruius vi.aen.Pleriq̧ de his singulis libris itegras scripserũt pragmatias. Idẽ tradit Suidas citãs Dinarchum/& subdit.πραγματεία πολυπραγμοσύνη. Quintilianus lib.xii. Neq̧ ego sum nostri moris ignarus/oblitusue eorũ q uelut ad arculas sedẽt/& tela agẽtib. sũministrant.neq̧ idẽ græcos quoq̧ nescio factitasse/unde nomen his pragmaticorũ datũ est. Sed qm̃ Dinarchus pragmatiã ait eẽ Polypragmosynen/uidẽdũ obiter qd sit Polypragmosyne/i qua uoce enucleãda Gelius ẽ hallucinatus.sup qua re Merulæ uiri doctissimi i Philippũ Beroaldũ uerba ponã:qm̃ rara res ẽ & iter Georgii fragmẽta a me uix & difficulter eruta:Subscribã igit̃ uerba merulæ.Locutus ẽ hic noster intra spem ueniæ:nescio an uolẽs an magis nescius.Leuat culpã erroris Gelius:q̃re subignoscamus.Dicet aliqs:Nũqd tu Merula nostra tẽpestate plus in pegrina lingua q̃ Gelius?De hoc uiderint alii.Illud mihi adiumo hac in dictione plus q̃ Geliũ nouisse.Nã/qd' cũ bona illius gratia dixerim:i eo lib. Plutarchus nõ deterret nos ab auaritia : pmiscuaq̧ eiusmodi & nõ necessaria rerũ cognitiõe & petitiõe:neq̧ itẽ πολυπραγμοσύνη, ut q a Plutarcho dissentiebãt:ẽ curiositas ad negocia capessenda:& ad res plurimas obeũdas cũ industria & celeritate. Non uiderunt utiq̧ libellũ/sed inscriptione cõtenti quæ in fronte erat legerunt/introspicere & diligentius intueri/qd philosophus tractaret/neglexerũt:& quos accuset non inspexere.In eos inuehitur/qui aliorum uitia secundum Horatii sententiam:acute inspiciunt:sua uero contemnunt, Quod genus

Pragmatici. Pragmaticę Polypragmosyne qd cõtra Geliũ.

hominũ pniciosissimũ & pessimũ. Hęc.n.latine est ipsius auctoris definitio: Amor quidã p discẽdi aliorũ uitia est polypragmosyne: sua uero despicere. Rõnibus & exemplis q̃ graue illud sit uitiũ: uitæq; obsit, tam curiose in uitiis alienis operã insumere: dissimulare uero quid in se uitiosum sit & castigatione indigeat: constat. Sed domũ reuertamur. Imparot Augustinus Mutiano rescribit, ne quis monopoliũ exerceat, & si rescripto principis aut pragmatica sanctione elicitũ sit, ubi pragmaticã sanctionem legem uocat, quæ est tantũ in usu, ut nũc apud gallos qua rex cui libebat beneficia dispẽsabat sine auctoritate põtificis.

Pragmatica sanctio.

uersibus deniq; cauere iubent: & uetant credere. Alterũ facio: ut caueã: alterũ: ut nõ credam: facere non possum. Clodius mihi adhuc denũtiat periculum. Pompeius affirmat: non esse periculũ. adiurat: addit etiam se prius occisum iri ab eo: quam me uiolatum iri. tractatur res simul. et: siquid erit certi: scribam ad te. si erit pugnandum: arcessam ad societatem laboris: si quies dabitur: ab Amalthea te non commouebo. De Repu. breuiter ad te scribam. iam enim: charta ipsa ne nos prodat: pertimesco. Itaque posthac: si erunt mihi plura ad te scribẽda: ἀλληγορίαις obscurabo. Nũc quidem nouo quodã morbo ciuitas moritur: ut cum omnes ea: quæ sunt acta: improbent: querantur: doleant: uarietas in re nulla sit: aperteq; loquantur: et iam clare gemãt: tamen medicina nulla affertur. neq; enim resisti sine internectione posse arbitramur. nec uidemus: qui finis cedendi præter exitium futurus sit. Bibulus hominũ admiratione: & beneuolentia in cœlo est. edicta eius: et conciones describunt: & legũt. nouo quodã genere in summã gloriã ꝑuenit. populare nũc tam nil est: q̃ odiũ popularium. Hæc quo eruptura sint: timeo: sed, si dispicere quid cœpero: scribã ad te apertius. tu, si me amas tãtũ: quantũ profecto amas: expeditus facito: ut sis, si inclamaro: ut accurras. sed do operã: et dabo: ne sit necesse. Quod scripserã te Furiũ scripturũ: nil necesse est tuũ nomen mutare. me faciã Læliũ: & te Atticũ: neq; utar meo chirographo: neq; signo: si modo erunt eiusmodi literæ: quas in alienum incidere nolim. Diodorus mortuus est: reliqt nobis HS fortasse centies. Comitia Bibulus cũ Archilochio edicto

Versib. Sẽtẽtiis Epicharmi aliorũq; uatum. Denũtiat. Indicit bellũ piculosum. Occisum iri. Fore ut occidatur. Ciceroni nõ secus ac bonis omnibus data sunt uerba ut inermẽ & incautũ aggrederentur. Violatũ iri. Fore ut uiolet. Certe. Lege certi. De re. Scribe de Republica.

Charta. Epistola. Nos. Secreta nostra. Prodat. Detegat.

Allegoriæ.

Ἀλληγορίαις. Inuersionib. qñ aliud dicimus, aliud intelligitur. Allegoria inquit Suidas uel metaphora. Et cum omnes. Alii codices habẽt, ui cũ. Varietas in re. In appellatione tyrãnidis. sentiũt oẽs esse tyrãnidem. Internetione. Vniuersa ruina. Inter: auctore Donato: est auctiua particula adeo ut nõ pro mediocri significatiõe sit, sed qua maiorem habere nõ põt, ut internectus, intereeptus. Hyginus. Demiphon quidẽ cũ regnaret, incidit eorũ finibus repentina uastitas, & ciuiũ internetio mirãda. Creber est Liuius ut dicat. Samnites deleti fuerũt ad internetionẽ, hoc est ad extremã cladẽ. Plautus in Amphitryõe. Duello extincto maximo, atq; internectis hostibus. Exitiũ. Iacturã libertatis, uates fuit.

Internetio.

Edicta. Collega Cæsaris Bibulus expulsus foro seditione Cæsaris per edicta obnuntiabat & obloquebatur. Describũt. Exscribunt, transcribunt. Sed illud ẽ latinius. Liuius exscripta pro descripta ait. Nouo genere. Nouo artificio populares insectando, nihil agendo, fugiendo ut parthus, acerrime pugnat Bibulus.

Describere

Populate. Gratũ populo. Dispicere. Pręsagire. Quid. Aliquem exitũ harũ rerum. Scripturum. Alii codices habent futurũ, si placet scripturũ expone, me scripturũ te. Chirographo. Manu. Eiusmodi. De secretis scriptę. De Diodoro stoico intelligit: qui obiit apud. M. Tullium: eiusq; ꝓceptor fuit, cuius idem meminit in Bruto. Archilochio. Rabioso, maledico, turpitudine uerborũ ꝑscatente. Archilochus poeta iambicus, de quo Horatius in arte poetica.

Chirographũ. Diodorus stoicus. Archilochiũ.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Hic Lycamben socerum, a quo fuerat repudiatus, eiusq; filiam maledicis uersibus insectatus ad laqueum compulit. In prouocantes maledicos & natura dicaces iactari solet. Archilochum calcas.

Archilochũ calcas.

Fuit Lacedæmonius. Floruit regnãte Romæ Hoſtilio Rege/unde Horatius. Spõſusq; Lycambæ gener. Cicero infra. Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt iucũda/ut eum locũ in quo proponũtur/ꝑ multitudine eorũ q legũt/trãſire neqamus. Scribit Euſebius quod Archias a quo occiſus eſt Archilochus/de quo Plinius libro .vii. nar. hiſto. ab Apolline tẽplo faceſſere iuſſus eſt. Quidã a Calonda cui cognomentũ corax fuit/quem Pyrhia templo excluſit/mox ueniã impetrauit: cũ Theleſicliæ pueri placaſſet manes: & numinis hoc pacto irã declinatam. αἰσχροεπὲς καὶ τὸ κακολόγ᾽ ῥεῦμα: hoc eſt oſcena maledicaq; lingua: poetam alias inſignem dedecorãt: ſumma in hoc uis elocutionis/cũ ualidę/tũ breues/uibrãteſq; ſentẽtiæ/plurimũ ſanguinis atq; neruorũ/Quintilianus lib.x. In ante diẽ. Propertius. Hic dominã exẽplo ponat in ante meã. Iubio. In aliis exemplaribus eſt Vibio. de quo Quintilianus hęc lib.x. Vibius Criſpus cõpoſitus & iucũdus/& delectatiõi natus: priuatis tñ cauſis q̃ publicis melior. Libros. Alexandrũ. Poeta. Alexander. Ineptus. Inferius in epl'a q̃ incipit/q̃ uellẽ Romæ manſiſſes ſic de eodem poeta. Negligens homo & nõ bonus poeta. Scit nihil. Quidam codices habent: nec tamen ſcit nihil. Iuxta eam ſententiã Plinianã. Nullus liber adeo malus/quin aliqua parte ꝓdeſſe poſſit. Deſcribo. Tranſcribo.

in ante diem. XV. Calen. Nouemb. diſtulit. a Vibio libros accepi. poeta ineptus: nec tamen ſcit nihil: ſed eſt non inutilis. deſcribo: & remitto. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Repu. quid ego tibi ſubtiliter ſcribã? tota periit: atq; hoc eſt miſerior: q̃ reliquiſti: quod tum uidebatur eiuſmodi dominatio ciuitatem oppreſſiſſe: quæ iucunda eſſet multitudini: bonis autem ita moleſta: ut tamen ſine pernicie. nũc repente tanto in odio eſt omnibus: ut quorſum eruptura ſit: horreamus. nam iracũdiam: atq; intemperantiam illorum ſumus experti: qui Catoni irati: omnia perdiderũt. ſed ita lenibus uti uidebantur uenenis: ut poſſe uideremur ſine dolore interire. nunc uero ſibilis uulgi: ſermonibus honeſtorũ: fremitu Italiæ uereor: ne exarſerit. Equidem ſperabam: ut ſæpe etiam tecum loqui ſolebam: ſic orbem Reip. eſſe conuerſum: ut uix ſonitum audire: uix impreſſam orbitã uidere poſſemus: & fuiſſet ita: ſi homines tranſitum tẽpeſtatis expectare potuiſſent. ſed cum diu occulte ſuſpiraſſent: poſtea iã gemere: ad extremum uero loqui omnes: & clamare cœperunt. Itaq; ille noſter amicus inſolens infamię: ſemper in laude uerſatus: circũfluens gloria: deformatus corpore: fractus animo: quo ſe cõferat neſcit. progreſſum præcipitem: incõſtantem reditũ uidet: bonos inimicos habet: improbos ipſos nõ amicos.

¶ Argumentũ.

REMPV. Periiſſe funditus ꝓpter ordinũ diſcordiã/in magnoq; odio & incredibili inuidia Põpeiũ uerſari ait. M. Cicero. Tyrãni odio Catonis/cõſciſſi ſibilis exarſerũt ut oĩa ꝑdere geſtiãt. Magni incõſtãtiã declarat: qui quo ſe cõferat neſcit: ẽt ſibi diſplicẽs. Edictis bibuli mordacib. ꝯtabeſcit: Timet Cicero ne irritatus Pomp. iracũdiæ pareat. Bibulus admirabili ẽ gloria: Cæſar in Bibulũ dicturus uerbũ ꝑ reclamãtes exprimere nõ potuit. Ad reſiſtẽdũ Clodio ſe parat. Sꝑat ſine moleſtia ſaltẽ eẽ diſceſſurũ.

¶ Interpretatio.

HOC. Eo magis. Quæ. Dominatio. Sine pernicie. Foret euaſura. Eruptura. Hæc odia. Tẽperantiã. Scribendũ intemꝑantiã. Irati. Vt eqtes quia uectigaliũ remiſſionem non admiſerat. Videbantur. Equites & Tyrãni. Lenibus. Hauſtu ſuauibus. Fremitu. Excãdeſcentia: ſtomacho in eos. Exarſerint. Excãduerint. Orbem. Status Reip. curſum. eſt metaphora a rota deducta. Impꝛ̃ſſam. Humi infixã. Virgilius. Iuuat ire iugis qua nulla priorũ Caſtaliã molli diuertitur orbita cliuo. Papinius lib.x. Thebaidos. Et reſupinarũ patet orbita lõga comarũ. Tranſitũ. Finẽ uel effectũ turbatæ Reip. Si hoies. Romani potuiſſent ęquo aio pati. Inſolẽs iſamię. Inſolitus iſamiã audire: Apuleius i p° Apologetico. Laudis aſſuetudine cõtumeliæ iſolẽs. Circũfluẽs. Abũdãs. Progreſſũ. Ad amicitiã Cęſaris acceſſum temerariũ. Progredimur uolũtarie. Labimur icaute & temere. minus ẽ ꝓgredi q̃ labi. Bonos. Optimates.

Archias.

Locus Plinii.

Calondas corax.

In ante diẽ.

Orbita.

Ac uide. Melius. At uide. Molliciem. Teneritudinē. Animi. Mei. De edictis. Querentem. Vt. Quantū. Crasso. Qui Pompeiū oderat ex cōsulatu discordia magna administrato.

Non item. Sic emendandū. nō pariter gratū. Deciderat. Pompeius. Lapsus potius q̄ progressus. Nō retraxerat se: quod honeste & cum gloria multi factitare solent. imo miseratur Pomp. prolapsum nō progressum. quoniā qui progreditur: prudens delinquit. Qui labitur incaute cadit. Plus ergo in malo qui progreditur peccat/ quoniā cautus & prudens peccat/ uel lapsus ē hęrendo Cęsari/ nō progressus ad honorē.

Progredi.
Labi.

at uide molliciem animi nō tenui lacrimas: cum illū ante. VIII. Cal. Sextil. uidi de edictis Bibuli cōcionantem: qui ante solitus esset iactare se magnificentissime illo ī loco: summo cum amore populi cūctis fauentibus. ut ille tum humilis. ut demissus erat. ut ipse etiam sibi: non iis solum: qui aderant: displicebat. O spectaculum uni Crasso iucundum: cæteris non item. nam: quia deciderat ex astris: lapsus potius: quam progressus uidebatur. Et ut Apelles: si Venerem: aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum uideret: magnum credo

Significat hęrere Cæsari. Pomp. fuisse cadere/ nō progredi ad honorē. Apelles. Auctore Plinio libro. xxxv. pictores omnes prius genitos: futurosq; postea superauit/ eousq; olympiade centesima duodecima ī pictura prouectus/ ut plura solus prope q̄ cæteri oēs contulerit. Venerē huius exeuntē e mari Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cęsaris: quę Anadyomene uocatur uersibus græcis/ tali opere dum laudatur uicto. sed illustrato. Huius. n. inferiorē partē corruptā qui reficeret non poterat inueniri. Verum ipsa iniuria cessit in gloriā artifici. Consenuit hæc tabula carie. Idem incohauerat aliam uenerem cois: superaturus suā etiā illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec quis succederet operi ad pscripta lineamēta inuentus est. Cicero intelligit de uenere Anadyomene. i. refugiente & recusante ulterius in mare uersari. Ouidius.

Apelles.
Anadyomene.

Vt Venus artificis labor est & gloria Coi/
Aequoreo madidas quæ legit hymbre comas.

Super hac Anadyomenē græcū extat expigrāma festiuū & amœnū: loquitur mars; quod nos latinū ita fecimus. Inuideo uobis supi: spectacula fœda Vincula riualis me tolerasse dei. Et tibi nōs. quid enim felicius: alma nitorū Si capit amplexus mater amata tuos. Mars nūq̄ cuperet uulcania uincula solui Coa Venus si fit hæc anadyomene. Protogenes. Patria cui Caunus gentis Rhodiis subiectæ. Sūma paupertas initio: artisq; summa intētio: & ideo minor fertilitas. Et dignationē auxit Apelles fingendo emere eius tabulas ut pro suis uenderet. Sordebat ille suis ut plerūq; domestica. Dicebat Apelles protogeni omnia esse secū paria aut fortasse meliora: se uno superiorem esse quod sciret tollere manū de tabula: memorabili exēplo nocere sæpe nimiā diligentiam. Auctor Plinius libro na. histo. xxxv. Ialysum. Plinius eodē libro. Palmā habet tabularū eius Ialysus: qui est usq; hodie Romæ dicatus in templo pacis: quē cum pingeret traditur madidis lupinis uixisse: quoniā simul famem sustinerent & sitim: ne sensus nimia dulcedine obstruerentur. Huic picturæ quater colorem induxit contra subsidia iniuriæ & uetustatis: ut decedēte superiore: inferior succederet. Ialysus: ut colligo ex Pindaro: fuit genius rhodiorum ex sole & nympha Rhodo genitus. Verba Pindari in Olympionica/ quæ inscribitur pro diagora Rhodio pugile sunt hæc: latinitate tamen obiter donata. Pullulauit ex mari humido insula: habetq; eam acutorum genitor Radiorū/ pater ignem spirantiū princeps equorum. Vbi Rhodo olim mistus peperit septem sapienētissimas cogitationes in prioribus uiris: qui ostenderunt filios: quorum unus quidem Camirū: per honorificūq; Ialysum peperit: Lindumq;. Cicero de perfecto genere dicendi. Sed ne opifices quidem se artibus suis remouerūt: qui aut Ialysi: quem Rhodi uidimus: non potuerunt pulchritudinem imitari. M. Tullius. vi. in uerrem actione. Quid arbitramini rheginos: qui iam ciues Romani sunt: mereri uelle/ ut ab his marmorea uenus illa ne auferatur. Quid Tarentinos ut ne Europam in Tauro sedentem amittant: aut satyrum qui apud illos in æde uestæ est? Quid Thespienses ut cupidinis signū: pp quod unū uisuntur Thespiæ? Quid gnydios ut uenerem marmoreā? Quid ut pictā Coos? Quid ephesios ut Alexādrū? Quid Cizycenos ut Alaeem & Medeā? Quid Rhodios ut Ialysum? Quid Atheniēses ut ex marmore Iacchū aut Parrhalū pictum aut ex ære Myronis bucculā? Plinius lib. v. nat. hist. Sed pulcherrima & libera Rhodos circuitu. cxxx. M. passuū habitata urbibus/ Lindo/ Camyro: Ialyso: nunc Rhodo. Rhodos igit antiquus dicebat Ialysos.

Protogenes.
Ialysus.
Camirus.

Accipere. Scribendū accipet. Hūc. Pompeiū. Clodianū negociū. Adoptionē: Traductionem ad plebem/ quoniā ope Pompeii Clodius Tribunus factus erat. Exhauriri. Euacuari: tolli. Ipsa. Scribendū ipsi hoc est Pōpeio. Tam uehemens. Subintellige/ne. Vt nūc. Pro tēpore. Ad Bibulū. Scribe. In Bibulum. Vocem. Cōtra Bibulū. Exprimere. Elicere. Sentiunt. Tyrāni. Vllius partis. Vllius ciuilis ordinis. Tenere. Gratos eē nulli ordini se Tyrāni sentiūt. Vis. Ne Pompeius uiolenter agat. Illud. Statutū nobis/ uel legas istuc hoc est Romā. Ad tempus. Idoneū pugnæ Clodianæ. Satisfacit. Reddit in amore uices. Sicyoniis. An ab eis pecuniam exegeris. Olfeci naturam Attici fuisse frugi/ tāta est in re nūmaria sollicitudo ne dicam anxietas: & licet Antonio profugoq; Ciceroni multam obtulerit pecuniariā summā/ nūq; amicos deseruerit naufragos/ est tamen animaduertere aliquid inhiantis ad patrimoniū animi/ qualis fuit i Deiotaro rege: quem spoliatum Armenia prouincia Cęsar & amicum reliquit & Regem. Nescio enim qua nouercātis naturæ malignitate auaritia/ corpora circęis effœminat actius herbis/ Aur. n. auctore Chrysostomo humanos aīos effœminat. Aurū potētissimū est corrūpe calculos. Aurū p medios ire satellites: & perrūpere amat saxa potētius ictu fulmineo: ut umber olor dulci nęnia ita cecinerit. Auro pulsa fides/ auro uenalia iura: Aurū lex seqt: & Ouidius. Aurea sunt uere nūc secula plurimus auro. Venit honos. Auro conciliatur amor.

accipet dolorē: sic ego hūc oībus a me pictū: & politū artis coloribus subito deformatū: nō sine magno dolore uidi. quāquā nemo putabat propter Clodianū negociū: me illi amicū esse debere. tamen tantus fuit amor: ut exhauriri nulla posset iniuria. Itaq; Archilochia in illū edicta Bibuli populo ita sunt iucūda: ut eū locū: ubi proponūtur: ptæ multitudine eorū: qui legūt: trāsire nequeamus: ipsi ita acerba: ut tabescat dolore: mihi mehercule molesta: & q eū: quē semp dileximus: excruciāt. Et timeo: tam uehemēs uir: tāq; acer in foro: & tā insuetus cōtumeliæ: ne oī animi impetu dolori: & iracūdiæ pareat. Bibuli qui sit exitus futurus: nescio. ut nūc sese hēt: admirabili gloria ē. q cū Comitia in mēsem Octob. distulisset: quod solet ea res populi uolūtatē offendere: putarat Cęsar orōne sua posse impelli concionem: ut iret in Bibulū. multa cū seditiosissime diceret: uocē exprimere nō potuit. Quid quæris? sentiūt se nullā ullius partis uolūtatē tenere: eo magis uis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompeius cōfirmat eū nil esse facturū cōtra me. mihi piculosum ē credere: ad resistēdū me paro. studia spero me summa habiturū omniū ordinū: te cū ego desidero: tum uero res ad tēpus illud uocat. plurimū cōsilii: animi: præsidii denicq; mihi: si te ad tps uidero: accesserit. Varro satis mihi facit. Pōpeius loqtur diuinitus: spero nos aut certe cum summa gloria: aut etiā sine molestia eē discessurus. tu quid agas: quēadmodū te oblectes: quid cū Sicyoniis egens: ut sciā cura. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vam uellē Romę mãsisses: quod egisses profecto: si hæc fore putassemus. nā Pulchellū nostrū facillime teneremus: aut certe quid esset facturus: scire possemus. nūc se res sic hēt. uolitat: furit: nil hēt certi: multis denūciat. quod sors obtulerit: id acturus uidet. Cū uidet quo sit i odio status hic rerū: ī eos: q hæc egerūt: impetū facturus uidetur. cum autem rursus

Argumentum.

INVITAT Atticū in urbem denūtiante Clodio bellū/ ut eius consilio saluberrimo uti possit: Pompeiiq; dissimulatio apertissime patet: qui de uerbis Clodii Ciceronē optime spare iubebat/ ac alieno corio ludebat. uerba dabat.

Interpretatio.

PROFECTO. Codices Aldini retinent sic. Quod egisses profecto. nostri. Quod profecto factū eēt. Teneremus. Ligatum haberemus ne in nos posset incurreret uel teneremus hoc est non ignoraremus uoluntatem eius. Volitat. Cursitat: discurrit incassum. Denūtiat. Bellū idicit. Status hic. Resp. a Tyrānis oppssa.

Opes. Subintellige eorum. Cum hoc egit. Tractauit: conuenit: collocutus est. Cum diceret. Dicens. Procrearetur. Suscitaretur. Se. Scribendum/sed. Recepisse fidem. Habere pignus datæ fidei a Pompeio. Ipsum. Se ipsum Pompeium. Appium. Recepisse fidem a Clodio de causa mea. Laturum. Aegre passurum Pompeium. Manus dedisse. Herbam dedisse: confessum se cędere: uictum se esse. Ouid. Scribe: dabit uictas ferreus ille manus. Ille. Clodius.

Manus dare.

Quod si non faceret. Et si blande loqueretur. Ei. Clodio. Attingemus. Alii codices habent: attingimus. In uulgus. Populare uiic est reges odisse superbos/qui cum essent Lupi/Pastores se fingebant. Expedita. Explicata. Varronē. Cõlobrinum nostrum. Vrgente. Varronem acriter hortãte. Publio. Clodio. Elici. Electari/telciri.

Multa etiam. Aposiopesis/ecclepsis. surgent uel quid tale/quibus tu remedium adhibere poteris. uel dicas esse anantopodeton figuram de qua supra. Ad omnia. Nõ modo ad singula. Tamen est. Modus loquendi Ciceronianus/hoc est/summa/caput & articulus rei in eo uertitur.

Tantũ est.

In eo. Cardine & articulo. Si anteq̃. Si ueneris saltem. Ille. Clodius. Magistratum. Tribunatum. Puto Pompeium. Forte in nostra causa ardentiorem.

Crasso. Qui auctore Plutarcho Ciceronem iouebat propter filium. Per βοώπιδα. Pisonem. ab oculis bouinis. Ex illo ipso. Lege. Aut ex illo ipõ Clodio uel Pompeio. Certe. Saltem. Sine errore. Hostiũ secreta cognoscemus ex hostib. nec errare poterimus. Hoc pcipuum ducebat Cęsar: multę naq; ex hostibus nostris cõmoditates capiuntur imo innumeræ: si modo quis oculo perspicaci mentis utatur. Lege aurei philosophi Cheronei opusculũ: in quo emolumẽta recenset/quæ consecuntur ex hostibus. Etiam sata non carent hac industria/ut sabulo & congestis saxis melior emergit rosa. Philippus Rex Macedonum dicebat se hostibus debere Atheniẽsibus: quorum maledictis experrectus melior euadebat.

opes: & uim exercitus recordatur: cõuertit se in nos. Nobis autẽ ipsis: tũ uim: tũ iudiciũ minitat̃. cũ hoc Põpeius egit: ut & ad me ipse referebat (aliũ.n. habeo neminem testem) uehemẽter egit: cũ diceret in summa se pfidiæ: & sceleris ĩfamia fore: si mihi periculũ procrearetur ab eo: quẽ ipse armasset: quẽ Plebeiũ fieri passus esset. sed fidẽ recepisse: & ipsum: & Appiũ de me. hãc si ille ñ seruaret: ita laturũ: ut oẽs intelligerẽt: nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Hæc in eam sententiam cũ multa dixisset: aiebat illũ primũ sane diu multa cõtra. ad extremũ autem manus dedisse: & affirmasse nil se cõtra eius uoluntatẽ esse facturũ: sed postea tamẽ ille nõ destitit de nobis asperrime loqui. quod si nõ faceret: tamẽ ei nihil crederemus: atq; oĩa: sicut facimus: pararemus. Nũc ita nos gerimus: ut in dies singulos: & studia in nos hominũ: & opes nostræ augeãtur. Rẽpub. nulla ex parte attingimus. in causis: atq; in illa opa nostra forensi: summa industria uersamur. quod egregie non modo iis: qui utũtur opera: sed etiã in uulgus gratũ esse sentimus. domus celebrabatur. occurritur. renouatur memoria cõsulatus. studia significãtur. ĩ eam spem adducimur: ut nobis ea cõtentio: quæ impendet: interdũ nõ fugienda uideatur. Nũc mihi & cõsiliis opus est tuis: & amore: & fide. quare aduola. expedita mihi erunt oĩa: si te habebo. Multa p Varronem nostrũ agi possunt: quæ te etiã urgente erũt firmiora. multa ab ipso Publio elici: multa cognosci: q̃ tibi occulta esse nõ poterũt. multa etiã: sed absurdum est singula explicare. cum ego te requiram ad omnia. Vnum illud tibi persuadeas uelim: omnia mihi fore explicata: si te uidero. sed tantum est in eo: si ante: quam ille ineat Magistratum. puto Põpeium Crasso urgente: si tu aderis: qui per βοώπιδα ex illo ipso intelligere: possis: qua fide ab illis agatur: nos aut sine molestia: aut certe sine errore futuros. precibus nostris: & cohortatione non indiges. quid mea uoluntas: quid tẽpus: quid rei magnitudo postulet: intelligis. De Repub. nihil habeo ad te scribere: nisi summũ odium omniũ hominum

In eos. Tyranũculos. Tenent omnia. Potiũtur rerũ. Facile sentias. Quod faciliter sciri po test. Aliquo eruptura. Aliquẽ malum, ac ꝑposterũ exitũ habitura. Alexandri. Vibii. Fuerunt multi Alexãdri. Fuit Alexãder Milesius polyhistor cognominatus: Libertus Lẽtuli: qui tempore Sullæ grãmaticam Romæ docuit. Domus incendio apud laurẽtes exanimatus: Suida teste. Fuit & Alexander Ephesius Lychnius cognomẽto. In oratoria celeber: Remp. tractauit, & historiam composuit: & poemata. Cõtinentes terras & cęli plagas descripsit auctore Strabone. Floruit & in

Alexandri.

Lychnius.

in eos: qui tenent omnia. mutationis tamen spes nulla. sed quod facile sentias: tædet ipsum Pompeium: uehementerq; pœnitet. nõ prouideo satis: quem exitum futurum putem. sed certo uidentur hæc aliquo eruptura. Libros Alexãdri negligentis hominis: & nõ boni poetæ: sed tamen nõ inutilis tibi remisi. Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam: & hominem grauem: & prudentem: et dignum tua cõmendatione cognoui. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NVnquã ante arbitror te epistolã meã legisse: nisi mea manu scriptã. ex eo colligere poteris quãta occupatiõe distinear: Nã: cũ uacui tẽporis nil haberẽ: & cũ recreandæ uoculæ causa necesse esset mihi ambulare: hæc dictaui ambulãs. Primũ igitur illud te scire uolo: Sãpsiceramũ nostrũ amicum uehemẽter sui status pœnitere: restituiq; in eum locũ cupere; ex quo decidit: dolorẽq; suũ impertire nobis: et medicinam interdũ apte q̃rere: quã ego possem iuenire nullam. Deinde oẽs illius partis authores: ac socios: ẽt nullo aduersario cõsenescere. Cõsensionẽ uniuersorũ: nec uolũtate: nec sermõe maiorẽ unquã fuisse. Nos autẽ: nã id te cupe certo scio: publicis cõsiliis nullis interfumus: totosq; nos ad forẽsem operã: laborẽq; cõtulimus. ex quo: quod facile intelligi possit: in cõmemoratione earũ rerũ: quas gessimus: desiderioq; uersamur. Sed Βοώπιδος nostri cõsanguineus nõ mediocreis terrores iacit: atq; denuntiat: et Sampsiceramo negat: cæteris præsefert: & ostentat. quam ob rem si me amas tantũ: quantũ profecto amas: si dormis: expergiscere. si stas: ingredere. si ingrederis: curre. si curris: aduolã. credibile nõ est: quantũ ego ĩ cõsiliis: & prudẽtia tua: quodq; maximũ est: quantum in amore: & fide ponam. Magnitudo rei longã orationem fortasse desiderat. coniunctio uero nostrorũ animorum breuitate contenta est. permagni nostra interest: te, si Comitiis nõ potueris: at declarato illo: esse Romæ. cura: ut ualeas mi suauissime Attice.

tragœdia Alexãder ętolus, Pleurone urbe oriũdus, inter Pleiadas cõnumeratus. Auctor quoq; Suidas. Alexãder quoq; Seleucenus magister epistolarum Antonini. Romę docuit & Athenis, cognomẽto Peleplato. Inter hos nõ puto habere locũ Alexandrũ Ciceronis negligentẽ hominẽ ac supinũ: cuiuimodi nomina reddit obscuriora cum hominum, tum seculorum ignauia.

❧ Argumentũ.

POMPEIVM Resipiscere, sed frustra dicit: ꝑgressum nimis incaute dolet: medicinam non inuenit. Clodius furit, minatur. Pomponiũ orat ut aduolet: ei cõtra pulchelli furorem opem laturus.

❧ Interꝑtatio.

EX EO. Quod hęc nõ est manu mea scripta. Voculæ. Vocis exiguæ: quæ ambulatione reficitur: quæ grauedine solet obolescere. Impartire. Cõmunicare. Nullam. Temporibus medicina ualet. nũc æger est depositus. Auctores. Fautores & capita. Cõsenescere. Vilescere: euanescere: ĩ desuetudinẽ ire. Vniuersorũ. Omnium ordinum contra tyrãnos. Cõmemorationem. Non egredimur memoriam magistratus consulatusq; nostri. Βοώπιδος. Pisonis, uel Hortensii, aut alterius Clodiani. Res est ænigmatica. Cõsanguineus. Cæsar uel Clodius. Sampsiceramo. Se de me aliquid facturũ. Præ se fert. Fronte indicat & uerbis tenus, factis procul. Si dormis.

Vocula.

Non memini me legisse energiam maiorem. Expergiscere. Excita te a sõno, unde expergitus & experrectus. Quod maximum ẽ. Quod caput est, & quod præcipuũ duco. At. saltem. Declarato. Clodio Tribuno.

¶ Argumentum.

INVITAT Eundem Pomponiũ ut omnem pernicitatẽ superans Romã accurrat: Clodium furere: ac ficas uenenaq́ sparsurum. De Vectio indice multa.

¶ Interpretatio.

EXITVS. Finis spatur comicus/ & fuisset si fides apud eos stetisset: in quibus esse debuit. Vectius. Tranqllus in Cæsare dictatore. Postremo in uniuersos diuersæ factionis Vectiũ inductũ pmis ut se de interenda Pompeio nece sollicitatũ a quibusdã profiteretur: productusq́ pro rostris auctores ex cõpacto nominauit. Sed uno atq́ altero frustra/ nec sine suspicione fraudis nominatis: despans tã pcipitis cõsilii euentũ/ interecepisse ueneno indicẽ creditur. Idẽ tradit Appianus in secundo ciuilium/ & Cicero in oratione cõtra Vatiniũ testem. Appiani uerba. Vectius uir popularis i medium ense nudato progreditur/ se a Bibulo Ciceroneq́ ac Catone missum profitetur: quo Cæsarẽ Pompeiũq́ interficeret. Ensem sibi a posthumio Bibuli lictore eẽ datũ. Scribendũ tamen est in Appiano. A Bibulo Curioneq́/ nec lictore sed scriba. Curio. Qui i tyrãnos inuehebatur. In sinu. In amore interiori. Sic Cicero ad Quintũ fratrẽ. Itaq́ Cæsar i sinu est neq́ discingor. Nam cariora i sinu ponimus/ unde natũ prouerbiũ/ neq́ fœmine neq́ sinui credẽdũ. qm̃ inde p icuriã deuolũtur iposita. Aut. Vt uulgatius loquar. Sibi. Vectio. Retulisse. Apuisse. Diu. Negauit. Iconstãtia facit reum suspectiorẽ. Fidẽ publicã. Vt parceretur ac pmitteret impunitas. Exposuit. Detexit. Manũ. Copiã. Hic Brutus. Scribat/ & Brutus. Cõscio patre. Repete uerbũ fuisse. Septimũ. Scribe septimiũ. Vectio defuisse. Credibile erat p ironiã. Dedisset? Interrogatiue. Electũ. Scribe relectũ. repudiatum est tanq̃ cõmentitium & falsum. Diei. Illius tẽporis. In quibusdam codicibus nõ est hęc dictio. In eo. Circa hunc articulum/ hanc partem. Consilium. Subintellige fuisse. In eo. Circa hanc partem coniurationis.

Vectius.

In sinu.

Sinui non credendũ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVAS Numestio Literas dedi. sic te his euocabã: ut nihil acrius: neq́ incitatius fieri posset. ad illam celeritatem adde etiam siquid potes: ac ne sis perturbatus. noui enim te: & non ignoro: quam sit amor oĩs solicitus: atq́ anxius. sed res est: ut spero: nõ tam exitu molesta: quam auditu. Vectius ille noster Index: Cæsari: ut perspicimus: pollicitus est: sese curaturũ: ut in aliquam suspitionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaq́ in sinu: atq́ in familiaritate adulescentis: et cum eo: ut res indicat: sępe congressus est. Rem in eum locum adduxit: ut diceret sibi certum esse cũ suis seruis in Pompeiũ impetum facere: eũq́ occidere. hoc Curio ad patrem detulit. ille ad Pompeium. res delata ad Senatũ est. introductus Vectius: primo negabat se unq̃ cum Curione retulisse: neq́ id sane diu: nam statim fidem publicam postulauit. reclamatum est. tũ exposuit manũ fuisse iuuentutis duce Curione: in qua Paulus initio fuisset. &. C. Cepio: et Brutus: et Lentulus Flaminis filius conscio patre. postea. C. Septimiũ scribam Bibuli pugionẽ sibi a Bibulo attulisse. quod totum irrisum est. Vectio pugionẽ defuisse: nisi ei Cos. dedisset: eoq́ magis id eiectum est: quod ad. III. Idib. Maii Bibulus Pompeium fecerat certiorem: ut caueret insidias: in quo ei Põpeius gratias egerat. introductus Curio filius: dixit ad ea: quæ Vectius dixerat: maximeq́ in eo tum quidẽ Vectius est reprehẽsus: quod dixerat adulescentũ cõsilium: ut in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompeiũ adorirẽtur: in eo principẽ Paulũ fuisse: quẽ cõstat eo tẽpore in Macedonia fuisse. Fit S.C. ut Vectius: quod cõfessus eẽt se cũ telo fuisse: in uincula coniiceretur: qui eũ emisisset: cõtra Rẽp. esse facturũ. Res erat i ea opinione: ut putarẽt id esse actũ: ut Vectius in foro cũ pugione: & itẽ serui eius comprehenderentur cum telis. deinde ille se diceret

Indicaturũ. Fecisset hoc Vectius ut dedita opa permisisset se in foro cõphẽdi cũ seruis/mox uolebat indicare nisi Curiones rem detulissent ad Senatũ. Rostra. Altiorem locũ. Suetonius in Cęsare dictatore. primo ꝑturæ die. Q. Catulũ de refectione Capitolii ad disquisitionem populi uocauit/promulgata rogatione: qua curationẽ eam in aliũ trãsferebat. Dixit. Vectius. Et q. Lege/ut qui. Illuc. In forũ: in rostra. Factus. Subornatus: ac fabricatus ad tyrãnorũ libidinẽ. Adspirare. Accedere: ꝑuenire/Cicero Trebatio. Ad quẽ cęteri pp occupationẽ adspirare non

Adspirare.

indicaturũ. Idq; ita actum esset: nisi Curiones rem ante ad Pompeiũ detulissent. tum. S.C. in concione recitatum est. postero autem die Cæsar: is: qui olim: cum prætor esset. Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere: Vectium in Rostra produxit: eumq; in loco constituit: quo Bibulo Cos. aspirare nõ liceret. hic ille omnia: quæ uoluit de Repu. dixit: ut qui illuc factus: institutusq; uenisset. Primum Cepionem de oratione sua sustulit: quẽ in Senatu acerrime nominarat: ut appareret noctem: & nocturnam deprecationem intercessisse. Deinde quos in Senatu ne tenuissima quidem suspitione attigerat: eos nominauit. Lucullum: a quo solitum esse ad se mitti. C. Fannium illum: qui in. P. Clodiũ subscripserat. L. Domitiũ: cuius domũ constitutã fuisse: unde eruptio fieret. me nõ nominauit. sed dixit consularẽ disertũ uicinũ Cos. sibi dixisse: Ahalam Seruiliũ aliquem: aut etiam Brutum opus esse reperiri. addidit ad extremum: cum iam dimissa concione reuocatus a

possũt. De oratore. Bellica laude adspirat ad Africanũ nemo põt. Augustinus de utilitate credẽdi ad honoratũ. Quo illi hoĩes exãgues corporib. sed crassi mentib. aspirare nõ possunt. In Tusculanis. Quo uita nõ adspirat beata. Quoniã obnũtiantẽ agrarię legi Bibulũ Cęsar armis foro expulerat/a quo rpte Bibulus se domi cõtinẽs ꝑ edicta tñ obnũtiabat. Institutus. Inductus. De oratiõe. Accusatione recẽti. Intercessisse. Interpositã fuisse. Attigerat. Primo sermõe. Eos. Prius ꝑteritos. Noiauit. Sermone secũdo. In. P. Clodiũ. Pollutarũ cerimoniarũ reũ. Subscripserat. Dicebãt subscribere causam & subscribere causæ. hoc erat per cõmẽdatiuũ casum/quãdo accusatores se in iudicio subscribebãt: ut si fuissent inuenti accusasse inique/talionis pœnã subirẽt: & nisi intra spatiũ trigita dierũ causam ꝓsecuti fuissent. Paulus de accusatorib. Itẽ subscribere debet is q dat libellũ/uel alius pro eo si literas nesciat/intra tẽpus. xxx. dierũ utiliũ & reliqua. Vlpianus dig. de accusationib. ꝑcedere debet in crimine subscriptio: quæ res adinuẽta est/ne facile qs ꝓsiliat ad accusandũ: cũ sciat inultã sibi accusationẽ nõ futurã. Pedianus. Subscripserũt Triario in Scaurũ. Q. Marius. L. Filius & . Q. Pacuuii fratres cognomine Claudii/q inqsitione in Sardiniã: itẽq; Corsicã insulas dies tricenos acceperũt. Deinde post paucos dies apud Considiũ quæstorẽ lege Plautia de ui subscriptione ea quod loca occupasset & cũ telo fuisset. Subscribere uero causam iudices solebãt/quod anteq̃ fieret cognosci nõ poterat. M. Tullius in orõne pro Cluẽtio. Vide igit iudices aiaduertisse Cẽsores/i iudices quosdã illius ꝯsilii Iuniani cũ istã ipsam causam subscriberẽt. Vlpianus de priuatis delictis. Tũc subscribere eũ crimen oportebat. Asconius. Cẽsores causam subscripserũt quod socios diripuerit: uñ subscriptores appellari a Cicerone in Verrẽ & subscriptio. Cicero Accusabat Aqliũ subscriptore Rutilio. Idẽ ad. Q. Fratrẽ. Gabiniũ nero cũ bonis subscriptorib. postulat. Pediani uerba. Subscriptores dicũtur q adiuuare accusatorẽ causidici solent: quos oportet submissius agere q̃ dicit ille/quẽ sequuntur. Per Epistigma subscriptionẽ iuriscõsulti intelligũt lib. vii. codicis his uerbis. Siue res eis per nos met ipsos/siue per procuratores ex epistalmate tñ nostro fuerunt assignatæ. Scribe epistigmate. Constitutã. Destinatã. Satyrus. Hic ubi nocturnæ Numa cõstituebat amicæ. Nominauit. Sed descripsit. Cõsuli. Cæsari in palatio. Alibi Cicero. Domus mea pluris est uicino Cæsare. Seruiliũ. Scribit Liuius lib. iii. ab urbe cõdita/qđ cũ fame populus Ro. laboraret/Sp. Melius eqs Ro. frumentũ populo sua impẽsa largitus ẽ: & ob id factũ cõcillata sibi plebe regnum affectãs a. C. Seruilio Ahala magro eqtũ iussu. Q. Cincinati dictatoris occisus ẽ. Titus Minutius index boue aurata donatus ẽ. Cicer. i orõne ad Põtifices. Sp. Melii regnũ appetẽtis domus ẽ cõplanata/ęqmeliũq; dicta: a quo oẽs hmõi ruinę ęqmelia. Locus erat hoc noie Romę. Liuius de secũdo punico bello. Romę fędum incẽdiũ. Solo adęquata oĩa inter salinas cũ ęquimelio: iugarioq; uico. Idem libro. viii. belli Macedonici. Substructionẽ super ęquimeliũ in Capitolio: & uiam sternendã a porta capena ad Martis ædem locarunt. Brutum. Qui Tarquinios expulit uiolata Lucretia.

Subscribere.

Subscriptores.

Epistigma.

Cõstituere.

Seruilius ahala.

Aequeliũ.

Vatinio fuisset: se audisse ex Curione his de rebus conscium esse Pisonem generum meum: &. M. Larensem. nunc reus erat apud Crassum diuitem. Vectius de ui: & cum esset damnatus: erat iudicium postulaturus. Quod si impetrasset: iudicia fore uidebantur. ea nos: ut pote qui nihil cōtemnere solemus: nō pertimescebamus. Hominū quidē summa erga nos studia significabātur. sed prorsus uitę tęder: ita sunt omnia omniū miseriarū plenissima. modo cædem timueramus: quā oratio fortissimi senis Quinti Confidii discusserat: ea: quam quotidie timere poteramus: subito exorta est. Quid quæris nil me infortunatius: & Catulo: cū splēdore uitæ: tum hoc tēpore. Nos tamen in iis etiam miseriis erecto animo: & minime perturbato sumus: honestissimeq; & dignitatē nostram magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura: & summā in nos beneuolentiam omni oratione significat te habere cōsiliorum authorē: solicitudinū sociū: omni in cogitatione cōiunctum cupio. Quare: ut Numestio mandaui: recū ut ageret: item atq; eo si potest acrius te rogo: ut plane ad nos aduoles: respiraro: si te uidero. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Cum aliquem apud te laudaro tuorū familiariū: uolam illū scire ex te me id fecisse: ut nuper me scis scripsisse ad te de Varrōis erga me officio: te ad me rescripsisse eā rē summæ tibi uoluptati esse. sed ego mallem ad illum scripsisses mihi illum satisfacere: mirabiliter enim moratus est: sicut nosti ἑλικτὰ καὶ οὐδέν.

Vatinio. Subseruiente cōsuli Cæsari/ ut res per ordinem dolosum succederet: Vectio nouo Sinone facto ad Tyrāni libidinē. Audisse. Retulit Vectius. Pisonem. Crassipedem. Reus. Vectius. Erat. Seruabatur. Diuitem. Cognomento. Crasso mox cuidam ad paupertatem redacto cognomen superbū obiiciebatur. De ui. Quoniā cū telo est reptus. Titulus est apud iuriscōsultos de ui & ui armata. Nō pertimescebamus. Non nimiū tamen desiderabamus. Dubitabamus. n. ne iudiciis indictis accusaremur a Clodio quod uidelicet indicta causa ciuib. ceruices fregissemus. Cędem. Appianus in. ii. belloū ciuiliū. Quādo Cæsar cū armatis affuit in foro/ ut legem agrariā ferret/ Bibulus similiter cū ensib. affuit. & ad uulnera uentū est/ ubi fasces Bibuli & insignia lacerata/ tribunusq; uulneratus est. Cōfidii. De Cōfidio quæstore meminit Pedianus tēpore Ciceronis: de quo Plutarchus in Cæs. dictatore sic. Cōfidius quidā natu pgrādis idcirco nō aduētare Senatores dixerat/ quī illius arma milliesq; ptimescerēt: q; sene/ ctutē dicebat cū facete intrepidū.

Confidius.

Discusserat. Euerterat/ disiecerat. Eā. Scribendū ea: hoc est iudiciorū alea & periculū. Eo. Ideo tecum ago ut redeas.

Argumentum.

ACCERSIT Atticū instāte a Clodio piculo: mo netq; ut amicis Tīi Ciceroī fauētib. Pōponius p literas gratias agat. Interponit iudiciū suū de Varrone. Sed demussandæ potentiū cōtumeliæ ac iniurię. Hortensiū laudat. Subdit Repu. nihil esse desperatius. Rogat tū ut acceleret Atticus redire Romā.

Interpretatio.

ILLVM. Amicū tuū a me laudatū. Volam. uoluero: cupiā. Scire ex te. Per literas tuas admoneri.

Volam.

Eā rē. Varronē officiosum mihi fuisse mallem Varroni gratias egisses quod amice me tractauit. Mihi. Quod Varro mihi. Illū. Varronē. Satisfacere. Officio ac amicitiæ nō deesse. Mirabiliter moratus. Ingeniū Varronis est tēporariū/ mutatur/ incōstans est. Sicut nosti. Prouerbiū Euripidis esse in Tragœdia Andromache. ἑλικτὰ καὶ οὐδέν, Scribamus. ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιές. Versutū Varronis ingeniū describit/ & moribus tortuosis/ in eo nihil esse sani. Alludit huic Euripideæ sentētiæ de Lacedęmoniis: δόλια βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτες μηχανορράφοι κακῶν, ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Fraudulēti i cōsiliis/ mēdaciorū principes/ & tecti mali artifices/ Tortuosi/ nihil sani uel sinceri. sed aduertēdū in codice puulgato esse δόλια βουλεύματα nō βουλευτήρια. sed est eadē sentētia. De pede tu uideris. Multū semper Cicero tribuit Euripidi/ de quo sic in familiaribus. Euripidi tu quantum credas nescio. Ego certe singulos eius uersus singula eius testimonia puto. Illū. Euripidis uel So/

Tortuosi nihil syn/ ceri.

phoclis preceptum. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρέων, Sic est integer senarius apud Tragi cum. Potentum uidelicet stultitias oportere ferre. Quidam ex Sophocle scribunt. τὰ τῶν κρατούν/των ἀκούσεια πάντα. omnia potentum audienda/& contumeliam demussandã esse. Alii uolunt Ho meri illam significari sententiã de præconibus/qui potentibus semper & uictoribus adhærescunt. Hortatus. Scribendũ Hortensius: a quo tamen in sequenti libro sibi factam imposturã. M. Tul lius eiulat. Plena manu. Affatim & abundanter. Metaphora benigni largitoris. Flacci. Intel/ligit de. L. Flacco p̃tore/qui cępit legatos allobrogum ad pontem æmylium/ de quo extat Cicero/nis oratio. Vocatus est Valerius Flaccus: quem in urbis atq̃ impii grauissimo atque acerbissimo. R. P. casu/sociũ atq̃ adiutorem Ci/cero in oratione pro Flacco uoca uit: in quem suscepit accusationẽ D. Lęlius optimi uiri filius. Catili/næ tempore hunc fuisse p̃torem docẽt hæc Ciceroniana uerba. Pręturæ iuris dictio res uaria & multiplex/& quæ sequuntur. Ad/didi multa euidentis ac explora/tæ rei testimonia: quoniã nõnulli Surræ legendũ contẽdebant/re ferentes ad Corneliũ Lẽtulũ Sur ram: uirum claro genere ortum. sed q luxui deditus nup ob molli ciem e senatu fuerat eiectus. Tũc erat prætor cum detecta erat cõ/iuratio Catilinę. Duo.n. pretores erant/ Vrbanus & Peregrinus.

Potentes stulti ferẽdi.

Plena manu.

Flaccus p̃tor.

Lentulus surra.

sed nos tenemus præceptũ illud τὰ τῶν κρατούν/των. At Hercule alter tuus familiaris Hortensius: q̃ plena manu: q̃ ingenue: q̃ ornate nostras laudes in astra sustulit: cum de Flacci prætura: & de illo tẽ pore Allobrogum diceret. Sic habeto: nec amãtius: nec honorificentius: nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere a me tibi eẽ missum: sane uolo. sed quid tu scribas? quem iam ego uenire: atq̃ adesse arbitror. Ita enim egi tecum superioribus literis. ualde te ex/pecto. ualde desidero: neq̃ ego magis: q̃ ipsa res: & tempus poscit. His de negociis: quid scribam ad te: nisi idem quod sæpe? Rep. nil desperatius his: quo/rũ opera: nihil maiore odio. Nos: ut opinio: & spes: & coniectura nostra fert: firmissima beneuolẽtia ho/minum muniti sumus. Quare aduola. aut expedies nos omni molestia: aut eris particeps. Ideo sum bre/uior: quod: ut spero: coram breui cõferre: quæ uo/lumus: licebit. Vale.

Huic Surræ cognomen natũ fuerat quod dominatione Sullæ cum quæstor esset multa rerum pu blicarum perdite administrauit: consumpsitq̃. Quare cum Sulla id indigne ferret/ & administra/tionis rationem exposceret: ille rem Floccipendens in senatum profectus/ridiculose dixit/rationẽ mihi reddere non est. Sed præbere Surram uti solent pueri: qui in Sphæræ ludo peccauerint/ob hoc deinceps Surræ inditum illi cognomen est. Allobrogum. Cum capti sunt allobrogum le/gati ad æmylium pontem: qui literas habebant a ciuibus seditiosis: unde a Satyrographo dictum. Et in omni gente laborat. Fabius horum populorum uictor dictus est Allobrogicus. Ei. Ad eum Hortensium uolo te dare literas in hanc rationem: tãquã ego tibi significauerim Hortensiũ me laudasse: indicasseq̃ tibi eum in me fuisse perofficiosum: unde prolyxas te ei pro hoc in me offi cio/gratias agere dicas. A me tibi missum. Me Hortensianum officium tibi significasse. Ipsa res. Necessitas. Idem quod sæpe. Quidam codices habent semper. Desperatius. Desperatis Hippocrates uetat facere medicinam. Sed Dis uotisq̃ linquendos. Quorum opera. Respubli/ca desperata est. Nihil. Esse. Fert. Præsefert/ostendit. Expedies. Explicabis: eximes. Co ram. Iam præsentiam tuam animis ac oculis inhio.

Surra unde.

Allobro/ges.

❡ Finis Explanationum per Pium Bononiensem in secundum Epistolarum ad Atticum.

IN TERTIVM EPISTOLARVM AD ATTICVM EODEM PIO BONONIENSI INTERPRETE

Argumentũ.

CVM ANTEA. Lugubris ac mœstus totus hic liber est:Cicerone simulatione Pōpeii: amicorum perfidia:temeritate.P.Clodii/in exiliũ misso:quod ægerrime omniũ tulit:totũq; se dolori dedit:ut illud Aristotelicũ lib .ii. de anima uerum sit.hominũ mens nōnũq̃ perturbatione:nōnũq̃ morbo sũmergitur:hinc patet a fortuna superatũ fuisse Ciceronē:ut ipse fatetur apud Lactantiũ libro.iii.diuinarũ institutionũ his luculentissimis uerbis.M.Tullius in sua cōsolatione pugnasse se semper cōtra fortunā loquitur/eāq; a se eē superatā/cũ fortiter inimicorum impetus retudisset: nec tunc quidem se ab ea fractum cum domo pulsus patria caruit. Tum autem cum amisserit unicam filiam: uictum se à fortuna turpiter confitetẽ. Quid hoc homine miserius? q sic iaceat? Hæc Firmianus. Pace Togati Platonis dictũ uelim: & hic miserrime maximus oratorum iacet:pulsum se aris:focis:dis penatibus eiular. miserũ se fatetẽ/ nisi dissimular ut amici studio actiori ad opem ferendam conuolent. Accusatus est Cicero de uí a Clodio:Pisone Gabinioq; consulibus.Post cōsulatum Pisoni Macedonia:Gabinio Syria decteræ sunt.Decimo exilii sui mense rediit nonis sextilibus natali suo & filiæ/ ut ipsemet testatur in oratiōe pro Sestio.Pulchra apud eũdem reperio in oratione ad Quirites. Me quatuor:inquit:omnino genera hominum ulolarunt/unum eorum qui odio Reipublicæ: quod eam ipsis conuictis cōseruaram:inimicissimi fuerunt. Alterũ qui per simulationẽ amicitiæ nefarie me prodiderũt. Tertiũ qui cũ propter inertiam suam eadem assequi nō possent:inuiderũt laudi & dignitati meæ. Quartum qui cum custodes Reipu.esse debuerũt:salutem meam:statum ciuitatis: dignitatem eius imperii/ quod erat apud ipsos/uendiderũt.De Reditu suo sic idem.M.Cicero in Sestiana.Hunc ego reditum repudiatem? qui ita florẽs fuit ut ueteat ne quis me studio gloriæ putet icciteo exisse ut ita redirem.Quem.n.unq̃ Senatus ciuem nisi me nationibus exteris cōmendauit?quem curia magis requisiuit?quem forum luxit? quem æque ipsa tribunalia desiderauetunt? omnia discessu meo deserta/horrida/muta/plena luctus & mœroris fuerunt.Subdit historice tamen: neq; enim erat corā populo mentiendi locus.Ipsis nonis Sextilib.idem dies reditus mei fuit:qui & natalis meus: idem & filiæ meæ carissimæ.Cũq; itinere toto urbes.Italiæ festos dies agerent aduentus mei/uiæ multitudine legatorum undiq; missorum celebrabantur.Ad Vrbem accessus incredibili hominum gratulatione florebat.Idem in oratione pro Plancio.Aderat mecum Senatus & quidem ueste mutata:quod pro me uno post hominum memoriam publico consilio susceptum est.

Plato togatus Cicero.

Reditus Ciceronis.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T. POMPONIVM ATTICVM LIBER TERTIVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVM Antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscũ: tum uero: ut legi rogationem: intellexi ad iter: quod cōstitui/nil mihi optatius cadere posse/ q̃/ut me q̃primum consequare: ut ex Italia profecti essemus: siue per Epeirum iter esset faciundum: tuo: tuorũq; præsidio uteremur: siue aliud quid agendũ esset: certum consilium de tua sententia capere possemus. Quam ob rem te oro: des operam: ut me statim consequare. facilius potes: quoniā de prouincia

Interpretatio Codicis.

NOSTRA Interesse. Fore nobis utilissimũ. Rogationem. Quam Clodius contra me & bona mea parauerat. Intelligitur de togariōe Clodii qua illi interdicebar aqua & igni: de qua paulopost sic Cicero. Allata est nobis Rogatio de pernicie mea. Optatius. Gratius ut nobiscum esses. Cadere. Accidete/ut bene cecidit / male cecidit. Consequare. Cōtinues. Tuorum præsidio. Interpone coniunctionem sic. Tuorumq; præsidio.

Cadere.

Macedonia. Quæ Pisoni decreta est. Res ipsa. Necessitas celeritatem exposcens.

¶ Argumentum.

ITINERIS. Causam quod locum mutauerit adducit ut præscriptos lege Clodia Terminos obseruaret. Antonium oræ maris Brundusini custodem uitat, hortatur Atticum ad se ueniat. Animo ita strato est ut scribere non ualeat.

¶ Interpretatio Codicis.

Macedonia perlata lex est. pluribus uerbis recũ agerem: nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Itineris nostri causa fuit: q̃ non habebã locũ: ubi p̱ meo iure diutius eẽ possem: q̃ in fundo Sicæ: præsertim nõdum rogatione correcta: & simul intelligebã: ex eo loco si iter haberem: posse me Brundusium referre. sine te autẽ nõ esse nobis illas parteis tenendas propter Antonium. Nũc: ut ad te antea scripsi: si ad nos ueneris: cõsiliũ totius rei capiemus. iter esse molestum scio: sed tota calamitas omneis molestias habet. Plura scribere non possum: ita sum animo perculso: & abiecto. cura: ut ualeas. Dat. VI. Id. Apri. Naryci Locridis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vtinam illum diem uideam: cum tibi agam gratias: quod me uiuere coegisti. Adhuc equidẽ ualde me pœnitet. sed te oro: ut ad me Vibonẽ statim uenias:

SICAE. Nomen amici. Rogatione. Quam Tribuni laturi erãt pro Cicerone. Correcta. Emẽdata. petebant inutilia ut patebit inferius. Iter haberẽ. Discederem. Posse. Intelligebam. Antonium. Clodii propinquũ: qui orę Brũdusinæ p̃erat. In Philippicis obiicit Antonius Ciceroni: quod cũ Brundusii eũ posset occidere: non tñ occidit, ubi se tuetur. M. Tullius & crimẽ diluit. lib. quoq̃ duodecimo in Antoniũ inquit: cecidi sciens ut honestissime surgere possẽ. Tota calamitas. Mea uita omnino calamitosa. Iuxta illud Ouidianũ. Vix habet in nobis iam noua plaga locũ. Perculso. Vexato. Abiecto. Humili: desperatissimo. Mars Luc. Quidam legũt mari Lucano. Plinius libro. iii. na. hist. A Silaro regio tertia & ager Lucanus: Brutiusq̃ incipit. Nec ibi rara incolarũ mutatio. Tenuerunt eam pelasgi: Oenotrii: Itali: Morgetes: Siculi: Græciæ maxime populi. nouissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Nam per hoc mare transiuit Vibonam ut dicet infra. Adiuuat quod Plutarchus, inq̃t Vibonem fuisse in Lucania: cuius hæc uerba sunt. Deinde per Lucaniã iter agens: Siciliã attingere studuit. Aldus & eruditi nõnulli legũt. Narici Locridis: quos naricios nemo ignorat ex illo Virgiliano. Illic Naricii posuerũt mœnia Locri. Et. Neritiaq̃ Picis. Locrenses trifariam diuisi, in Ozolas, Epicnemidios, & Epizephyrios.

Sica.

Antonius Clodii affinis.

Lucani.

Locri triplices.

¶ Argumentum.

VTINAM. Atticũ rogat uti Vibonẽ excurrat: quo iter suũ cõuertit: ut de fuga cõsiliũ capiant.

¶ Interpretatio Codicis.

VALDE Me pœnitet. Vixisse. Vibonem. In tertia Italiæ regione: auctore Plinio libro tertio natu. histo. Phocensiũ sinus Vibonensis. Paulopost. Hippo opidum: quod nunc Vibonem Valentiam nũcupamus. Ibidem Plinius cum loqueretur de Sardinia. Cõtra Vibonem paruæ: quæ uocantur Ithacesię Vlyxis specula: Plutarchus in uita Ciceronis. Sed apud Hipponem Lucaniæ ciuitatem: quam nunc Vibonem Vibius uir Siculus hospitio eum repulit. Est. n. uerisimile Ciceronem ex mari Lucano uenisse in portum Vibonensem. Iubone ad fretum: legitur libro tertio cõmentariorum Cæsaris, cum legi oporteat Vibonæ. Idem Cicero in oratione pro Plancio. Cõsilio repente mutato iter a Vibone Brundusiũ terra petere contendi. Nam maritimos cursus pręcludebat hyemis magnitudo. Liuius. Depopulato Vibonensi agro urbem tenebant. Idem libro quinto de bello Macedonico. Eodem hoc anno Vibonem coloniam deductam

Vibo.

ex. S. C. Plebisq; scito mille septingenti pedires ierunt: trecenti equites: trisiulri deduxerunt eos M. Tullius quarta in Verrẽ actione. Non ego a Vibone Veliá paruulo nauigio inter tua rela ue/nissem. Quo. Mutauit consiliũ. C. Virgilio ꝑfecto eum ab accessu prohibente/ut ipse docet in oratione pro Plancio. Mirabor. Te tam suiq; deq; habere necessitatem nostram.

¶ Argumentum.

AVDITA Rogatione Clodiana Cicero ne bonis fortunisq; iure spoliaretur: Vibonẽ deseruit ac lõgius aufugit prout rogatio illa iubebat. Monet amicũ ut ꝑ uestigia eum persequatur.

¶ Interpretatio.

MISERIAE. Quod. C. Virgilius miseriá Ciceronis horrens: ac ꝑniciẽ propriam/eum prohibuit ab ac/cessu/perinde Vibius homo sicu lus. Rogatio. Clodiana. Quadringẽta. Quingẽta Plutarchus ait: cuius hęc uerba sunt. Aqua & igni interdictus: ne ue intra quingenta miliaria tecto susciperetur edictũ est. A Brundusinis tamẽ fuit receptus & honoratus auctore Plutarcho. M. Tullius tamen in orõne pro Plancio/abstinuisse prodit hospitio Brundusino/ne amantissimæ sui ciuitati perniciẽ moliretur. Melitę. Plinius i calce Tertii. Inter Cercyrã melænã cognominatã: & illyricũ melita: unde Catulos melitęos appellari Callimachus auctor est. Stepha/nus. μελίτη, νῆσος μεταξὺ ἠπείρου καὶ ἰταλίας, ὅθεν τὰ κυνίδια μελιταῖα φασι, Larine. Melite insula in medio Epiri & Italię/unde Catuli militæi dicũtur. Incola meli/tæus. huius isulę meminit Liuius lib. primo de secũdo punico bel/lo. Est & Melite ciuitas Carthaginensiũ. Inuitamur. Vndiq; in urbibus. Quod superest. Ne/scis quid uesper uehat. Abstinuit a Dirachinis: intellexitq; quod audierat gręciã plenã esse nefariorũ hominum. Non abludunt hæc quæ in oratione pro Flacco. Tribuo: inquit; græcis literas: Do multarũ artiũ disciplinã: non adimo sermonis leporem: ingeniorũ acumen: dicendi copiam. Testimoniorũ religionẽ nũq̃ ista natio coluit: totiusq; huiusce rei quæ sit uis: quæ auctoritas: quod pondus ignorant: unde illud est. Da mihi testimoniũ mutuũ. Paulopost. Illa uetus græcia: q̃ quõdam opib. impio: gloria floruit: hoc uno malo cõcidit/libertate imoderata ac licẽtia cõcionũ. Qua in re. Vt uiuerẽ.

Melita.

In græcos.

quo ego multis de causis conuerti iter meum. sed eo si ueneris: de toto itinere: ac fuga mea consilium capere potero. si id non feceris: mirabor. sed confido te esse omnino facturum. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

MIseriæ nostræ potius uelim: q̃ inconstãtiæ tribuas: quod a Vibone: quo te arcessebamus: subito discessimus. allata ẽ enim nobis rogatio de pernicie mea: in qua quod cõfectum esse audieramus: erat huiusmodi: ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. illo cum peruenire non liceret: statim iter Brundusiũ uersus contuli ante diem rogationis: ne et Sicca: apud quem eram: periret: & quod Melitæ esse non licebat: Nunc tu propera: ut nos cõsequare: si modo recipiemur. adhuc inuitamur benigne: sed quod superest: timemus. Me mi Põponi ualde pœnitet uiuere. qua in re apud me tu plurimum ualuisti. sed hæc coram. fac modo: ut uenias. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

TErẽtia tibi & sæpe: & maximas gratias agit: id est mihi gratissimũ. ego. n. uiuo miserrimus: & maximo dolorẽ cõficior.

¶ Argumentum.

MISERRIMVM Se inquit: dolore confici. Rogat ut eum assequatur/ut corã consulant. Precatur quoq; ne cum fortuna fidem mutet.

¶ Interpretatio.

TERENTIA. Cornelius Nepos. Atticus Ciceroni in omnibus periculis singularem fi/dem præbuit: cui ex patria fugienti Sestertia. CC. & quinquaginta donauit. Id. Pe/cunia quam dedisti Terentiæ dono. Eodem. in calamitate.

Idem. Animo. Mea. Bona. Me ipsum. Nō meā mihi prudentiam. Thurii. Non longe a Tarento in ultima parte Italiæ/sybaritæ postea dicti/sunt Thurii. ut ait Stephanus his. Thurii ci uitas Italiæ/quæ prius Sybaris a pago Thuria. postea aūt copiæ. Dicitur & Thuria & Thurion ut in Herodoti epigrāmate. θούριον ἔσχε πάτρην. gentile Homonymon. Thurii & Thuriaci/& uinū Thurinū/ut Strabo. Pausanias autem Anthiā ipsam dicit Gentile Thuriatę/& Thurias fœmininū/& θουριεὺς. Aliqui aūt Thuniā & Thuniatem. Est Thuriū auctore Plinio libro tertio na. histo.

Thurii.

ad te quid scribā: nescio. Si enim es Romæ : iam me assequi nō potes: sin es ī uia: cū eris me assecutus : coram: quæ erunt agenda. tantum te oro: ut quoniam me ipsum semper amasti: eodē amore sis. Ego enim idem sum. Inimici mei mea mihi: non me ipsum ademerunt. cura: ut ualeas. VIII. Id. Apr. Thurii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOn fuerat mihi dubium: quin te Tarenti: aut Brundusii uisurus essem: idq; ad multa pertinuit meis: & ut in Epeiro cōsisteremus: & de reliquis rebus tuo cōsilio uteremur. quoniā id nō cōtigit : erit hoc quoq; ī magno numero nostrorū malorū. Nobis iter est in Asiā : maxime Cyzicū. tibi meos cōmēdo. me uix: misereq; sustēto. Vale. Dat. xiiii. Cal. Maii: Tarēti.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

BRundusium ueni ad Cal. Maias. eo die pueri tui a te mihi literas reddiderūt: & alii pueri post diē tertiū eius diei literas alias attulerūt. Quod me rogas: & hortaris: ut apud te in Epeiro sim: uolūtas tua mihi ualde grata ē: & minime noua: sed cōsiliū mihi qdē optatū: si liceret ibi oē tps cōsumerē. Odi. n. celebritatē. fugio hoīes. lucē aspicere uix possū. Esset mihi ista

in tertia Italiæ regione inter Cratim & Sybarim amnes/ubi Herodotus historiā composuit. Augusto infanti nomen inditū Thurino quod recens eo nato pater Octauius aduersus fugitiuos: qui agrū Thurinū occupauerāt/prospere rē gesserat. Liuius libro. x. ab urbe condita. Thuriæ reddita ueteri cultori/Salentinoq; agro pax parta.

Argumentum.

NON Fuerat Ciceroni dubiū quin Atticus eū consequi statim properaret: quod cū non fecerit/& hoc cum reliquis malis suis apponit/Cyzicū pergit/suosq; cōmēdat.

Interpratio.

MEIS. Rebus afflictis. In aliis codicibus nō legitur hæc dictio. Quoniā. Ut te uideremus. Erit hoc. Quod me nō assecutus es. Cizycum. In Thracia in faucibus propōtidis Strabonis in. iii. Cizycus insula in propōtide cū eiusdē nominis ciuitate duobus pontibus iuncta continenti/uocata a rege eorū Cizyco: quibus ī Romanos ciues uiolētius quedam ausis/Tiberius impator libertatē ademit/quam Mithridatico bello meruerant: Proserpinalia pompatice celebrabant auctore Plutarcho in Lucullo : in honorē Proserpinæ: cui nigram Vaccam imolabant: unde manauit illud apud poetā in osceno carmine. Raptam Cizycos ostreosa diuam/nō cocytos ut habent mendosi codices. Tria habuit armamenta/unum telorum/aliud instrumentorū/Tertium frumēti erat receptaculum. dicta ab Iasonis amico & hospite Cizyco/de quo Flaccus in argonauticis. Misere. Macer erat & exanguis in hac fuga auctore Plutarcho.

Cizycus.

Proserpinalia.

Argumentū.

IN Epirum redire recusat/quoniam celebritatem odit/& propter alia. Uocibus Attici inquit se in uita retineri/alias in mortem propensior est. Miserias suas nō enumerat. De Fratre incertus est/Attici præsentiam optat.

Interpretatio.

BRUNdusiū. Ad mœnia Brūdusii nomen adepti a capite ceruino. Brendā uocat Ennius. Optatū. Subitellige eēt subsistēdi ī Epiro. Cōsumere. In studiis philosophicis.

Solitudo. Epirotica. Familiari. Possessio a familiari & amico Tito. Causa. Supple facit. Diuertar. Amouear: Declinē. Deuium. A uia ꝓpria remotū. Mihi uero quotidiani ab urbe nuntii sunt pro rebus grauissimis excipiendi. Quatridui. Spatio distat. Sine te. Tu abes genius loci futurus. Nam castellum. Scribendū/ sed natura castellū/ hoc sensu. Si habitaturus essem in Epiro Castellū tuū natura munitū: mihi prodesset/ transeunti nō est necessariū. Athenas. Propter florem ingeniorū. sunt qui Athinas producta pinde secunda. Sunt. n. Athinæ uel Athina Samnii ciuitas in ora/ quæ arma Aeneæ fabricauit: secus quā Melpha fluuius labitur ex Appenino ortum ducens: apud Fregellas in Lyrim defluens. Maro. Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes Tela nouāt: Athina potēs. Alii tamē Athenas Atticas itelligūt. Ouidius. Nec peto quas petii quondam studiosus Athenas.

Cadebat. Animus ferebat: propositū erat: cōtingebat. Nostri hostēs. Antonius. Et ueremur. Et altera causa est quod in tuum Epiroticū non uenimus. Opidum. Epiroticū. Nostri consilii. Quod mortē mihi non consciui: unicū i tot malis remediū atq; singulare/ uel quod non pugnaui. quod Pisoni/ quod Hortensio auscultaui: quod uestem mutaui.

Quid. In uita gratum & iucūdum. Retineat. In uita. Inimicorū. Clodii: & Catilinæ gregaliū. Inuidorū. Pompeium: Hortensium/ Pisonem: Gabiniū intelligit. Oppetendæ. Subeūdæ. Prætermissum. Debui mori pugnando cum Clodio. Doloris. Ad sepeliēddm finiendūq; dolorem morte. Candauiam. Plinius libro. iii. nat. histo. A lisso Macedonia prouincia: gētes parthini s& a tergo eorū dassarethæ. montes Candauiæ a Dyrachio LXXIX. M. passuum. De Candauia meminit Cæsar cōmentario. iii. bellorum ciuilium. Seneca libro epistolarū ad Lucil. quarto: deserta Candauiæ uocat. Epiro. Quod tamen non constanter affirmo me uidelicet per Epirum iter facturum. Quomodo. Alii codices habent/ quando. Necui. Lege. ubi. Huius generis. Scribēdi Epistolas. Proficiscēs. Dū essem in procinctu itineris.

Cádauia:

solitudo: præsertim in tam familiari loco: nō amara. sed itineris causa: ut diuertar: primum est deuiū. deinde ab Antonio: & cæteris quatridui. deīde sine te. natura Castellum munitū habitāti mihi prodesset. transeunti nō est necessariū: quod si auderem: Athenas peterem. sane ita cadebat: ut uellem. nunc & nostri hostes ibi sunt: et te nō habemus: & ueremur: ne interpretentur: illud quoq; oppidum ab Italia nō satis abesse: nec scribis: quam ad diem te expectemus. Quod me ad uitam uocas: unum efficis: ut a me manus abstineam. alterum non potes: ut me non nostri consilii utiq; pœniteat. Quid enim est: quod me retineat? præsertim si ea spes non est: quæ nos proficiscē tes prosequebatur? Nō faciā: ut enumerem miserias omnes: in quas incidi per summā iniuriā: & scelus: non tam inimicorum meorum: q̄ inuidorum: ne & meum mœrorem exagitem: & te in eundem luctum uocem. hoc confirmo: neminem unquam tanta calamitate esse affectū: nemini mortem magis optandā fuisse: cuius oppetendæ tempus honestissimum prætermissum est. Reliqua tempora sunt nō tam ad medicinam: q̄ ad finem doloris. De Repu. uideo te colligere omnia: quæ putes aliquā spem mihi posse afferre mutandarum rerum: quæ quanquam exigua sunt: tamen: quoniam placet: expectemus. Tu nihilominus: si properaris nos consequere. nam aut accedemus in Epeirum: aut per Candauiā tarde ibimus. Dubitationem autem de Epeiro nō incōstantia nostra afferebat: sed quod de fratre: ubi eū uisuri essemus: nesciebamus: quem quidē ego: nec quomodo uisurus: nec ubi dimissurus sim scio. id est maximū: & miserrimū mearū omniū miseriarū. Ego & sępius ad te: & plura scriberē: nisi mihi dolor meus: tū oēs partes mentis: tum maxime huius generis facultatē ademisset. uidere te cupio. cura: ut ualeas. prid. Cal. Maii. Brundusii: proficiscens festinanter.

¶ Argumentum.

SCRIPSERAM. Repetitio luctuosa hominis se dolori omnino dedentis.

¶ Interpretatio.

ACHAIA. Achaiæ: ut ait Plinius in quarto nomen prouinciæ ab Isthmo incipit/ antea egialos uocabatur pp urbes in litore per ordinē dispositas: in qua elis: ubi delubrū Iouis olympii ludorū clantate fastos græciæ complexū. Epheso. Altera lux Asiæ Ephesos inquit Plinius. Thessalonicā: Macedoniæ urbē. Est.n. Thessalonica in Macedonia ciuitas liberæ conditionis/ auctor Plinius in quarto. Illius. Fratris. Istic. Romæ. Acrius postularet. Accusaret uementius a Clodio. Sūt qui scribunt/ Annius postularet. Annius Milo accusaret Clodiū: qui Annius de ui: ut inquit Plutarchus: primus ausus est postulare. idest accusare Clodiū. Altera. Epistola scribis. hæc uerba subindicant/ acrius postularet/ posse recte defendi. Quo. Quoniam uidetur se corrigere quod bona spondebat. Reliquam facit. Relinquit. Pheto libeum. Beroaldus/ Phetolibus eum/ scribit. Ego Phędrum libertum. præmisserat enim Phędrum libertū obuiam fratri/ sed non uiderat. In Codicibus Antiquis legitur. Phędo libertus eum non uidit. Pellæ. Ciuitas Macedonię/ patria regū. Iuuenal. Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis. Præsto fuit. Phędrus occurrit. Cadere. Cuius nostra fortuna nō sit capax. Non uidi. Quidam eo dices habent/ nō uisendum uidi. Video. Subintellige instare: imminere. Tigrane. Ad quem legatus ibat Clodius. Sublata. Omnis spes nostræ salutis. Nam adhuc Clodium Senatus ut legatum mittere debebat: & ita non fuisset in urbe bonæ Deæ sacerdos: neq; Ciceroni nocuisset. Post q̄ autem Tigranem adeo Senatus negligere cęperat/ ut ad eum Clodium non mitteret/ Ciceroni ex præsentia Clodii multa enata sunt mala. Lego apud Asconium Pedianum: Clodium adeo Tigranis filio affectum fuisse/ ut captiuum cathenis exemerit inuito Pompeio.

Achaia.

Thessalonica.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SCripserā ad te: quas ob causas in Epeirū nō essemus profecti: quod & Achaia prope esset plena audacissimorū inimicorū: et exitus difficiles haberet. cū īde proficisceremur: accessit: cū Dyrrhachii essemus: ut duo nuntii afferrentur. unus Classe fratrem Epheso Athenas. alter: pedibus per Macedoniā uenire. Itaq; illi obuiam misimus Athenas: ut inde Thessalonicā ueniret. Ipsi pcessimus: & Thessalonicā ad. X. Cal. Iun. uenimus. neq; de illius itinere quicquā certi habebamus: nisi eum ab Epheso ante aliquāto profectum. Nūc istic quid agatur magnopere timeo. quāquam tu altera Epistola scribis Id. Maiis audire: fore ut acrius postularet. altera iā esse mitiora. sed hæc est pridie data: q̄ illa: quo conturbor magis. Itaq; cū meus me mœror quotidianus laceret: & conficiat: tū uero hæc addita cura uix mihi uitā reliquam facit. sed et nauigatio perdifficilis fuit: et ille incertus: ubi ego essem: fortasse alium cursum petiuit. nam Phedolibeum non uidit: uento reiectus ab illo in Macedoniam: Pellæ mihi præsto fuit. Reliqua q̄ mihi timenda sint: uideo. nec quid scribā: habeo: & omnia timeo. nec tam miserū est quicquā: quod non in nostram fortunam cadere uideatur. Equidē adhuc miser in maximis meis erumnis: & luctibus hoc metu adiecto maneo Thessalonicæ suspensus: nec audeo quicq̄. Nunc ad ea: quæ scripsisti. Tryphonem cæcilium nō uisendum uidi. sermonem tuū: & Pompeii cognoui ex tuis literis. motum in Repu. nō tantum ego uideo: quantū tu aut uides: aut ad me consolandū affers. Tigrane. n. neglecto: sublata sunt oīa. Varrōi me iubes agere gratias. faciā. itē Hypseo. Quod suades: ne longius discedamus: dum acta Mensis Maii ad nos perferantur: puto me ita esse facturum:

Sed ubi. Sim futurus. Motum. Affectum: Fluctũ. Ex culpæ. Propter quam in exiliũ sum missus: quod insidiatoribus & perfidis credidi. Cuius. Pompeii. Vidisses. Quoniam consilio potui tutior esse tuo. Eventi. Exilii quod mihi euenit & accidit. Ei. Pompeio. Nefariũ. Sacræ amicitiæ temeratorem. Asconius. Nefariũ quod sacra polluit farre pio soluta celebrari. Ergo ne farii sacrilegi dicũtur/nomen a farre deductum: quo scelerati uti non debeant: & inde qui indigni qui uiuant nefarii dicuntur: ut docet Varro. Propertius in quarto.

Eventi.
Nefarius.

Dixit & incerto permisit brachia sono Nescia nefariis accubuisse nouis. Nam uesta iliacæ felix tu tella fauillæ Culpam alit: & plures condit in ossa faces.

Quãuis non nefariis in Propertio repugnãte syllaba/sed/ se flãmis/ in nostris annotamentis legendũ decreuerimus. Metus ã fratre. Ne mea illum pericula p̃mant.

¶ Argumentum.

QVINTVS. Excusat fratrem Quintũ & suis calamitatibus indolet.

¶ Interp̃tatio.

ABSENS. Timebat ne frater: fraternæq; fortunæ oppugnaret̃ a Clodio. Nostris. Si quis adeo carnificis animi reperiri posset: qui meis malis uellet addere mala Quinti. Mollissimo. Qui ego sum præditus animo tenerrimo. Offerrem. Repræsentarem. Digredi. Abire interclusus dolore. Ille. Frater. Lictores. Qui decedẽtem magistratum Romam usq; comitãtur. necesse erat ut dimitteret/ si me sequi uolebat.

Acerbitas. Ne a me digredi posset. Peccati. Quod non pugnaui/mihi manus non intuli. Succubuisse dolori Ciceronẽ hic patet/ quis ipse neget: adeo ut parum in philosophia profecisse uideatur/ ut uerum sit illud Platonicũ/ esse difficile reperire hominem tetragonon. Non modo nõ sapere in hac parte Cicero uidetur/ sed arreptitium agere: qui ut inquit Gregorius: actionis suæ non est conscius. Fascinant nos sensus/ ac præcipitem animũ agũt/ furere cogunt/ & ut ignis aurum merum/ ita dura tempora experiuntur sapientem: ac uiros secernunt ab hominibus.

sed ubi: nõdum statui. atq; ita pturbato sum animo de Quinto: ut nil queã statuere. sed tamen statim te faciã certiorem. ex epistolarũ mearũ incõstantia puto te mentis meæ motũ uidere. qui etsi incredibili: & singulari calamitate afflictus sum: tamen nõ tam ex miseria: q̃ ex culpæ nostræ recordatione cõmotus. cuius enim scelere impulsi: ac proditi simus iam profecto uides: atq; utinã iã ante uidisses: neq; totũ animũ tuũ mœrori mecũ simul dedisses. Quare: cũ me afflictũ: & cõfectũ luctu audies existimato me stultitiæ meæ pœnã ferre grauius: q̃ euẽti: qđ ei crediderim: quẽ eẽ nefariũ nõ putarã. me & meorũ malorũ memoria: et metus de fratre in scribẽdo impedit. Tu ista oĩa uide: et guberna. Terẽtia tibi maximas gratias agit. literarũ exẽplũ: quas ad Pompeiũ scripsi: misi tibi. Vale. Dat. III. Cal. Iun. Thessalonicæ.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

QVintus Frater cum ex Asia discessisset ãte Cal. Maias: & Athenas uenisset Id. Maiis: ualde fuit ei properãdũ: nequid absens acciperet calamitatis: siquis forte fuisset: qui contentus nostris malis non esset. Itaq; malui eum properare Romam: quam ad me uenire: & simul (dicam enim quod uerum est: ex quo magnitudinem mearum miseriarum perspicere possis) animum inducere non potui: ut aut illum amantissimum mei: mollissimo animo: tanto in mœrore aspicerẽ: aut meas miserias luctu afflictas: & perditã fortunã illi offerrẽ: aut ab illo aspici paterer: Atq; illud etiam timebam: quod profecto accidisset: ne a me digredi non posset. uersabatur mihi tempus illud ante oculos: cũ ille aut Lictores dimitteret: aut ui euelleretur ex complexu meo. Huius acerbitatis euẽtum: altera acerbitate nõ uidendi fratris uitaui. in hũc me casum uos uiuẽdi authores impulistis. Itaq; mei peccati luo pœnas. quãquam tuæ me literæ sustentant: ex quibus quãtũ tu ipse speres: facile perspicio: quæ quidem tamen aliquid habebant solatii ante: quam

eo uenisti a Pompeio.nūc Hortensium allice:& eius modi uiros.obsecro mi Pomponi nōdum perspicis: quorum opera:quorum insidiis:quorum scelere perierimus? sed tecum hæc coram agemus.tantū dico: quod scire te puto:nos non inimici:sed inuidi perdiderunt. Nunc:si ita sunt: quæ speras : sustinebimus nos:& spe:qua iubes : nitemur. sin:ut mihi uidētur: infirma sunt:quod optimo tēpore facere non licuit: minus idoneo fiet. Terentia tibi sæpe gratias agit. Mihi etiam unum de malis in metu est:fratris miseri negociū.quod si sciam : cuiusmodi sit : sciam quid mihi agendum sit. Me etiā nunc istorū beneficiorū: & literarū expectatio:ut tibi placet:Thessalonicæ tenet. Siquid erit noui allatum: sciam:de reliquo quid agendū sit. Tu si/ut scribis : Cal.Iun. Roma profectus es:propediē nos uidebis:et literas:quas ad Pōpeiū scripsi:tibi misi. Vale. Id. Iun. Thessalonicæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Acta quę essent usq; ad. VIII. Cal. Iun. cognoui ex tuis literis.reliqua expectabam (ut tibi placebat) Thessalonicæ: quibus allatis:statuere facilius potero: ubi sim.nam si erit causa:siquid agetur si spem uidero:aut ibidem operiar:aut me ad te conferam. sin:ut scribis : ista euanuerint : aliud aliquid uidebimus. oīno adhuc nihil mihi significatis : nisi discordiam istorū : q̄ tñ inter eos de oībus potius rebus est:q̄ de me. Itaq; qd ea mihi prosit:nescio. sed tñ quoad me uos sperare uultis : uobis obtēperabo.nā quod me tā sæpe:& tā uehemēter obiurgas:& animo īfirmo esse dicis:quæso:ecquod tantū malū est:quod ī mea calamitate nō sit? Ecquis unquā ex tā amplo statu : in tā bona causa tantis facultatibus ingenii:cōsilii:gratiæ:tantis præsidiis bonorū omniū cōcidit? possum obliuisci qui fuerim:nō sentire qui sim? quo caream honore?qua gloria?quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre?quē ego: ut nouū calamitatis genus attēdas:cū pluris facerē:q̄ me ipsum: semperq; fecissem: uitaui:ne uiderē:ne aut illius luctū:squalloremq; aspicerē:aut ne me:quē ille florētissimū reliquerat : perditum illi: afflictumq; offerrem. mitto cætera intolerabilia: etenim fletu impedior. Hic utrum tandem sum accusandus? quod doleo : an quod commisi:

Eo uenisti. Ad illam partem Epistolæ. A Pōpeio nūc. Legendum ex codice antiquissimo: qui fuit Ioānis Lamolæ grāmatici Bononiēsis/ad Pompeiū mitte.Hęc est uera lectio/licet nōnulli legant. A Pompeio nutat : hoc est. Ex parte Pōpeii res uacillat: parieti debili incubuimus. Tātum dico. Vnum addo. Inuidi. Inter quos Pompeium/Hortensiūq; cōnumero:quos a me rogā dos censes:hoc esset/oues a lupis auxiliū petere. Sustinebimus nos. Vitam nostrā producemus. Quod optimo. Cōsciscā mihi mortem:quod tempestiuius fieri potuit in ærumnarum principio. Vnū de malis. Epiphonema: exclamatio uidelicet uim parenthesis habens: quod mihi egerrimū est. Miseri. Ne oppugnetur & postuletur/imo opprimatur a Clodio. Cuiusmodi. Quomodo fortunæ fraternæ uerterint. Agendum. De uita mea.

Argumentum.

Consolationem ab Attico petit/nō obiurgationū/causamq; adducit cur fratrem uitauerit.

Interpratio.

SI CAVSA Erit. Quę moram suadeat. Euanuerint. Irrita erit mea defensio. Aliud aliquid. Aliam quercum excutiemus. Istorū. Pompeii cum Clodio. De me. De salute mea. Ecquod tantū. Aliquod ne tam excedens malū est. In tā bona causa. Sine culpa. Ingenii. Doctrinæ:eloquētiæ. Vt attendas. Figura loquēdi aurei seculi/hoc est attēde. hodie barbare dicitur ut scias. Totus prope mutatus est sermo: ut inquit ille/ac latinitas illa germana ita retro se egit/ut euanuerit omnis flos & cultus eloquentiæ/barbari nobis inuiderunt/ac nitorem abstulerunt: nec diu cęptum est/quin & Cicero in Epi. famil. queritur turba barbarorū in urbem conuolantium/sermonē urbanitatēq; facessere cępisse.

Vt atten/das.

Vt hæc. Dignitates meas partas. Inter parietes. Inter amicos domesticos qualis erat Põpeius: qui uel domesticus dici põt: uel pp Terentiã quã suspectã habuit / ut leges inferius / ideo auctore Plutarcho: repudiauit. Releuares. Exonerares. Indicere silentium in luctu est exasperare uel auctore Ouidio. Quis matrẽ: nisi mentis inops: in funere nati flere uetat. non hoc illa monẽda loco est. Et alibi. Sęuior es tristi Busiride: sæuior illo / Qui falsum lẽto torruit igne bouẽ. Istinc. A nobis / ab urbe Roma.

℄ Argumentum.

ME ET Tuæ. Literas expectat ab urbe: unaq; cõsolationẽ / nõ obiurgatio

℄ Interpretatio. (nẽ.

NOstrarum. De rebus nostris ἐνιλπισία. uel scribendũ cũ exẽplarib. antiquis uestrarũ. Quod cũ facis. Cũ obiurgas me. Vt. Suspensim / O quantũ. Nũc loco huius uocis: ut / barbare / O qualitet / sordide / ac ingnate alũr. Quẽ. Te.

Affectus. Affectũ. Cruciatũ: męstũ: oblęsum. Proprius. Iupiter affectæ tã dẽ miseretele puellę / hoc ẽ ęgrotæ.

℄ Argumentum.

TV Quidẽ. Orõnẽ olim i cõsulẽ scriptã uult tegi. Atticum rogat ut se Romæ contineat / ubi maxime ciuitati prodesse potest.

℄ Interptetatio.

ROGAtionis. Legis quæ ferri debet de mea restitutiõe ad populũ. In senatu. Quo nõ tm̃ opus est / sed consensu populi. plebiscito. n. deturbatus fuerat. Silet̃. A uobis: neq; senatoria uia tẽrat̃. Secũdũ. Post. Ista. Spes / quasi dixerit nulla. Cos. Design. Varinio: in quẽ extat Cicerõis oratio. Aliqui Curionẽ uolũt pp hęc uerba posita inferius. Sed qd Curio? An et illã orõnem nõ legit: quę unde sit prolata nescio. Alii Gabiniũ / alii Pisonẽ / quæ extat hoc principio. Iam ne sentis belua / iã nę sentis? Quę sit q̃rela frõtis tuę. Piso tamẽ nũc erat Cõsul / de designato nũc meminit. Perculisti me. In me coniecisti non scrupulum sed lanceã. Oratione prolata. A me composita uerbi gratia cõtra Varinium testem / uel alium nescioquem / quæ prolata fuerat idest publicata. Si qd. Si aliquo modo. Iratus. Vatinio. Scripserat. Me taxauerat. Cõpressẽrã. In sinu meo occultaueram.

ut hæc aut nõ retinerem (quod facile fuisset) nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur: aut certe uiuus amitterem. Hæc eo scripsi: ut potius releuares me: quod facis: q̃: aut castigatione: aut obiurgatione dignum putares. eoq; ad te minus multa scribo: quod et mœrore impedior: et quid expectem istinc magis habeo: quam quid ipse scribam. quæ si erunt allata: faciam te consilii nostri certiorem. Tu: ut adhuc fecisti: quamplurimis de rebus ad me uelim scribas: ut prorsus nequid ignorẽ. Vale. XIIII. Cal. Quintil. Thessalonicæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ME et tuæ literæ: et quidam boni nuntii: non optimis tamen authoribus: et expectatio uestrarũ literarũ: & / quod tibi ita placuerat: adhuc Thessalonicę tenebãt. si accepo literas: quas expecto: si spes erit ea: quæ rumoribus afferebatur: ad te me conferam. si non erit: faciã te certiorẽ: quid egerim. Tu me: ut facis: opa: cõsilio: gratia iuua. cõsolari iã desine. obiurgare uero noli. quod cum facis: ut ego tuũ amorem: et dolorem desidero: quẽ ita affectũ mea erumna esse arbitror: ut te ipsum cõsolari nemo possit. Q. Fratrẽ optimũ: humanissimũq; sustẽta. Ad me: obsecro te: ut oĩa certa perscribas. Vale. Dat. IIII. Cal. Quintil.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TV quidem sedulo argumentaris: quid sit sperandũ: et maxime per Senatum: idemq; caput rogationis proponis. scribis quare ĩ Senatu dici nihil liceat. Itaque siletur. hic tu me accusas: quod me afflictem: cũ ita sim afflictus: ut nemo unq̃ quod tute intelligis. spem ostendis secundum comitia. quæ ista est eodẽ Tri. Ple. et inimico Cos. Des? percussisti autem me: etiam de oratione prolata: cui uulneri: ut scribis: medere: siquid potes. Scripsi equidem olim ei iratus: quod ille prior scripserat: sed ita cõpresseram: ut

nunq̃ emanaturam putarem: quomodo exciderit: uescio. sed quia nunquam accidit: ut cum eo uerbo uno concertarim: & quia scripta uidetur mihi negligentius: q̃ cæteræ: puto posse probari: non esse meã. id si putas: me posse sanari: cures uelim. sin plane perii: minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco iaceo sine sermone ullo: sine cogitatione ulla. licet tibi (ut scribis) significarem: ut ad me uenires Sidona: tamen itelligo te istic prodesse: hic ne uerbo quidem leuare me posse. Non queo plura scribere: nec est: quod scribam. uestra magis expecto. Vale. XVI. Cal. Sextil. Thessalonicæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVod ad te scripseram: me in Epeiro futurum: posteaquam extenuari spem nostram: & euanescere uidi: mutaui consilium: nec me Thessalonica commoui: ubi esse constituerã: quo ad aliquid ad me de eo scriberes. Quod proximis literis scripseras fore: uti secundum Comitia aliquid de nobis in Senatu ageretur: id tibi Pompeium dixisse. Qua de re: quoniam Comitia habita sunt: tuq; nil ad me scribis: perinde habebo: ac si scripsisses nil esse: meq; temporis nõ longinqui spe ductum esse moleste ferã. Quem autem modum te uidere scripseras: qui nobis utilis fore uideretur: eum nuntiant: qui ueniunt nullum fore. In Trib. Ple. Dess. reliqua spes est. quam si expectaro: non erit: q; putes me causæ meæ: ac uolũtati meorũ defuisse. Quod me sæpe accusas: cur hũc meum casum tam grauiter feram: debes ignoscere: cũ ita me afflictum uideas: ut neminem unquam nec uideris: nec audieris. Nam q; scribis te audire: me etiam mentis errore: ex dolore affici: mihi uero mens itegra est. atq; utinam tam in periculo fuisset: cum ego iis: quibus salutem meam carissimam esse arbitrabar: inimicissimis: crudelissimisq; usus sum: qui: ut me Paulũ inclinari timore uiderũt: sic impulerunt: ut omni suo scelere: & perfidia abuterentur ad exitium meũ. Nũc: quoniã iã est Cizycũ nobis eũdũ: quo rarius ad me literæ perferẽtur: hoc uelim: diligentius oĩa: q̃ putaris me scire opus esse: pscribas. Q. Fratrẽ meũ fac diligas: quem ego miser: si incolumen relinquo: non me totũ perisse arbitrabor. Vale. Non. Sextil.

Exciderit. Per incuriam emerserit. Id si putas. Vt oratio deleatur id faciendo. Minus laboro. Non curo orationem peruagatam esse. Sidona. Sitoniam emendant / uel Sitona. Vrbs est Thraciæ contermina Macedoniæ. Plinius lib. quarto Sitonios i Thracia ponit Orphei uatis genitores. Istic. Romæ. Hic. Thessalonicæ uel Sitoniæ.

Sidon. Sitonia.

¶ Argumentum.

QVER elarum & desperationis perinde Epistola plena & lachrymis

¶ Interpretatio.

qVOD AD TE. Alteri me / oculis cariorem. Perinde habebo. In hãc partem accipiam / non aliter credam. Longinqui. Protractum fuisse in longum tempus ad ærumnas: quas subita morte fugere potui. Ductum. Illectum: prouectum. Mentis errore. Allucinatione animi ac dementia.

Impulerũt. In præceps: q labẽti manum porrigere debuerunt. Perfidia abuterentur. Immo si de. abutimur proprie bonis: malis similiter abutimur / exercẽdo mala: quæ premere ne possent mori debueramus. Quid sit uti & frui legẽ Augustinum in libro octuaginta trium quæstionum. Et nos alibi sup his multa / Quid enim opus ẽ toties ista repetere: κράμβη θάνατος dicunt græci / de his qui usq; ad nauseam garriunt ad aurem & tiniunt. Significat p uerbium brassicam repetitam interimere / cui sic allusit satyrus. Occidit miseros Crambe repetita magistros. Ligurino loquaciores nõnulli / & stantem circũuenitunt / & cacantem / poeticuli pte lectim / & heliconiadum stercora: qui uersibus male natis aures nostras inebriant.

Vti. Abuti.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

EX tuis literis plenus sum expectatióe de Pópeio: quidná de nobis uelit: aut ostẽ dat. Comitia.n.credo eẽ habita. quibus absolutis scribis illi placuisse agi de nobis. si tibi stultus esse uideor: qui sperem: facio tuo iussu: et scio te me us epistolis potius: & meas spes so litũ esse remorari. Nũc uelim mihi plane perscribas: quid uideas. Scio nos nostris multis peccatis in hác erũnam icidisse. ea siqui casus ex parte correxerint: minus moleste feremus nos uixisse: et adhuc uiuer. Ego propter uię celebritatem: et quotidianam expectationẽ rerum nouarũ nõ cõmoui me adhuc Thessalonica: sed iam extrudimur: non a Planco (nam is quidem retinet) uerũ ab ipso loco minime apposito ad tolerandá in tanto luctu calamitatem. In Epeirũ igitur: ut scripserá: non iui: quod subito mihi aduersi nũtii uenerát: et lrǣ: q̃re nihil eẽt necesse quáproxime Italiá eẽ. Hinc si qd a Comitiis audierimus: nos in Asiá cõuertemus. neq; adhuc stabat: quo potissimũ. sed scies. Vale. XII. Cal. Sextil. Thessalonicæ.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

ACcepi Idi. Sextil. quatuor epistolas a te mihi missas. unam: qua me obiurgas: et rogas: ut sim firmior. alterá: qua Crassi libertũ ais tibi de mea sollicitudine: ma cieq; narrasse. Tertiá: qua demõstras acta i Senatu. et quartá de eo: quod a Varróe scribis tibi eẽe cõfirmatũ de uolũtate Pópeii. Ad primá tibi hoc scribo me ita dolere: ut nõ modo a mẽte nõ deserar: sed id ipsum doleá: me tam firma mẽte ubi utar et quibus cũ nõ habere. ná si tu me uno nõ sine mœrore cares: quid me censes: qui et te: et oĩbus? et si tu incolumis me requiris: quomodo a me ipsam incolumitatẽ desiderari putas? Nolo cõmemorare quibus rebus sim spoliatus: nõ solũ qa nõ ignoras: sed etiá ne scindá ipse dolorẽ meũ. hoc cõfirmo: neq; tantis bonis esse priuatũ quẽquá: neq; in tátas miserias icidisse. Dies aũt nõ mõ nõ leuat luctũ hũc: sed ẽt auget. ná cæteri dolores mitigãtur uetustate: hic nõ põt nõ et sensu præsentis miserię: et recordatõe prętentę uitę quotidie augeri. Desidero.n.nõ mea solum: neq; meos:

Argumentum.

EX TVIS. Rogat Atticũ ut uera perscribat: quæ ideo scire necesse est: quoniam Cizycũ est iturus.

Interpretatio.

TE ME. Solitũ remorari blanditiis Epistolarum. Videas. Futurũ opinens. Casus. Bonus euentus. Correxerint. In melius mutauerint. Planco. Plancio legit Arretinus: pro quo extat Ciceronis oratio in laterensem: quẽ Pláncium seruatorem suũ Cicero uocat/ nisi hic alter sit/ qm̃ Plancius Ciceroni occurrit Virgiliũ declinanti p̃fectum siculũ: qui tempestatem Clodianá uitabũdus: a Sicilia Ciceronẽ arcuit. Apposito. Opportuno. Apposite & appositissime latine dicitur. Varro de re rustica. Maxime ad id pecus appositũ. M. T. in Verrem. Menses mihi tres cum eripuisse/ tis ad agendum maxime appositos. Quam proxime Italiam. Proxime cum quarto casu ponit̃ pro prope. Cicero in Antonium: Operam det ut cũ suis copiis q̃ proxime Italiam sit. Vitruuius p ̄xime calcẽ dixit pro prope. Varro. Villici proxime ianuam cella eẽ oportet. Hinc. A Thessalonica. Si audierimus. Si a uob. literas acceperimus fortuná nostram in pari acerbitate psistere. Sunt qui malunt/ ni aliquid/ hoc est si uidebo uos tacere/ habebo pro infecto. A Comiciis. Post Comicia. Stabat. Decretum erat/ ut. Stat conferre manum.

Proxime.

Stare.

Argumentum.

ACCEPI. Eiusdem fere ppositi literæ. Deploratio opũ suarũ amissarũ.

Interpretatio.

FIRMA Mente. Quin: ut pdiximus in consolatione filiæ in hac electione Cicero gloriat̃ se a fortuna minime fuisse superatũ. Vbi utar. Doleo mihi deesse ubi mẽte utar ualẽre & potẽri. Quibuscũ. Cũ qbus ęmulis uidelicet studiorũ ut solebá. Oibus. Bñuolẽtib. careo. Quõ. Quo ardore. Ne scindá. Iuxta illud Ouid. Vulneraq; imitis requiẽ q̃rentia uexat. Dies. Tẽpus. Tibullus. Ipsa dies homini docuit parere leones. Nõ põt nõ augeri. Dux

abnegatiuæ faciũt unã consentiuã.hoc est ualde augent. Quid.n.sum:In exilio. Marius afferam.Refricẽ. Purgas.Excusas. Catonẽ.Subintellige respõdebo. Sero agimus.Prouerbialiter/sero sapiunt phryges. Crassi libertum.Qui de macie mea rumorem tulit. Sincere.Vere. Non legit:In cõsulem.Quidam codices negationẽ nõ habent.hinc sumũt occasionem nõnulli Consulem designatũ fuisse Curionem:in quem Cicero scripserit orõnem. Prolata. E quibus latebris eruta. Ille.Auxius. Ergo isidet aliquid rubiginis Auxio. Varronis sermo. Habitus a Varrone cũ Põpeio. Cæsaris. Quod in fauorẽ meũ Cæsaris literæ superuenere.Infra.Expectationem nob.nõ paruã attuleras/ cũ scripseras Varronẽ tibi pamicitia cõfirmasse causam nostram Pompeiũ certe susceptturũ: & simulac a Cæsare ei literæ quas expectaret remissæ essent/ auctorẽ eiã daturũ. Verum id nihil fuit. An aduersatæ sunt Cæsaris literæ:Exẽplaria Iani Lamolæ/non Cæsaris/sed celerẽ habẽt. Luxerũt. Paruã lucẽ & significationem amoris euidentissimi dederũt. Peccaui. Accusando te lẽtitudinis ac procrastinationis potius:in piculo meo negligẽtis animi securitue:quod patebit iterius.

sed meipsum. Quid enim sum? sed non faciam: ut aut tuum animũ angam querelis:aut meis uulneribus sæpius manus afferam. nam q purgas eos:quos ego mihi scripsi inuidisse:& i eis Catonem. Ego uero tantum illum puto ab isto scelere abfuisse:ut maxime doleã plus apud me simulationem malorũ:q̃ istius fidem ualuisse. Cæteri: quos purgas: debent mihi probati esse: tibi si sunt. sed hæc sero agimus. Crassi libertum nihil puto sincere locutum.i Senatu rem probe scribis actam.sed quid Curio?an et illam orationem nõ legit?quæ unde sit prolata nescio.sed maximus Auxius eiusdem diei scribens ad me acta non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid prætermittere. Tu nisi quod erat:profecto nõ scripsisti. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. atq3 utinam ipse Varro incumbat in causam.quod profecto cum sua sponte:tum te instãte faciet. Ego si me aliquando uestri:et patriæ compotem fortuna fecerit:certe efficiã:ut maxime lætere unus ex omnibus amicis. meaq3 officia:et studia:quæ parum antea luxerunt (fatendum est enim) sic exequar:ut me ęque tibi: ac fratri: ac liberis nostris restitutũ putes. Siqd in te peccaui:ac potius quoniam peccaui:ignosce.in me enim ipsum peccaui uehementius.neque eo hæc scribo:quo te non meo casu maximo dolore affectũ esse sciam: sed profecto si quantum me amas:et amasti:tantum amare deberes:ac debuisses: nũquã esses passus me:quo tu abundas:egere consilio: nec esses passus mihi persuaderi utile nobis esse legẽ de collegiis proferri. Sed tu tãtũ lachrymas prębuisti dolori meo:quod erat amoris:tanquã ipse ego:qd' meritis meis perfectum esse potuit: ut dies: et noctes quid mihi faciendũ esset:cogitarẽ:id abs te meo:non tuo

Amare debere. Scribe.amare deberes/cognouisses effectu/ re/ experimẽto amare debere. amor sine re manis res & cassa.Prisci tamen codices habent/non amare debere ac debuisses/sed amorem te exhibuisses. De collegiis.Scribendum de collegiis. Tres leges a Clodio latę in perniciem Reip. Annoniana ut populus frumento donaretur:quod paucis pecuniis solebat emi/ & ut non liceret seruare de cęlo:quam esse sublatam Cicero in multis orationibus cõqueritur:dicens illam fuisse fundamentũ Reip. & in quinta Philippica. Ioue tonante cum P.R. agi non esse fas quis ignorat? Tertia lex de collegiis ueteribus restituendis & nouis instituendis/& ait hanc sibi detrimento fuisse/ quia scribit in oratione contra Pisonem. Quo Consule collegia conflata sunt ex fece sceslestissimorum: qui postea Clodium adiuuerunt contra Ciceronem. De secunda inquit Lucanus. Tonat augure surdo. Lachrymas.Non rem & opem præsentem ut debebas exibuisti ac auxilium:ut inquit Plautus: fuit emortuum. Tanq̃ ego. Non secus dolori meo dedisti lachrymas q̃ ego feci. Quod meritis. Si re me nõ iuuisti/nõ tu es in culpa.sed ego/q nũq̃ te mihi deuinxi aliquo beneficio:in quo reddẽdo sollicitus eẽ deberes. Id.Cogitare dies ac noctes de re mea/ac honore meo.Iũge superioribus.

Clodianæ leges.

Scelere. Culpa in hoc loco. barbare hodie dicitur defectus fuit meus. Dicit Cicero nullis meritis se unq̃ Atticū affecisse/ut is dies ac noctes pro declinādis periculis Ciceronis æstuare debeteret. quare scelere suo. i. Ciceronis perisse nō Attici/quod nō ita demeruerat Atticū/nec extabant tāta in Atticum a Cicerone beneficia/aut merita/ut pro eo plura facere teneretur Atticus q̃ fecit.

Sed quisq̃ fuisset. Lege. Sed si quisq; fuisset. Minus liberali. Illiberali. subrustico. Respōso. Plutarchus autumat nullū dedisse responsum Ciceroni Pompeiū. Sed eo p̄ foribus adstante per posticulum abiisse. hinc cōtrariū elicit. Turpissimo. Fugæ qua auctore Plinio Leo nisi in abdito non utitur. Fuga facit quē suspectū inquit iurisperitus. Tu facere. Me a turpissima fuga reuocare. Quod te de priuilegio. Sētit Cicero Senatusconsulto non priuilegio. i. plebiscito uelle reuerti: ut illo tollatur plebiscitū: quo Ciceroni interdictum est aqua & igni: quod non faceret populus/quoniā id esset contra ipsum populū: uidelicet tollere leges populi. Abrogari. Lactantius lib. vi. diuinarum institutionū. huic legi nec abrogari fas est: neq; derogari ex hac licet: neq; tota obrogari potest. Sic corrige Lactātii codicem. nā ubi obrogari scripsimus/propagari legebatur. hic obrogari est noua rogatione tolli. Firmus. Clodius. Quidam codices habent firmū/id uidelicet quod actum erit a Clodio. uel priuilegium quod de me paratur. Quidam legūt firmius. Sin erit. Si erit Clodianus aliquis. Sinat. Priuilegium. Eidem. Non sinenti. Nec quidq̃. Concludit.

Abrogare.
Obrogare.
Lactantius emēdatus.

Lex. Frumentaria/uel ut non liceret seruare de cęlo/uel de collegiis/uel potius lex quā ferebat Milo ut irrita essent quę Clodius egisset. Vt est promulgata. Cū primū ē prolata. In uestitu mutādo. Quod ab hominū memoria pro solo Cicerone mutauit ordo senatorius. Mecū agi. Contēdi. nisi Clodius me accusasset: non mutassem uestimentum.

scelere prætermissum est. quod si nō modo tu: sed si quisq; fuisset: qui me Pompeii minus liberali respōso perterritum a turpissimo consilio reuocaret: quod unus tu facere maxime potuisti: uictores hodie uiueremus. Hic mihi ignoscas. me. n. ipsum multo magis accuso. deinde te: quasi me alterū: et simul meæ culpæ socium quæro. si restituor: etiam minus deliquisse uidebimur. abs teq; certe: quoniam nullo nostro: tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Curione scribis de priuilegio locutum: est aliquid: sed multo est melius abrogari. si enim nemo impediet: sic est firmius. sin erit: qui ferri non sinat: eidem S. C. īterceder: nec quicquam aliud opus est: quam abrogari. nam prior lex nos nil lædebat: quam si: ut est promulgata: laudare uoluissemus: aut ut erat negligenda: negligere: nocere omnino nobis non potuisset. Hic mihi primum nō modo consiliū defuit. sed etiā obfuit. Cæci: cæci inquā fuimus in uestitu mutando: in populo rogādo. quod nisi nominatim mecū agi cœptū eēt: fieri pniciosum fuit. sed pergo prætērita. uerū tamen ob hāc causam: ut siquid ageretur: legē illā: in qua popularia multa sunt: ne tāgatis. uerū ē stultū me præcipere: quid agatis: aut quomodo. Vtinā modo agatur aliquid: in quod ipsa iubeat. multa occultant tuæ literæ. credo ne uehementius desperatione perturber. Quid. n. uides agi posse: aut quō? p Senatū ne? ast tute scripsisti ad me: quoddā caput legis Clodiū in curię poste fixisse: ne referri: ne ue īterdici liceret. qd igit̃ Domitius se dixit relaturū? Quomodo autē iis: quos tu scribis: et de re dicentib. et ut referretur postulātib. Clodius tacuit?

Fieri. A me mutari uestimentum. Perniciosum. Prisci Codices habent/perniciissimi fuit: perniciissimum significat celerrimum. Prætērita. Retractare. Legem illam. Clodiam/quoniam si uniuersam legem tollere uelletis/populus/cuius in ea lege frumentationes continentur: offenderetur. per partes antiquabitur. Stultum. Inconsiderati hominis. Sus mineruam. Aquilam uolare doceo. Verū ē stultū. Hoc totū supuacaneū est. In quod. Beroaldus legit/ni quod. Ego ex cōiectura scribo. utinā modo agaẽ aliquid/qđ ipsa iubeat. lex uidelicet popularis/ne refragatorē uotorū nostrorū populū habeamus. Potes & legere. Vt modo agaẽ aliqđ qđ ipse iubeas: hoc ē uelis. Nā ex etymo græco iubere Plauto & Maroni idē est qđ uelle. Referri. Proponi i senatu/ut hodie dicūt. Dici. Scribe/īterdici legi Clodianę. Id qđ tu scribis. Lege. his quos tu scribis.

Referre.

ac si per populũ: poterit ne n i s i de omniũ tri. ple. sen tentia? quid de bonis? quid de domo? poterit ne resti tui? aut si nõ poterit: egomet quomodo potero? hæc nisi uideris expediri: quam in spem me uocas? sinau tem spes nihil est: quæ est mihi uita? Itaq; ex pecto Thessalonicę acta Cal. Sextil. ex quibus statuam in tuos ne agros cõfugiam: ut neq; uideam homines: quos nolim: et te: ut scribis: uideam: et propius sim: siquid agatur. idq; intellexi: cum tibi: tum Quinto Fratri placere. an abeam Cyzicum? nunc Pomponi: quoniam nil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam: quod aut in me ipso satis esse cõsilii decreue ras: aut te nil etiã mihi plus debere: q̃ ut pręsto esses. quando quidem ego proditus: inductus coniectus in fraudem omnia mea præsidia neglexi: totam Ita liam in me erectam ad me defendendum destitui: et reliqui. me meis tradidi inimicis: in spectãte: & tacen te te: qui si non plus ingenio ualebas: quam ego: cer te timebas tu minus. si potes: erige afflictos: et in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa: id ipsum fac: ut sciamus: et nos aliquando aut obiurgare: aut cõmu niter cõsolari desine. Ego si tuam fidem accusarem: nõ me potissimũ tuis tectis crederem. meã amentiã accuso: quod a te tantũ amari: quantũ ego uellẽ pu taui. quod si fuisset: fidem eãdem: curã maiorem ad hibuisse: me certe ad exitũ pręcipitãtem retinuisses. istos labores: quos nunc in naufragiis nostris suscipis nõ subisses. Itaq; fac: ut omnia ad me perspecta: et explorata pscribas: meq; ut facis: uelis eẽ aliquẽ: quoniã qui fui: et qui eẽ potui: iam esse nõ possum. Et ut his literis: non te: sed meipsum a me esse accu satum putes. Siqui erũt: quibus putes opus esse meo nomine literas dari: uelim cõscribas: curesq; dãdas. Vale. Dat. XIIII. Cal. Septemb. Thessalonicæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TOrum iter mihi incertum facit expecta tio lrarũ tuarũ Cal. Sextil. datarũ: non aliud aliquid. si spes erit: Epeirũ: sin mi nus Cyzicũ: aut aliud quid sequemur. tuæ qdẽ lræ: quo sæpius a me legũtur: hoc spem fa ciũt mihi minorẽ: q̃ cũ lectę sunt. tũ id: qđ attulerũt ad spem: ifirmãt: ut facile appareat te et cõsolationi seruit: et ueritati: idq; te rogo plane: ut ad me: q̃ scis:

Ac si per populũ. Alii legunt, At si. Potuit. Melius cũ antiqs exemplaribus, poterit. Potero. Restitui sine domo. An ego Tro glodyta simrin terræ latibulis ui uã abditus? Propius. Pro pro pe & proxime. nõ est compariuũ. Cæsar. Quod propius hostem ac cessisset. Liuius. Vt propius urbẽ Romã exercitũ admoueret. Ibi dem. Castra propius hostem mo uit. Pomponi. Recurre ad uer bum inferius longe positum, Eri ge afflictos. Mihi. Decreueras. Inductus. Illectus, impulsus. Timebas minus. Proptereaq; fuisset in te plus consilii: quod ti more, amore, ira ppeditur: iuxta illud antiqui poetæ. Timor oẽm mihi sapientiã ex animo expecto rat. Obstructa. Clausa est ois uia salutis. Cõmuniter. Cõmu ni consolatione uius. Curam. Cũ uideres deficere meã. Ali quem. Scribendũ aliquid. Saty rus. Aude aliquid breuib. gya ris: & carcere dignum si uis esse aliquid: hoc est alicuius ptii. τό τι græci dicunt. Persius. Se se aliqd credens italo quod honore supi nus. Si q erũt. Habe indicium me nõ eẽ iratũ tibi, quod ut ante cõsiliũ in rebus meis a te peto.

Propius.

Aliquid.

¶ Argumentum.

MOTVM. Epistoliũ q° amicũ rogat ut uetiora q̃ auditu speciosa: scri bat: nec magis spei q̃ rei seruiat.

¶ Interpratio.

ITER. An eã Cizycũ an alio. Nã aliud ali quid. Aldus superioribus hoc collon annectit, & legit. Nõ: hoc sensu. nihil aliud incertũ red dit iter nostrũ q̃ tuę literę. Epi rum. Subintellige, mouebimus: proficiscemur. Quam cum la tæ sunt. Quæ cũ recenter eas le ui & aperui. Tum id. Præte rea. Infirmant. Diminuunt. Seruire. Miscere dulcia ueris.

Vterũt. Prout se habebũt. Quæ putabis. Me scire oportere. Ita scribas. Vt erũt nihil iter (pollãdo.

¶ Argumentum.

QVINTO Fratri metuit ex tristibus nũtiis. Timet Appiũ. Rogat ne in medio mari nauem deserat.

¶ Interpretatio.

EX ANTE Diem. A pridie Non. usq; ad pridie Kal. Ego aũt diei ei ueniens. Scribo ex antiqs codicib. Ego aũt id diei ueniebã. Hoc sensu. Ego illa die ueniebã ad Regulũ. uenienti occurrit missus a Regulo Liuinus. Nuntiauit factã mentionem. Sibi quod aliqua tristities euenerit Fratri uel Romæ unde Leuinus ueniebat. Sermonẽ. Quod ea quæ Leuinus referebat pedebãt: ac originẽ ducebãt ex sermone quẽ Regulus uel Leuinus habuere cũ Clodio filio: qui scire debuit ut filius paterna negocia: & ea pueriliter apuisse Leuino. Hic est ille Clodius, cui togatu Antonii Cicero pepeit duces nõ oportere psequi paternas inimicitias. Extat utraq; Epistola. Is. Liuinus. Puen. Statores. Explorãtas. Vacuas timore. Appii. Refertur queriturq; ab Appio de cã mea: quem puto inimice renũtiaturũ. hic inimicus uidebatur Ciceroni: quem Lactãtius lib. vi. inquit facũdiã Ciceronis appellasse caninam. hunc Cicero mirifice subsannat ĩ Epistolis ad. Q. Fratrem. Lãguidiora. Infirmiora. Ad te. In Epirũ. Facis. Nõ mirris. Expectas. Stimulum. Tantum. Modo.

Clodius filius.

ut erũt: q̃ putabis: ita scribas. Vale. Dat. XII. Cal. Septẽb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

DE Quinto Fratre nuntii nobis tristes: nec uarii uenerant: et ante diem Non. Iun. usq; ad prid. Cal. Septẽb. Ego aũt id diei ueniebã i. M. Reguli. Liuinus ad me a Regulo missus uenit. is omnino mentionẽ nullam factam esse nuntiauit. sed fuisse tamen sermonẽ de. C. Clodii filio: isq; mihi tum a Fratre literas attulit. Sed postridie Sextii pueri uenerunt: qui a te literas attulerũt: non tam exploratas a timore: q̃ sermo Liuini fuerat. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus: et eo magis: q; Appii quæstio est. Cætera: quæ ad me eisdẽ literis scribis de nostra spe: intelligo esse languidiora: q̃ alii ostendũt. Ego autem: quoniam non longe ab eo tempore absumus: in quo res diiudicabitur: aut ad te conferam me: aut etiam nunc circum hæc loca cõmorabor. Scribit ad me Frater oĩa sua per te unum sustineri. Quid te aut horter: quod facis: aut agam gratias: quod non expectas? tantum uelim fortuna det nobis potestatẽ: ut icolumes amore nostro pfruamur. tuas literas semp maxime expecto: in qbus caue: ne aut diligẽtia tua mihi molesta: aut ueritas acerba sit. Vale. Dat. prid. Non. Septẽb.

¶ Argumentum.

EXPEctationem. A Varrone lætã nũtiantur. Põpeii fauorẽ pollicere nec nõ Cæsaris. Ab Attico tñ nõ ita.

¶ Interpretatio.

PRO Amicitia. Pro iure amoris mutui. Susceptorũ. Nũc barbare dicit supra se uel in se capturũ. Auctorẽ. Peculiatẽ defensorẽ causæ meæ: aliquẽ senatorẽ ac patronũ: q tutor esset causæ Ciceronianæ: cũ Cæsar abesset. Verũ id. Boni codices hñt: utrũ id nihil fuit: p infrogatione. possemus defendere, uerum hoc sensu. Certe hoc nihil fuit. Aduersatæ. Nobis, a qb. fauorẽ spabamus. Eũdem. Varronẽ. Secundum comicia. Post Comicia consulatia. Fac. Auxilis p repetitionẽ addẽs sponte currẽti calcaria. Fac fac me de tota causa certiorẽ. Si uides. Interpositio, si pro qa.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

EXpectationem nobis non paruam attuleras: cum scripseras Varronem tibi pro amicitia confirmasse: causam nostram Pompeium certe suscepturũ: et simulac a Cæsare ei literæ: quas expectaret: remissæ essent: auctorem etiam daturum. utrum id nihil fuit? an aduersatæ sunt Cæsaris literæ? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras eundem secundum Comitia dixisse. Fac: si uides quantis in malis iaceam:

et ſi putas eſſe humanitatis tuę: me fac de tota cauſa noſtra certiorem. nam Quintus frater homo mirus: qui me tam ualde amat: omnia mittit ſpei plena: me tuens credo defectionem animi mei. tuæ autem literæ ſunt uariæ. neq; enim me deſperare uis: nec temere ſperare: Fac obſecro te: ut omnia: quæ a te proſpici poſſunt: ſciamus. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVod eiuſmodi mihi literæ a uobis afferebantur: ut aliquid ex iis eſſet expectandum: ſpe, et cupiditate Theſſalonicæ detentus ſum. poſteaquã omnis actio huius anni confecta nobis uidebatur in Aſiam ire nolui: quod celebritas mihi odio eſt: & ſi fieret aliquid a nouis magiſtratibus: abeſſe longe nolebam. Itaq; in Epeirum ad te ſtatui me conferre. non quo mea intereſſet loci natura: qui lucem omnino fugerem: ſed ut ſaltem libentiſſime ex tuo portu proficiſcar: et ſi ea præciſa erit: nuſquam facilius hãc miſerrimam uitam uel ſuſtentabo: uel, quod multo eſt melius: abiecero cum paucis: multitudinem dimittam. Me tuæ literæ nunquam in tantam ſpem adduxerunt: quantam aliorum. attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit: q̃ tuæ literæ. Sed tamẽ: quoniam cœptum eſt: age quoquomodo cœptum eſt: et quacũq; de cauſa: non deſeram: neq; optimi: atq; unici fratris miſeras: atq; luctuoſas preces: nec Sexti: cæterorumq; promiſſa: nec ſpem ærumnoſiſſimæ mulieris Terentiæ: nec miſerrimæ mulieris Tulliolæ obſecrationem: et fideles literas tuas. mihi Epeirus aut iter ad ſalutem dabit: aut, quod ſcripſi ſupra: te oro: et obſecro T. Pomponi: ſi me ampliſſimis: chariſſimis: iucundiſſimisq; rebus perfidia hominũ ſpoliatum: ſi me a meis cõſiliariis proditum: et proiectum uides: ſi intelligis me coactum: ut ipſe me: et meos perderem ut me tua miſericordia iuues: et Quintũ Fratrem: qui poteſt eſſe ſaluus: ſuſtentes. Terentiam: liberoſq; meos tueare: me: ſi putas te iſtic uiſurum: expectes. ſi minus: reuiſas, ſi potes: mihiq; ex agro tuo tantum aſſignes: quantũ meo corpore occupari poteſt: et pueros ad me cum literis quãprimum et q̃ ſæpiſſime mittas. Vale. XVI. Cal. Octob.

Et ſi putas. Si ad humanitatẽ tuã ſpectare uides: ſpectabat.n. nec humanus ſi ſecus feciſſet poterat eſſe Titus. Mirus. Mirificæ pietatis ac ſpei. Defectionẽ. Exanimantẽ mollitiem ne tantis perdurem mœroribus.

¶ Argumentum.

ROGAT Atticum ne ĩ duris fortunæ caſib. ab amore deſciſcat. Se non fraudaturum uxoris ac filiolæ uota, in utraq; manſurum, etiam in Epirum uenturum: ubi terrã pro tumba ſibi aſſignari rogat.

¶ Interpretatio.

CONFecta. Cõſummata ſine mentione rei noſtræ. Celebritas. Hominum frequentia. Loci natura. Amœna, qui omnem amœnitatem fugito. Lucem. Delitias & tẽpe qualia ſunt epirotica iſtęc tua. Proficiſcar. Romã redeã.

Si ea præciſa. Si profectio, rediruſq; denegabitur. Quoquomodo. Vel bono conſilio uel malo. uel ſi fruſtra ſperemus, uel nõ ſperemus. Sexti. Seſtius reditũ pollicebatur per ſenatuscõſultũ. uel bona per quandam rogationem: quod nõ ſatis dignitatis habebat. lege Epiſtolam ſequentẽ.

Quod ſcripſi ſupra. Subintelli ge miſerrimam uitam abiecero.

Te oro. Principium clauſulæ patheticum. Occupari. Corpore poſſideri. Sepulchrum emendicat ac eblanditur. O genus calamitatis peracerbum. Innuit ſibi breui uelle mortem conſciſcere. Quod qui facit merito a noſtris theologis non pleno ore laudaſ: quod uidens epigrãmaticus poeta ſic cecinit. Rebus in aduerſis facile eſt contemnere uitam: Fortiter ille facit qui miſer eẽ poteſt. Si quidem in Phalandis Tauro uir ſapiens miſer eſſe non poteſt: non in Eculeo, non in rota: non ĩ igne gręcienſi, ſemper eodẽ uultu eſt ſapiẽs, ut erat Socrates quẽ Xãthippe uxor ſemper dicebat, domo exeuntẽ & reuertentẽ: eodẽ uidiſſe uultu. Et.n. iſta illũ: ut teſtaſ Seneca: Telũ omne cadit.

¶ Argumentum.

CECILIVS Homo p diues etiã fœnerator Titũ Pomponiũ reliquit heredem: qui in nomen hereditario iure successit. Sunt qui Epistolã cõmuni nomine pscribi uolunt/ad Atticũ & ad .Q. Fratrẽ/qui tñ Atticus Quintus Cecilius dicebatur/pp ius hereditatis: in quod ab obitu Attici successit: quod Cornelius Nepos docet/& Valerius lib. septimo sic .Q .Cecilius .L. Luculli prõptissimo studio: maximaq; liberalitate & honestũ dignitatis gradũ & amplissimũ patrimoniũ cõsecutus/cum præ se semp tulisset unũ illũ sibi esse hæredẽ: moriẽs etiã annulos ei suos tradidisset/Põponiũ Atticũ testamẽto adoptauit/omniũ que bonorũ reliqt heredẽ. Sed fallacis & insidiosi cadauer populus Romanus ceruicib. reste circũdatũ p uiã traxit. Itaq; nefarius hõ filiũ quidẽ & heredẽ habuit quẽ uoluit/funus aũt et exeqas quales meruit. Nepotis uerba sunt hæc. Habebat auũculũ .Q. Ceciliũ equitẽ Romanũ/familiarẽ .L. Luculli/diuitẽ/difficillima natura: cuius sic aspirarẽ ueritus ẽ/ut quẽ nemo ferre posset: huius sine offensione ad sũmã senectutẽ retinuit beneuolentiã/quo facto tulit pietatis fructum. Cecilius.n. moriẽs testamẽto adoptauit eũ: heredẽq; fecit ex dodrante. Ex q̃ hereditate accepit circiter Cẽties sestertiũ. Sunt q ita scribendũ putent .Q. Cecilio & .P. Attico. Quasi. Fratri/ut pnoie innuat hereditatẽ creuisse Titum.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

A Cæcilio .Q. Fratri: & .P. Attico: quod quidem ita esse: et auunculũ tuum functũ esse officio: uehemẽtissime probo. gaudere me tum dicã: si mihi hoc uerbo licebit uti. me miserũ: q̃ omnia essent ex sentẽtia: si nobis animus: si consilium: si fides eorum: quibus credidimus: nõ defuisset. quæ colligere nolo: ne augeam mœrorem. Sed tibi in mentẽ uenire certe scio: quæ uita eẽt nostra: quæ suauitas: quæ dignitas: ad quæ recuperãda per fortunas incũbe: ut facis. diẽq; natalem reditus mei cura: ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum: et cum meis. ego huic spei: & expectationi: quæ nobis proponitur. maxime tamen uolui præstolari apud te in Epeiro. sed ita ad me scribitur: ut putem esse cõmodius nos eisdem in locis esse. De domo: & Curionis ratione: ut scribis: ita est. in uniuersa salute: si ea modo nobis restituatur: inerunt omnia. ex quibus nihil malo: q̃ domũ. sed tibi nihil mando nominatim. me totũ tuo amori: fideiq; cõmendo. Quod te in tanta hæreditate ab omni occupatione expedisti: ualde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam salutem pollicẽris: ut oĩbus rebus a te preter ceteros iuuer: id quãtũ sit presidiũ: uideo. itelligoq; te multas partes meç salutis et suscipe: et posse sustinere: neq; ut ita facias: rogãdũ esse.

¶ Interpretatio.

QVOD Quidẽ ita esse. Te uidelicet ex Attico factũ eẽ Ceciliũ/hoc ẽ/Te adiisse Cecilianã hereditatẽ: uemẽtissime probo. Sunt q ptinacissime cõtendant hoc totũ .Q. Cecilio .Q. Fratri & .P. Attico: quod qdẽ ita eẽ/eradi oportere: exsecariq; ut strumã a corpore Tulliano/nec nõ copulatiuã &/ut hoc sit Epistolæ dignum Cicerone principiũ. Auũculũ tuum functũ esse officio: in quorũ numero nos olim fuimus: nec pœnitet. Beroaldus tantum delet duo uerba interposita .Q. Fratri/ad cætera cõniuet/nec displicet.

Functũ officio. Te ex dodrãte hæredẽ reliqsse. Probo. Laudo. nõ dixi gaudeo quod letitia a nobis abest. Licebit. Cõcesso reditu/i quo fortunæ uniuersæ nostræ sitæ sunt. Credimus. Scribendum credidimus. Per fortunas. Mos antiquorũ perelegans adiurandi ac supplicandi. ut per oculos dicimus/per genium/per liberos/quibus usi sunt architecti uerborũ lepidissimi: & inferius idem Tullius. Natalem. Renascetur.n. cum redibit/cum exilium sit mortis instar. Certe: quod magnæ Ciceronis felicitati adscribendum est/natali suo ac filiæ reditũ impetrauit. In tuis. Ciceronis ædes conflagrarunt inicientibus ignem Clodianis. Præstolari. Præsto esse/noluit dicere. Oratione. Scribendũ rõne. hoc est modo: quo uti uolebat Curio in reducendo Cicerone. In uniuersa salute. Impetrata salute uniuersali/singula queq; cõsequar. Detur salus/oĩa faciliter cõsequẽtur. Omnia. Bona. Nominatim. Præcise: ut dicis: cũcta administra. Occupatiõe. Litibus & trichis: quæ animũ liberũ occupare possent. Presidiũ. Magnũ uidelicet & potẽtissimũ.

Per fortunas.

Quod me uetas quicq̃ suspicari accidisse ad animũ tuum: quod secus a me erga te commissum: aut prætermissum uideretur: geram tibi morem: & liberabor ista cura. tibi tamen eo plus debebo: quo tua in me humanitas fuerit excelsior: q̃ in te mea. uelim quid uideas: quid intelligas: quid agatur: ad me scribas: omnesque ad nostram salutem adhortere. Rogatio Sestii: neq; dignitatis satis habet: nec cautionis. nam et nominatim ferre oportet: et de bonis diligentius scribi: et id animaduertas uelim. Vale. IIII. Non. Octob. Thessalonicæ.

Quod me uetas. Propter uerba superius posita ubi dicebat Cicero scelere suo pretermissum e͂e ne Atticus dies ac noctes de Cicerone subleuando cogitaret.

Nominatim. Nominando singula quæ Sestius ut facilius obtineret, tacere uolebat. De bonis. Dilapidatis a Clodio. Diligentius scribi. Notari: ut dicitur: singillatim, utpote, domus restituatur Ciceroni: uillæ dirutæ, hæc et illa bona dilapidata restituantur. Id animaduertas. Ne hoc contemnas imprimis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

¶ Argumentum.

TRIGINTA. In Epirũ festinanter conscendere uult ut illic euentũ causæ pręstoletur.

Triginta dies erãt ipsi: cum dabam has literas: per quos nullas a uobis acceperam. mihi autem erat in animo iam: ut antea ad te scripsi: ire in Epeirum: et ibi omnẽ casum potissime expectare. Te oro: ut siquid erit: quod perspicias: quancũq; in partem: q̃ plenissime ad me scribas: et meo nomine: ut scribis: literas: q̃bus putabis opus e͂e: ut des. Vale. V. Cal. Nouẽb.

¶ Interpretatio.

ERANT ipsi. Beroaldus scribit, erant lapsi. Olim legebam, ierant, Cum ipse, hoc est, sponte mea.

Omnem causam. Vniuersum finem causæ meæ. Prisci codices habent. omnem casum, omnem uidelicet aleam fati. Vt des. Literas oro.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

¶ Argumentum.

ET SI Dilig. Monet Atticum ut occupationi isti admonendi quid fiat in urbe Ciceronẽ, cuncta in secũdis curis habeat.

At si diligenter ad me Quintus Frater: et Piso: quæ essent acta: scripserãt: tamen uellem tua te occupatio nõ impedisset: quo minus: ut cõsueuisti: ad me quid ageretur: et quid intelligeres: perscriberes. me adhuc Plãcius liberalitate sua retinet iam aliquoties conatum ire in Epeirum. spes homini est iniecta nõ eadẽ: quæ mihi: posse nos una decedere. quam rem sibi magno honori sperat fore. sed iam cum aduentare milites dicantur faciendum nobis erit: ut ab eo discedamus. quod cum faciemus: ad te statim mittemus: ut scias: ubi simus. Lẽtulus suo in nos officio: quod et re: et promissis declarat: etiã literis spem nobis nonnullam affert Pompeii uoluntatis. sępe enim tu ad me scripsisti eum totum esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater: quantum speraret: perfectũ esse per te. mi Pomponi pugna: ut tecũ: et cum meis mihi liceat uiuere: et scribe ad me omnia. premor cũ luctu: tum desiderio omniũ rerum: quæ mihi me chariores semper fuerunt. cura: ut ualeas.

¶ Interpretatio.

OCCVpatio. Qualis & quãta esse potuit in eo: qui centies mil. hæres erat. Intelligeres. Præsagires. Erat. n. Atticus: auctore Nepote: & alibi. M. Tullio, mente p̃saga. Plancius. Qui Ciceronẽ duxit in questoriani, miscuit cũ eo lachrymas, fortunas, opes. Plancius.

Non eadem. Qui portum fortunarum mearum despondeo.

Decedere. Abire: discedere. familiaris uox Ciceroni. Dicentur. Scribe dicantur. Pompeii. Fauotis Pompeiani. Eum. Põpeiũ. Illius. Lentuli. Pugna. Enitere: elabora: perfice.

¶ Argumentum.

DIREXIT Iter Dirachiū uersus ingratā ciuitatem: a qua reiectus est ut ipse sic alibi. Dirachiū quod erat in fide mea contendi: quo cū uenissem/cognoui id quod audieram: refertā esse græciā sceleratissimorū hominū ac nefariorū: qui anteq̄ de meo aduentu audire potuissent/cum tū abessent aliquorū dierū uiam in Macedoniā ad Planciūq; perexi. Perdiu. Diutissime/longo tempore. Superiora. Superiorem Epistolam. Quoquomodo. Alii codices habēt/cuiusmodi. Ego. Expecto aut rem. i. restitutionem meā: aut si illa citra non erit: neq; spem expecto. i. despo prsus: recusoq; spe uana me ulterius ali.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EGo q̄ per Thessaliā si irem in Epeirū: pdiu nihil eram auditurus: & q̄ mei studiosos habeo Dyrrachinos: ad eos perexi: cum illa superiora Thessalonicæ scripsissem. inde cum ad te me cōuertam: faciam: ut scias. tuq; ad me uelim omnia q̄ diligētissime: quoquomodo sunt: scribas. Ego iā aut rē: aut ne spem quidē expecto. Vale. VI. Cal. Decēb. Dyrrhachii.

¶ Argumentum.

AD Quintū. Docet Atticum Tribunorū errorem in rogatiōe de reditu. ṗterea monet quo pacto abrogari lex Clodiana possit/& si se piat se/difficultateq; abrogandi muniat/quoniā id obseruari non solet. Tota Epistola hinc pēdet: Octo tribuni supioris anni de reditu Ciceronis legē tulere: ut ueriti uiderentur pœnā: quam abrogatoribus legis præscripserat Clodius. Id malo cōsilio factū improbat Cicero/quoniā subesse malitiā putat/dum uerentur id/quod uereri nō debent/quod uidelicet est deterrere successores ne sacro sancto manus inferant: a quo ipsi caute abstinuerunt.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD quintum Cal. Decēb. tres epistolas a te accepi: unam datam ad. VIII. Cal. Noueb. in qua me hortaris: ut forti animo mensem Ian. expectem: eaq;: quæ ad spem putas pertinere de Lentuli studio: de Metelli uoluntate: de tota Pompeii ratione pscribis. in altera Epistola præter consuetudinem tuam diem nō adscribis: sed satis significas tempus. lege enim ab octo Tr. Pl. promulgata: scribis te eas literas eo die dedisse: idest ad. IIII. Cal. Nouemb. et quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse: scribis. in quo si hæc iam nostra salus cum hac lege desperata erit: uelim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligētiam miserabilem potius: q̄ ineptam putes. sin est aliqd spei: des operā: ut maiore diligētia posthac a nostris magistratibus defendamur. nam ea uetus Tr. pl. rogatio tria capita habuit. unū de reditu meo scriptū incaute. nihil. n. restituitur præter ciuitatē: et ordinē: qđ mihi pro meo casu satis est. sed q̄ cauēda fuerint: & quō: te nō fugit. Alterū caput ē tralatitiū

¶ Interpratio.

METELLI. In nōnullis exēplaribus legit Marcelli. Ratione. Voluntate. Promulgata. Edita de reditu Ciceronis. A nostris. Tribunis seq̄ntis anni amicis. Veterū. Octo. Ordinē. Eq̄strem: uel senatorium. Pro meo casu. Barbare nūc dicit/cōsiderando iacturā meā. Tralititiū. Scribe Tralatitiū/hoc est in hoc loco: in formulā legū translatū & trāscriptū: uñ decreta trallatitia apud Tranquillum/ut apud eundem Trallatitiæ postulationes et breues: quæ longis opponuntur: ut multi sentiunt. Asconius Pedianus in Verrinis inquit/edictum translatitium esse/non nouum nec nuper inuentum/sed aliunde translatum. Tranquillus in Augusto. Marco Antonio consule/quem uel præcipuum adiutorem sperauerat/ac ne publicum quidem & trallatitium impartiente/ubi trallatitium indifferētem: promiscuum/non intimū intelligit aut sincerum. Plinius in. vii. Trallatitiū est in Aegypto & octauo gigni/illic significat indifferens atq; promiscuum. Pro cōmentitio ponitur libro tertio Epist. fami. hoc uero ex quo suspicio nata est me exquisisse aliquid in quo te offenderem/tranlatitium est.

Tralatitiū.

De impunitate. In hac octo tribunorũ lege cõtinebatur hoc caput. Si abrogãdo legem Clodianã aliquo modo peccatũ fuerit ab octo tribunis/quod impune sit abrogantibus. Improbat hanc ueniæ petitionẽ Cicero/quoniã sanctã ac tectã Clodii legẽ esse/tacite significãt. Si quid. Aliquo/modo. Erogatũ. Scribendũ/ergo factũ. Ergo correptũ significat idem quod apud græcos οὖν producte idem quod χάριν hoc est gratia/cum scilicet gratia intelligitur pro causa. Sed illud superius etiam sine exemplis notũ est/hoc inferius sic sumitur/cum dicimus de aliquo. Statua Donatus ẽ honoris uirtutisq; ergo. l. cã. Pompeius auctor. Liuius lib. viii. de secũdo punico bello. Coronã auream in Capitolio uictoriæ ergo ferre.

Ergo

de impunitate: siquid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Tertiũ caput: mi Pomponi: quo cõsilio: & a quo sit inculcatum: uide. sis enim Clodium sanxisse: ut uix aut omnino nõ posset: nec per Senatũ: nec per populum ĩfirmari sua lex. sed uides nũq̃ esse obseruatas sanctiones earũ legum: quæ abrogarẽtur. nam si id esset: nulla fere abrogari posset. neq; enim ulla est: quæ nõ ipsa se sepiat difficultate abrogationis. sed cum lex abrogatur illud ipsum rogatur: quomodo ea abrogari oporteat. Hoc cũ re uera ita sit: & cũ semper ita habitũ: obseruatũq; sit: octo nostri. Tri. Ple. caput posuerunt hoc: siquid in hac rogatione scriptum est: quod per leges Pl. ue. scita S. C. hoc est quod per legẽ Clodiam promulgare: abrogare: derogare: obrogare sine fraude sua non liceat. non licuerit. quod qui promulgauerit: derogauerit: ob eam rem pœnæ multa: ut sit. C. M. hoc in illis Tri. Ple. non lędebat. Lege enim Collegæ sui nõ tenebantur: quo maior est suspitio malitiæ alicuius: cũ id: quod ad ipsos nihil ptinebat (erat aũt contra me) scripserũt: ut noui Tr. Pl. si eẽnt timidiores multo magis sibi eo capite cauẽdũ putarẽt. neq; id a Clodio prętermissum ẽ. dixit. n. in cõcione ad. III. No. Nouẽb. hoc capite designatis Tri. Pl. rescriptũ esse: qd liceret. tñ ĩ lege nulla eẽ eiusmodi caput re nõ fallit. qd̃ si opus eẽt: oẽs ĩ abrogãdo uterenẽ. Numiũ:

Inculcatũ. Interposi/tum. Sãctiones. Institutionest decreta. Si id esset. Si sanctiões obseruarẽtur. Posset. Quoniã est armara legibus prohibẽtibus abrogationẽ. Sepiat. Muniat. Difficultate. Vallo abrogationis/ne uidelicet abrogari possit. Abrogaretur. Scribendũ abrogatur. Ea. Lex prima munira sanctiõibus abrogationem inhibentib. Abrogari oporteat. Scribendum/abrogatur. Ea. Lex prima munita sanctionibus abrogationẽ inhibẽtibus. Abrogari oporteat. Scribendum nõ oporteat interposita negatione. Aldus legit sic. Illud ipsum rogatur quomodo abrogari oporteat hoc sensu. Cum lex tollitur: imprimis ita rogatur. Vultis iubetis ne quirites ut lex ista abrogetur. Hoc quod re uera ita sit. Scribendum. Hoc cũ re uera ita sit. Si octo. Legẽdũ/sit/cur octo. Caput hoc. Vt liceret abrogare/quod ẽ superuacaneum/cum in rogatione ponatur. Sed dubito ne posuerint ob hoc unum ut canes dormientes excitent. Si quid in hac. Hoc erat caput octo tribunorũ: quo impunitatem abrogandi lenocinabantur. Per legem Clodiam. Per uerba quæ inerant legi Clodiæ: quibus eam Clodius sepiebat. Promulgare. Publicare. Abrogare. Prorsus tollere. Derogare. Detrahere. Obrogare. Infirmare. Sine fraude: Sine dãno mulcta/pernicie. Quod uel qui. Vel est supuacaneũ quod sanxerat Clodius. Promolgauit derogauit. Prisci codices habent. Promulgauerit uel derogauerit. Sed difficultas in sanciendis legibus cum decoro prætereitur. Pœnę mulcta ut sit. Pœna mulcta ue sit centum millium/subintellige nũmum. Hoc. Sanctiones istæ Clodianæ. In illis Tr. plebis. Circa Tribuños huiusmodi. Alii codices habent. Illos Tri. plebis non ledebat. Lege collegii. vi. iure: dignitate magistratus sui nõ tenetur Tribunus sequens siue succedẽs ius priori reddere. Est. Mihi. Alicuius. Ne qui prætendebant iuuare uelle/nocerẽt. Et affert suspicionis causam. Id. Caput de impunitate. Erat contra me. Caput illud/quo impunitatem sibi procurabãnt: ut deterrerent adiuuare uolentes. Vtendum. Scribe cauendum. Id. Caput impunitatis. Prætermissum. Iactauit se caute fecisse. Præscriptum. Limitatum/denuntiatum usq; quo liceret, attentare. Hoc capite. Hoc titulo legis abrogationem tollẽtis. Eiusmodi caput. Vt abrogandi uenia petatur/& tamen non obseruatur. sed licenter abrogatur. Quod si opus esset. Scribendum. Quod si opus esset/omnes in abrogando uterentur. Numiũ ac cæteros fugerit inuestiges uelim.

Sanctiões

Sic Aldus legit/idq recte. Sed ego mallo M ũmiũ ex priscis exemplaribus. Fugerit. Latuerit. an hæc Mũmius ignorauerit quæ norunt omnes. Quis attulerit. Quis huius capitis fuerit in/uentor. Non dubitarint. Prius cum isti dubitent. Caput. De abrogatione. Non putabãt. Negatio interradenda est ac expungenda. Putabant. Octo tribuni. Et iidem. Quidam codi ces habent & ideo. Cauti. Ironia. Fuerunt. Vt exciperent. Id metuerent. Pœnam illius ca/pitis incurrere. Soluti cum essent. Cum liberam facultatem haberẽt: nec tribunus a tribuno pu niri ac plecti posset. Quod. Pę nã illius capitis incurrere. Lege tenẽtur. Subsunt legibus ut ego.

Nouos ferre. Nollem nouos Tribunos legem de reditu meo cum illo capite ferre. Sed per/ferant. Irati ac stomachantis ora/tio abrupta. uel male/dũmodo ci to faciant. Anastrophe est. Quid libet perferãt/dũmodo perferãt. Alii nulla necessitate cogente e/mendant. Sed perferant qdlibet: modo quid perferant. Modo res. Dũmodo reditus. Confi/ciat. Scribendũ cõficiatur. Re desperata. Causa mea non impe/trata. Legas. Ista. Vt hæc mea. Subintellige/uereor. Quæ rẽ. Nostram. Operam. Officiũ: curam. Distinere. Impedire.

Distinere.

Spes studiis. Scribẽdum. spes posse studiis. Perfringãtur. Dif ficultates omnes. Aliqui perfrin gatur: aliqui perficiatur legunt.

Incũbas. Hoc negociũ urgeas. Grauius. Letalius. Consule/re. Constituere/decernere. De se. De uita sua. Expediat. Vti/le sit. Misello. Verbum pathe/ticum. Inuidiã. Odiũ. Tue/re. Protege. Primorũ. Kalẽ. Ia/nuarii. Nũtios. Sinistros. Ex cepero. Audiero. Initia dede/rint. Vt principium rei incohatæ se habuerit.

Misellus.

¶ Argumentum.

ANTEA. Cum Tribuni prohiberent aliquid decerni donec actũ de reditu Ciceronis esset: Atticus & Quintus cesserunt consulibus ut prouincias sortirentur/quod Ci/cero sibi & causæ suæ pniciosum fuisse scribit.

¶ Interpretatio.

COSS. Prouincias orna tas. Scribẽdum Consu/les prouinciis ornatos.

ac cæteros fugerit: inuestiges: uelim: et quis attule/rit: et quare octo Tri. Ple. ad Senatum de me referre non dubitarint. Siue q obseruãdum illud caput pu/tabant: et ideo in eo rogãdo tam cauti fuerunt: ut id metuerent: soluti cũ essent: quod ne iis quidem: qui lege tenẽtur: est curandum. Id caput sane nolim no/uos Tri. Ple. ferre: sed perferãt modo quidlibet. uno capite quo reuocabor (modo res cõficiatur) ero con tentus Iamdudum pudet tam multa scribere. uereor enim ne re iam desperata legas. et hæc mea diligen/tia miserabilis tibi: aliis irridenda uideatur. Sed si est aliquid in spe: uide legem: quã. T. Fadio scripsit. T. Visellius. ea mihi perplacet. nam Sestii nostri quã tu tibi probari scribis: mihi non placet. Tertia est episto la prid. Id. Nouẽb. data. in qua exponis prudenter: et diligenter quæ sint: quæ rem: operam ue distinere uideantur: de Crasso: de Pompeio: et ceteris. Quare oro te: ut: siqua erit spes posse studiis bonorũ: autho ritate multitudinis comparata: rem confici: des ope/ram: ut uno impetu perfringantur. In eam rem incũ bas: et cæteros tu excites. Sin: ut ego perspicio: tum tua coniectura: tum etiam mea: spei nihil est: oro: ob testorq te: ut. Q. Fratrem ames: quem ego miserum misere perdidi. ne ue quid eum patiare grauius con/sulere de se: quam expediat sororis tuæ filio. Meum Ciceronẽ: cui nihil misello relinquo præter inuidiã: et ignominiam nominis mei: tuere: quoad poteris. Terentiam unam omnium erumnosissimã sustẽtes tuis officiis. Ego ĩ Epeirum proficiscar: cum primo/rum dierũ nuntios excepero. Tu ad me uelim proxi mis literis: ut se initia dederint: perscribas. Vale. Prid. Calen. Decembr.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

ANtea: quã ad me scripsisseris uestro con sensu Coss. Prouinciis ornatos esse: et si uerebar quorsum id casurum esset: tamen sperabam uos aliquid aliquãdo

Mihi. A nuntiis uariis. Scriptum. De conſenſu ueſtro ſine tribunis. Expertes. Nõ particiпаſtis conſilium ueſtrum cum tribunis amicis. Conſilii. Veſtri. Et qui. Tribuni. Et noſtra. Lege. & ſi ueſtra. Dum uos cõcediтis ut prius de re conſulum referatur q̃ de mea. Noſtra cauſa. Vt reditus noſter eſſet impetrabilior. Ornandis. Prouinciis. Adiungerent. Traherent ad fauorem noſtrum/qui uidentes non poſſe ante rogationem reditus noſtri prouinciis ornari/operam darent/ut ſubito noſtra res expediretur. Nunc. Adeptis prouinciis. Noſtra cauſa. In noſtra ideſt reditu. Nihil poſſe. Fieri.

Fieri nullo modo. Vt aſſequi poſſent iuitis tribunis. Studia. Fauorem. Si ſtudia maneant. Tribunorũ non deſint. Vinculum. Occaſio. Adiungendorũ. Adipiſcendi fauorem conſulatẽ: iungendiq; cũ fauore tribunitio.

Grauis illa opinio. Senſus hominum plenus auctoritatis. In ea cauſa. Decernẽdarum prouinciarum ante Tribunos auditos/ uel anteq̃ inirent magiſtratũ uel in principio. Ornatas eſſe prouincias. Scribẽdum/ornatos eſſe prouinciis. Deſignatorũ. Scribe deſignatos. ſed poſt conſulatũ decernebantur/uel ſortiebantur.

Vt cum. Subintellige/uereor: uel ita loquor. In hoc. In hac ceſſione facta cõſulibus. Erat mea cauſa. Scribẽdum. Erat pro mea cauſa. Suſcepta. A Tribunis aſſumpta defendenda. Diſcerni. Lege decerni/hoc eſt ſtatui anteq̃ de cauſa noſtra decernatur. Qui. Vt. Potuerimus. Et ſi nihil conceſſerimus. Cecideriт. Euenerit. Ita ut inſtituiſti. Nude/ſimpliciter/ & uere ſcribendo. Veritas quos ad præſens offendit/poſtea lætificat. Solebat Almadianus Vetulonius: quem a moribus ethicis rogatum Socratem appellabam/ improbare hanc putidam ætatem: in qua cũ rari ſint amici/ aſſentatores oẽs: ueritas celatur ne amico diſpliceatur. Ita miſer amicus abſens/ dum ueritatem ignorat: remedia non quærit/ac ſuſpenſus tabeſcit: fruſtra ſperando/ ac quæ timẽda fuerant: arte ac prouidenti ſagacitate non declinando/ Veritas eſt mater artis/ utilitatis & amoris: quam Tyranni non audiunt/eliminaẽ a Curia/Palatia nõ amat/ nec a Palatinis amatur. Sedet Rex fatuus tãq̃ Aſinus inter Simias/ Mox ſi quid ſiniſtri fallax fortuna tulerit/paſſim deſeritur ab omnibus/& noia ſua audit: & explẽt q̃tũ diſtent æra lupinis.

uidiſſe prudentius. poſtq̃ mihi dictum eſt: & ſcriptum: uehementer conſilium ueſtrum reprehendi: grauiter ſum cõmotus: quod illa ipſa ſpes exigua: quæ erat: uidetur eſſe ſublata. nam ſi Trib. Ple. nobis ſuccenſent: quæ poteſt ſpes eſſe? ac uidentur iure ſuccenſere: cum expertes conſilii fuerint: et qui cãm noſtrã ſuſceperant: et qui noſtra cõceſſione omnẽ uim ſui iuris amiſerint. præſertim cum ita dicãt: ſe noſtra cauſa uoluiſſe ſuam poteſtatẽ eſſe de Coss. ornandis: non ut eos impedirent: ſed ut ad noſtram cauſam adiungerent. Nunc ſi Coss. a nobis alieniores eſſe uelint: poſſe id libere facere: ſin uellent noſtra cauſa: nihil poſſe eis inuitis. nam quod ſcribis: ni ita nobis placuiſſet: illos hoc idem per populum aſſecuturos fuiſſe: inuitis Tr. Pl. fieri nullo modo potuit: Ita uereor: ne & ſtudia Tribunorum amiſerimus: et ſi ſtudia maneant: uinculum illud adiungendorum Coss. amiſſum ſit. Accedit aliud non paruum incõmodum: quod grauis illa opinio: ut quidem ad nos perferebatur: Senatum nihil decernere ante: q̃ de nobis actum eſſet: amiſſa eſt. præſertim in ea cauſa: quę non modo neceſſaria nõ fuit: ſed etiam inuſitata: ac noua. neq; enim unquã arbitror ornatas eſſe Prouincias deſignatorum: ut cũ in hoc illa conſtantia: quæ erat mea cauſa ſuſcepta: imminuta ſit: nihil iam poſſit non decerni. Iam his: ad quos relatum eſt: amicis placuiſſe non mirum ſit. erat enim difficile reperire: qui contra tanta cõmoda duorum Coss. palam ſententiam diceret. & fuit omnino difficile non obſequi uel amiciſſimo homini Lentulo: uel Metello: qui ſimultatem humaniſſime deponerent. ſed uereor: ne hos cũ tenere potuerimus: Tr. pl. amiſerimus. Hæc res quẽadmodum ceciderit: & tota res quo loco ſit: uelim ad me ſcribas: & ita: ut inſtituiſti. nam iſta ueritas: etiam ſi iucunda non eſt: mihi tamen grata eſt. Vale. Dat. IIII. Id. Decembr.

¶ Agumentum.

TACITE Conqueritur Atticum in tempore maxime necessario decessisse Roma: quo reditus desperationem latenter significari dicit. Mox rogat eũdem ut ad Ciceronem ueniat ante Kal. Ianuarias ubicũq; erit.

¶ Interpretatio.

TABEscendum. Consumptum in longa tabe ac illuuie. Bonam. Mos loquendi priscorũ. Poeta in osceno edyllio. In partẽ accipias bonã rogamus. Dicitur & boni consule. Hoc tempore. Pernecessario obeũdo negocio nostro. Ne ingrati. Videamur: qui beneficentissimũ amicum uelle capere uidemur. Illud. Beroaldus legit. Id. Omnia. Res: fidem amicitiam. Hoc omitto. Queri de te ne mecum pereat amor tuus. Affirmasti. Recepisti te facturum. Sistas. Venias ad nos.

¶ Argumentum.

LITTERAE. Reditus affulsit optatissimus. Lationem. Vt perferantur. Scis quod dicitur: inter os & offam. Obtrectabitur. Obstabit. Potius uita. Pugnabo.

¶ Argumentum.

SCRIPTA Hæc ẽ epistola quãdo Milone ferente legem de reditu Ciceronis accurrerũt operæ Clodianæ: cunctaq; turbarunt. Milo foro expulsus est: &c. Q. Cicero inter suorũ cadauera latuit. Tui indulgeant. Villici tui indulgenter mihi obsequãtur. Credebam desperatis rebus te in Epirum uẽturũ: Prisci codices. Quibus uis in rebus tuis mei indigebunt.

¶ Finis Tertii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

POst tuũ a me discessum literæ mihi Romã allatæ sunt: ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse. neq; enim (sed bonã in partem accipies si ulla spes saluti nostræ subesset: tu pro tuo amore) in me hoc tempore discessisses. sed ne ingrati: aut ne oĩa uelle nobiscum una interire uideamur: hoc omitto. illud abs te peto: des operam: id: quod mihi affirmasti: ut te ante Cal. Ianu. ubicunq; erimus: sistas. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Literæ mihi a Quinto Fratre cum. S.C. quod de me est factum allatæ sunt. mihi in animo est: legum lationem expectare. si obtrectabitur: utar authoritate Senatus: et potius uita: q̃ patria carebo. Tu quæso festina ad nos uenire. Vale. VI. Cal. Ian.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

EX tuis literis: & ex re ipsa nos funditus perisse uideo. Te oro: ut quibus in rebus mei tuis indigebunt: nostris miseriis ne desis. Ego te: ut scribis: cito uidebo. plura non scribo. cura: ut ualeas.

¶EXPLANATIONIS IN QVARTVM EPISTOLARVM AD ATTICVM AVCTORE EODEM PIO BONONIENSI.

¶Argumentum.

EPISTOLA Priori lõge dissimilis. Est.n.plena plausus & lætitiæ impetrato reditu:quę res ita se habuit auctore Plutarcho. Clodius expulso Cicerone animũ in Pompeiũ uertit, quedam illius acta: quæ in exercitu nuper ediderat rescindere molitus est. Quare Põpeius ęgre id ferens se torquere quod Ciceronẽ exulem fieri passus erat: mẽteq; mutata de illius reditu cũ necessariis suis agitat. Sed obsistẽte his Clodio placuit Senatui nihil sancire, nihil ue publicum agere: donec Ciceronis reditus statuat. Igit̃ cũ Cõsules: q Lẽtuli & Cethegi ac sociorũ asserebant cãm: diuersa molirentur, orta seditio adeo inualuit, ut tribuni de foro saucii abirẽt, &.Q.Ciceronis frater extrema passus inter cadauera fusus latuisset. Hinc animi plebis cępe flecti. Ad Põpeiũ plebei q̃ multi pr̃terea e municipiis non pauci cõfluxere, quibus circũseptus ipe sublato e foro Clodio ad ferendã sententiã de reditu Ciceronis, ciues cõuocat. Fert̃ populũ nihil unq̃ tanto omniũ consensu statuisse. Decreuit p̃terea Senatus certãs nõ esse inferior illi beneficio, oẽs ciuitates:q̃ Ciceronẽ i exilio fouissent ornare laudibus domũq; ac uillas: quas Clodius cõbusserat, ære publico reparari. Itaq; decimo exilii sui mẽse rediit Cicero:cui singulorũ tãta lętitia: tãto ciuiũ studio obuiã itũ est: ut quod ab ipo memorat̃:se Romã Italię humeris reportatũ: res ipsa supauerit. Sed quo nã potius auctore q̃ Ciceroñe describet̃ eius reditus?cuius hęc uerba sunt in oratione p Sestio. Ipsis nonis Sextil. idẽ dies reditus mei fuit, q & natalis meus:idẽ & filiæ meæ carissimæ. Cũq; itinere toto urbes Italiæ festos dies agerent aduentus mei, uiæ multitudine legatorũ undiq; missorũ celebrabant̃. Ad urbem accessus icredibili hominũ gratulatiõe florebat. Idẽ i Pisonẽ. Reditus meus is qdẽ fuit, ut a Brũdusio usq; Romã agmẽ ppetuũ totius Italię uiderẽ. unus ille dies mihi qdem imortalitatis instar fuit:quo i patriã redii.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER QVARTVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVM Primum Romam ueni fuitq; cui recte ad te literas darem: nil prius mihi faciendum putaui:q̃ ut tibi absenti de reditu nostro gratularer. Cognoui.n. ut uere scribam, te in cõsiliis mihi dandis fortiorem: prudentioreq;:q̃ me ipsum: etiã propter tuam in me obseruantiam nimium in custodia salutis meæ diligentem: eundẽq; te: qui primis temporibus erroris nostri: aut totius furoris p̃ceps: et falsi rumoris socius fuisses: acerbissime dissidiũ nostrum tulisse: plurimũq; operæ: studii: diligentiæ: laboris: ad conficiẽdum reditum meum contulisse. Itaq; hoc tibi uere affirmo: in maxima lætitia: et exoptatissima gratulatione; unum ad cumulãdum gaudium conspectũ: aut potius cõplexum mihi tuum defuisse: quem semel nactus nũquam dimisero. Ac nisi etiam præter, missos fructus tuæ suauitatis prẽteriti temporis oẽs exegero: profecto hac restitutione fortunæ me ipse non satis dignũ iudicabo. Nos adhuc in nostro statu: quod difficillime recuperari posse arbitrati sumus: splendorem nostrũ illum forẽsem: et in Senatu auctoritatem: et apud uiros bonos gratiã: magis quã optamus: cõsecuti sumus. In re autem familiari: quę quemadmodũ fracta: dissipata: direpta sit: nõ igno

¶Interpretatio.

MEAM In te obseruãtiã. Alibi legit̃. Tuã in me obseruantiã. Primis. Si fuisses Romæ. Erroris. qñ pulsi sumus in exiliũ credẽtes Pisoni:q nobis abeũdũ eẽ psuasit cũ pugnãdũ fuisset. Furoris. Fuit.n.furor & amẽtia nõ error, cõmittere se hostib.& pro illorũ nutu uiuere. Falsi rumoris. Quãdo rumor fuit Ciceronẽ maiestatis reum propter dãnatos indicta cã Catilinianos. Alii codices habẽt, timoris. Cõficiendũ. Expediẽdũ. Exegero. Repetiuero.

ras. ualde laboramus: tuarũq; non tam facultatum: quas ego nostras esse iudico: q̃ consiliorum ad colligendas: et constituendas reliquias nostras indigemus: Nunc: & si omnia aut scripta esse a tuis arbitror: aut etiam nuntiis: ac rumore perlata: tamen ea inscribam breui: quæ te puto potissimũ ex meis literis uelle cognoscere. Prid. Non. Sextil. Dyrrhachio sum profectus: ipso illo die: quo lex ẽ lata de nobis. Brundusiũ ueni Non. Sextil. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die: qui casu idem natalis erat: et Brundusinæ Coloniæ: et tuæ uicinæ sedis: quæ res animaduersa a multitudine summa lætitia Brundusinorũ: et ego ante sextũ diem Idib. Sextil. cognoui: cũ Brundusii essem literis. Q. Fratris: mirifico studio omniũ ætatum: atq; ordinũ: incredibili concursu Italiæ: legem Comitiis centuriatis esse perlatam. Inde a Brũdusinis honestissime ornatus: iter ita feci: ut undiq; ad me cũ gratulatione legati conuenerint. Ad urbem ita ueni: ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit: qui mihi obuiam non uenerit: prçter eos inimicos: quibus id ipsum se inimicos esse: nõ liceret: aut dissimulare: aut negare. Cũ uenissem ad portam Capenã: gradus templorũ ab infima plebe cõpleri erãt. a qua plausu maximo cũ esset mihi gratulatio significata: similis et frequẽtia: et plausus me usq; ad Capitoliũ celebrauit. In foro: et in ipso Capitolio: miranda multitudo fuit. Postridie in Senatu: qui fuit dies Non. Septẽb. Senatui gratias egimus. Eo biduo: cum esset annonę summa caritas: et homines ad Theatrum primo: deinde ad Senatum concurrissent impulsu Clodii: mea opera frumẽti inopiam esse clamarunt: cum per eos dies Senatus de annona haberetur: et ad eius procurationem sermone non solum plebis: uerũ etiam bonorũ Pompeius uocaretur: idq; ipse cuperet: multitudoq;

Constituendas. Fundandas. Inscribam. In aliis Codicibus/tibi scribam. Pridie nonas. In aliis exemplaribus additum ẽ/pridie nonas Sextiles: quinto uidelicet augusti die: nec te deterreat quod infra Decẽbres nonas ait. Tot dies cõsumpti sunt in audiendis legationibus & apparatu & itinere. Dyrrachio. A quo reflante uento cũ prius tenderet reiectus est & motu terræ uementi.

Μή πω μέγα. Nondũ magnum dicas anteq̃ p̃ficias. Sophocles in aiace mastygophoro. μηδὲν μέγ' εἴπῃς· οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ. Ne magna loquaris/non uides quod adstat malum. Cui id Maronianũ non abludit. Dixerat ille aliquid magnũ. In frequẽti adagio est. μέγα φρονεῖν pro insolẽti. Dicitur ab Euripide in bacchis. μέγα πνέειν. Spirat aliũ. In eodem significatu/tragice loq̃ & Tragice spirare/græce τραγικῶς λέγειν/& ἐκτραγῳδίζειν. Aedificari. Cõpositi: ordinati. ędificare ad alia p̃terq̃ ad parietes usurpat ab eruditis. Aedificare nauem instruere/dicitur ædificare caput apud Satyrũ. In opido. Antii uel alibi. Proximũ nostris. Vetusti codices. Proximũ q̃dem nostris. Antiũ Buthrotũ. Significat Cicero cũ non possit ipse habere cercyreos recessus & buthroticos/se habere Antium pro buthrotio & cercyręo secessu/eo paratiore quod nõ ita multũ distat. Lepidus per. T. simplex buttrotũ scribit. Romæ. Habitãtibus in urbe Roma. Nam Antiũ facilius secedebat q̃ buthrotum. Corcyræ. Pro corcyra. Illum tuum. Diuersorium buthrotiũ. Salsius. Prisci codices habẽt alsius/hoc est frigidius. Mihi. In bibliotheca mea. Mensa addita. Scribit Beroaldus/mẽs addita. anima corpori addita uidetur/& capiti prudentia: forma materiæ. Reformauit omnia Tyrannio/ uitamq̃ ac rigorem dedit. Eruditiores legunt/mensa solis addita/quod si lubet Pomponium Mellam excute: cuius hæc uerba sunt. Est locus in Aethiopia paratis semper epulis refertus/& qa ut libet uesci accũbentibus licet/heliu trapezan appellat/& passim apposita sunt quia affirmãt innasci passim diuinitus. De hac Herodotus libro tertio. Hieronymus: Tyaneus/ait/in Aethiopiã perrexit ut famosissimam solis mensam uideret in sabulo. Quod obiter dictum uelim Cillibæ sunt mensæ rotundæ. Varroni quadratæ escariæ postea rotundæ factæ/castrenses erant: postea cylibantum: a calice qui græce cylix. Dionysii. Græci hominis ab Attico missi: de quo multa inferius. Menophili. Forte glutinatoris. Pægmata. Nidos librorum/constructiones alternas. metaphora de pægmate architectorũ de quo Martialis & cæteri & nos alibi. Misit. Dimisit per nidulos. Rem gerũt. Si fortiter certant. Sic egisse. Lege. Se gessisse. Si gladiatores male se gerunt/noli scribere. Apenas. Nomen amici: ut alpnas/mœcenas. Legem. De prouinciis consularibus. Dies. Publicati erant ludi & dies. Dionysio. Anagnostę: οὐδὲν οὕτω ὁμοιοῦται νῦν εἴδωλον. Nullum adeo assimilatur nunc simulachrũ. nihil uidelicet umbræ similius est q̃ hic noster status. uel Domitius non est homo/sed simulachrum. Similis est Reipulicæ/quæ umbra est & p̃terea nihil. Vel quod dabis dein. Vel si Domitius & Respublica sunt aliud q̃ simulachrum:

Magnũ ne dicas ante q̃ p̃ficias.

Aedificare.

Mẽsa solis.

Cylibantũ.

Pęgmata.

quod deinde dabis umbræ magis simile & simulachro q̄ Domitius & Respublica. Vel quod præter opinionem. Idolum est Respu. quoniam soluta/fluxa/ac euanescens est ut Idolū/omniaq; ei præter opinionem eueniūt/ut simulachris assolet. Est.n. præter opinionem ut in superioribus tetigit/Resp. mutata est. uel quoniā Idola accedūt & recedūt ꝑter opinionē. et mox euanescunt in auras. Vnum dissimile. Habet domitius quod idolo nō contingit. quoniam idola mutantur: iste stat semꝑ deterius hæsitās & stupēs. stat domitius in eodē statu uel peristasi: quoniā priuatus semper remanet/nūq̄ magistratum adipiscit. Merito. Quoniā nobis inuiderūt optimates. Casu. Qui Domitio contigit. Illud. Quod ꝯtigit Domitio. Melius. Quā resp. Nā Domitius stat in sua pistasi. Resp. mutat in dies & i deterius abit. Hoc. Domitio. Si uero id est. Sensus. si Domitius ꝑteritus a cōsulib. ꝑceden tis anni/& urgetur a sequētibus cōsularibus: q ei ꝑponēdi sperantur/ualeat Domitius. Codicillorū fastis. Libellis qui uicē fastorum habebāt. Paginulas. Scriptutarū seriem. Exempli gratia/perūt decem consularū/Domitius est inter decē: nō optinet cādidatus Domitius/scribit i fastis/nō obtinet. Sequenti quoq; āno scribit/nec optinet. Implet ille q̄dē secundā paginulā/sed frustra. Et hoc pacto domitii ābitus ē paginas polluere/& nihil aliū. Futurorū. Seqntiū cōsulū. Factorū. Preteritorū. Scribit cū futuris: scribit cū ꝑcedentib. & factis Domitius & nihil optinet. Resp. Domitius frustra nitit ad cōsulatū. Est tn̄ in spe aliq̄. Sed resp. pistasis fieri nō pōt melior. cōsul aliqn̄ domitius fieri pōt/& tādē cōsul aliqn̄ creabit. Natta. Legēdū olim cēsui Nacha & me secutus Aldus q̄d ita nauci hoiem uocāt quē Horat. imundū ait. lege

uel quod præter opinionē: uel quod uiri boni nusq̄ unum dissimile: quod huic merito. Nā de ipso casu nescio: an illud melius. Quid enī hoc miserius: quā eum: qui tot annos: quot habet: Des. Cos. fuerit: fieri Cos. nō posse? præsertim: cum aut solus: aut certe non plus: quā cū altero petat? Si uero id est: quod nescio: an sit: ut nō minus longas iam in codicillorum fastis futurorū Coss. paginulas habeat: q̄ factorum: quid illo miserius nisi respu. in qua nec speraē quidem melius quicq̄. De Natta ex tuis primū sciui literis. oderam hominem. De poemate quod quæris: quid si cupiat effugere? quid si sinat? De Fabio Lusco quod eram exorsus: homo peramās semper nostri fuit: nec mihi unquā odio: satis enim acutus: et permodestus: ac bene frugi. Eum quia non uidebā: abesse putabā. Audiui ex Gauio hoc Firmano: Romæ esse hominem: & fuisse assiduum. percussit animum. Dices tantula ne causa? Permulta ad me detulerat non dubia de firmanis fratribus. quid sit: quod se a me remouit: si modo remouit: ignoro. De eo quod me mones: ut & me geram πολιτικῶς & in eo γραμμὴν teneam: ita faciam: sed opus est maiore prudentia: quam a te: ut soleo: petam. Tu uelim ut Fabium: si quem habes aditum: odorere: & istum conuiuam tuum degustes: & ad me de istis rebus: et omnibus quotidie scribas. Vbi nihil erit: quod scribas: id ipsum scribito. cura: ut ualeas.

Natta.
Nacha.

cōmētarios nostros i Plautū. Poemate. Quæris ut scribā de poemate q̄d sentiā/uel q̄d sim facturus de poemate nr̄o britaniæ uel cōsulatus. Effugere. Prodire: euolare nidulū paternū. Quid si sinat. Patronus ꝓdire & euolare. Quid si sinat. Nōdū legit Beroaldus sic. Quid si nōdū? Bonę frugi. Vtilis. Aliq codices hn̄t frugis. Bonę tn̄ frugi usurpat alibi Cic. cū Plau. & antiqs. Hominē. Fabiū luscū. Remouit. Alienauit animū ac amorem. πολιτικῶς Ciuilr. In eo. Politica moderatōe. In ea re moderate me gerā/uel seq̄r illud. Aldus legit. Et in eo γράμμην teneā. Per grāmen lineā itelligit/ut tenere lineā significet moderate prudēterq; se gerere. Nā linea utebātur i harena/de qua Cassiodorus i eplis/ne ferę exilirēt/& populus p ordinē ac seriē sine ꝯfusiōe aspiceret. Mar. Linea diues Cessat: & i populū multa rapina cadit. Apud Fabiū/ille poposcit lineā. Ouid. de arte amādi. Nos cogit linea iungi. Hæc quoq; lege loci cōmoda circus habet. Odorere. Scrutere de aīo erga me suo. Degustes. Excipies q̄uo se gerat. Id ipsum. Nihil esse quod scribas.

Frugi.
Grāme.
Lineam tenere.

Argumentum.

VAria est epla. Pompeiū pene inconstantiæ noīe morositatis/& affectatę tyrānidis criminatur. De Lucceio aliqd. De Ptolemæo in regnum restituro/& huiusmodi minutulis.

¶ Interpretatio.

IMPENdant. Beroaldus legit impediāt. Diebus initiādis. Secernendis serenis diebus, alijs obnūciationibus inhibitis. Quid agat. Velim scire. Fuimus. Prisca exēplaria, su mus habēt. Vsquequaq;. Tyrānidi iminet. De hoc. Pompeio. Dicemus. In epistolis nostris uerba faciemus. Καὶ τὸ δ'. Et hoc phocylidis. Supple uerbū uel snia. Verba Pompeiana pro phocylidis sentētiis habeātur. Beroaldus legit, φωκυλίδου nō pbo, quod uniuersa reclamant exēplaria. Aliq φωκυλίδου qm̄ superius Pōpeiū phocidē uocauit cu rianā, ut inuat quod Pōpeij sen tētia habeaē p authētica, ut sen tētia phocylidis: cuius tot snię pe nę quot uerba. Cōponēda. Re ponenda in meis. Suauissime. Scribe suauissimus. Effusus. In laudē meā copiosus. Gloriā. Vt nos historiis suis īserat. Be ne mane. Qui lepores floresq; Ci ceronis hymettios nūq̄ olfecit nō bene, sed pene legit, cū bene pro ualde legendū sit oio. Idem Cic. pro Lucio. Posthumus obuiam cū bene magna caterua uenit. Et de Oratore. Habēs sermonē be ne longū. Cassius Ciceroni. Clas sis bene magna. Pollio Ciceroni. Habet inermes bn̄ multos. Hir tius. Bene magna cōparata ma nu prouinciam uastare cœpit. Idē. Bene multis uulneribus af fecti: & ex cōualle bene sunt di gressi. Lucrinensibus. Ostreis. Propter Rempu. Cura Rei pu. labentis non sinit me gusta re uoluptates. Sedecula. Se de parua. Aristotelis. Dicaue rat enim Aristoteli bibliothecā Atticus ultro omnium summo.

Bn̄ mane.

Sedecula.

Qui cum. Pompeio uidelicet. Nostrans. Viderit deus ac tē pora nostra disponat. Laco nicum. Balnei partem. Martia lis. Ritus si placeant tibi laconū Contentus potes arido uapore Cruda uirgine martiaq; mergi. Columel. Quotidianā crudita tem laconicis excoquimus: cui illud Iuuena. alludit. Et crudum pauonem in balnea portat. Vr gueas. Stimules, instes, hodie so licitate dicunt. Philotimum. Penultima longa pro architec to. Parilibus. Vndecimo Kal. Maii die Pali deæ dicato. Hic primus cœpit mœnibus esse di es. Liuius libro decimo belli macedonici. Ver procellosum eo anno fuit. pridie Palilia medio ferme die, atrox cum uento tempestas.

Laconicū

Parilia.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

SAne uelim scire num censum īpendant Tribuni diebus initiādis. Hic enim est rumor: totaq; de censura quid agat. qd quid cogitent. Nos hic cū Pompeio fui mus. multa mecū de repu. sane sibi displicens: ut lo quebatur (sic est enim in hoc homine dicendum) Sy riam spernēs: Hispaniam iactās. hic quoq;: ut loque batur: & opinor usquequaq;. De hoc cum dicemus: sit hoc: quasi καὶ τὸ φωκυλίδου. Tibi etiam gra tias agebat: quod signa componēda suscepisses. In nos uero suauissime hercule est effusus. Venit etiam ad me in cumanū. ac se nihil minus uelle mihi uisus est: quam Messalā consulatum petere. de quo ipso si quid scis: uelim scire. Quod Luceio scribis te nostrā gloriam cōmendaturum: & ędificium nostrū quod crebro inuisis: gratū. Q. Frater ad me scripsit se: quo niam Ciceronem suauissimum secum haberet: ad te Non. Maii uenturum. Ego me de Cumano moui ante diem. V. Cal. Maii. eo die Neapolim apud Lę tum ueni ante diem. IIII. Calē. Maii. iens in Pom peianū. bene mane hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor Ptolemæū esse in regno. Siqd habes certius: uelī scire. Ego hic pascor bibliotheca fausti. forrasse tu putabas his rebus puteolanis: & lucrinensibus. ne ista quidē desunt. sed mehercule a cæteris oblecta tiōibus deseror: & uoluptatibus ppter remp. Sic lite ris sustentor: & recreor, maloq; in illa tua sedecula: quā habes sub imagine Aristotelis sedere: q̄ in istoṝ Sella curuli. tecūq; & apud te ābulare: quam cū eo: quo cū uideo esse āmbulandum. Sed de illa ambu latōe fors uiderit: aut siquis est: qui curet Deus: no strā ambulationem: et laconicū: eaq;: quæ circa sint. uelim: cū poteris: uisas: & urgeas Philotimū: ut pro peret: ut possim tibi aliquid in eo genere respōdere. Pompeius in Cumanū parilibus uenit. misit ad me

¶ Argumentum.

LITEras se auide gustare/imo uorare scribit: uersariq; cum Dionysio homine mirifico. nihil esse dulcius q̃ oia scire. Cito rñ palinodiã cecinit in Dionysio. ¶ Interpretatio.

PERGE Reliqua. Cœperat nescio quid in epistolis enarrare Titus: hortatur Cicc. man/cam fabulam ne relinquat. Demetrio. Liberto Pompeiano. Putarent. Supputa/rent republica mandante. Quesiui. A Pompeio quando Romam uenturus esset.

Demetrius

statim: qui salutem nunciaret. Ad eum postridie mane uadebam: cum hæc scripsi. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DElectauerunt me epistolæ tuæ: quas accepi uno tempore. duas ante diẽ. V. Calẽ. perge reliqua. gestio scire ista omnia. etiam illud cuiusmodi sit: uelim perspicias: si potes a Demetrio. Dixit mihi Põpeius Crassum a se in Albano expectari ante diem quartũ Cal. is cum uenisset: Romam et illum & se statim uenturos: ut ratões cũ publicanis putarẽt. quæsiui: gladiatoribus ne? rñdit ante: quã inducerẽtur. Id cuiusmodi sit: aut si nunc scias: aut cum is Romã uenerit: ad me mittas uelim. Nos hic uoramus literas cum hoĩe mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio: q te: oẽsq; uos salutat. οὐδὲ γὰρ γλυκύτερον ἢ πάντ᾽ εἰδέναι Quare: ut homini curioso: ita perscribe ad me: quid primus dies: quid secũdus: quid Censores: quid Appius: quid illa populi Aphya. deniq; etiam quid a te fiat ad me uelim scribas. non enim (ut uere loquamur) tã rebus nouis: q̃ tuis literis delector. Ego mecum præter Dionysium duxi neminem: nec metuo tamen: ne mihi sermo desit abs te: quo magnopere delector. Tu Luceio nostrum librum dabis. Demetrii magnetis tibi mitto: statim ut sit: qui a te mihi epistolam referat. Vale.

.Gladiatoribus. Ludis gladiatoriis. Inducerent. In arenam gladiatores uocarent. Si nũc. Prisci codices. aut si sit nũc. scies. Voramus literas. Sũma cũ auiditate pcipimus. Non abludit illud Catullianũ. Quare si sapies/uiã uorabis. οὐδὲν. Nihil dulcius q̃ oia scire. Interrogatus Maro rñdit omniũ rerũ satietatẽ esse prætet q̃ discendi. Quid primus dies. De gladiatorii ludi uarietate. Apuleia. Scribendum Aphya ex antiqs codicib. Minutus est pisciculus in tenuicq; cibatu: mollis: q primo quoq; igne coquit/unde manauit adagium. Ἀφύα εἰς πῦρ. Aphya in ignem. De his quæ celeriter conficiũtur aut absumũtur. In sartagine positum e uestigio coqtur; quæ res secũdo puerbio locũ dedit/ ἀφυῶν τιμὴ ἔλαιον. Aphyaiũ honor oleũ. Suidas eundem pisciculũ ob candorẽ spumæ similem testatur ἀφρὸν appellari. Athenæus decoctionis huiusmodi celeritatem significans ait. ἴδεν πῦρ ἀφύα. Aphya uidit ignẽ/subintellige primo feruore concocta est. Populi aphya sentina ac sordes uocatur: quod græci syrpheton. humilius nomen est plebis q̃ populi ut ex quadam Lepidi epistola patet apud Ciceronem in familiaribus.

Vorare literas.

Dulce oia scire.

Aphya.

Nec metuo. Quoniam dixerãt se amare consectariq; solitudinem/monet tamen Atticum ut q̃ sæpissime scribat/ne indictum sibi silentium putet. Quo. Tuo epistolico sermone. Nostrum. A nobis de consulatu compositum ut illinc excerpat historiæ suæ/præsertim gestorum. Mar. Tullii materiam. Demetrii magnetis. Librum subintellige. Diogenes. xx. Demetrios claros nominat. Demetrius phaletetus Auditor theophtasti: qui Cassandro carissimus fuit: a cuius obitu Atheniẽses/leuissimum hominum genus: trecẽtas statuas: quas eidem erexerant disiecerunt: cuius laus est apud Ciceronem in libro qui inscribitur orator/ita tamen ut dulciorem ferat q̃ neruosiorem/ut qui nõ a puluere & sole/sed Theophrasti ueniret umbraculis. Cuius libellus adhuc extat inter tot barbarica naufragia de partibus elocutionis: quãuis Merula ad alium transferat. Memoratur & Demetrius Adramitenus grãmaticus/Aristarchi discipulus. Floruit & Romæ Demetrius Pompeii libertus peracceptus/adeo ut quõdam per errorem Antiocheni decepti occurrerit Catoni pro Demetrio. Quæ res stomachũ Catoni mouit auctore Plutarcho. Fuit et Demetrius Theologus christianus: q libros Aquinatis Thomæ in græcam linguã uertit: qui hodie uisũtur in uaticana bibliotheca. De hoc Demetrio magnete/de quo hic agit Cic. nihil memini me legisse. Stati. Rescribe qd sentias

Demetrius magnes.

Argumentum.

REDITVM Suum in urbem qualis futurus sit Cicero describit.

Interpretatio.

Auictio.
Larinũ.

PRESTO Esse. Subintellige posse. Vix tempestiue accurrã ad Macronem deducẽdum. Auctionem. Venditionẽ. Auctio dicit quod auget ementẽ & uendentẽ. Larini. Larina ciuitas lauiniorum ut ait Stephanus. Gentile Larinæus. Strabo in quto. Marsorum dicit. Virgilius undecimo æn.
At circum lectæ comites: Larinaq; uirgo:
Tullaq;& ęratam quatiens Tarpeia securim Italides. M. T. i oratione pro Cluentio. Non Larini punctũ temporis commoratus. Senatus cõsulto. Quo uocor in urbẽ. Miloni. Vxorem ducenti. Vide inferius. Promouebo. Alii legunt, peruidebo.

Argumentum.

COGI tur in Tusculanũ uenire Cice. ꝓpter Milonis nuptias. Gaudet in senatu nõ fuisse. postremo rogat Atticũ ut aduenienti mittat obuiam quandam status publici formulã, ne accedentis aures peregrinẽt.

Interpretatio.

ERGO Et si rata fuisse. excetera sœcundior hic locus uaria excogitantibus igeniis, ꝑut fors tulit. Beroaldus ita opinatur. Ergo & si irata nõ fuisse. Alii. Vt sit fides rata absfuisse me. Nonnulli. Ego ut ut sit me absfuisse. Vt ut

Vt ut.

positũ est pro quomodocũq; sit. Nos, ut singulis sua uidet opinio potior, scribimus. Ego & si oberat me absfuisse. Gaudeo non fuisse i senatu, & si absentia mea Reipu. oberat. Defendissem. Pompeianam causam: uel Crassanã, quæ non iuuat. Defuissem. Patrocinium subtraxissem optimatibus qđ nõ oportet. Resistas. Pugnes. ὄχλον. Turbã: molestiam. Codices antiquissimi emendati cura ac manu Andronici græcorũ sũmi, habẽt σκυλμὸν: quæ uox tumultum & uexationem significat.

Ochlos.
Soylmos,
Oxypinos

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EGnatius Romæ est. sed ego cum eo de re alimẽti uehementer ante egi. grauiter se acturum cũ Aquilio confirmauit. Vi debis ergo hominem: si uoles. Macroni uix uideor præsto esse. Idibus enim auctionẽ Larini uideo: & biduũ. Præterea: id tu: quoniã Macronẽ tanti facis: ignoscas mihi uelim. Sed: si me, diligis; postridie Cal. cœna apud me cum Piliã. prius id facies. Cal. cogito in hortis Crassipedis: quasi in diuersorio cœnare. Facio fraudem. S. C. Inde domũ cęnatus: ut sim mane pręsto Miloni. Ibi te igit̃ uidebo: et promouebo. Domus: te tota nostra salutat. Vale,

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOs in Tusculanũ uenisse ad. XVII. Calen. Decemb. uideo te scire. Ibi Dionysius nobis præsto fuit: Romæ ad. VIII. Cal. uolumus esse: quid dico uolumus? imo uero cogimur. Milonis nuptiæ. nõnulla comitiorũ opinio est. Ergo ut sit rata absfuisse me i altercatiõibus; quas i Senatu factas audio fero nõ moleste. Nã aut defendissem: qđ nõ placeret: aut defuissem: cui nõ oporteret. Sed mehercule ueli resistas: & præsentẽ statũ Reip. ęquo aio Coss. ferãt. hunc ὄχλον rescribas ad me q̃tũ potes: & uales. sum ὀξύπεινος. Et si quæris: oĩa mihi sunt suspecta. Crassum quidẽ nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum: quã olim æqualem eius. L. Paulũ. Item. T. iterum Cos. O hoiem nequam. De libris oratoriis factũ est a me diligenter. diu: multũq; in manibus fue

ὀξύπεινος. Sitior. metaphoricos hoc est nouorum auidiusculus. Minorẽ. Quã debuit propter tribunorum execrationem, quod parthis tribunis inuitis, bellum inferre uellet. Item. T. iterũ. Reperio in nõnullis exemplaribus Titurium. De oratoriis. Corr. xi libros de oratore. Cice. vi. episto. familiarũ. Oratorem meũ tantopere a te probari uehemẽter gaudeo, mihi quidem sic persuadeo me quicquid habuerim iudicii in dicendo, in illum librum contulisse: qui si talis est qualem tibi uideri scribis, ego quoq; aliquid sum. sin aliter nõ recuso, qn quãtum de illo libro, tantũdem de mei iudicii fama detrahatur. Diminutum quæ. Emenda. Diu multumq;.

Describas. Peculiaris Ciceronis elocutio. nisi transscribas dicunt. τύπῳ ἀγώνων. Praesentem statum sub figura Da. hoc est exprime quemodo se Resp. habeat. Aristoteles duas spẽs facit rem docendi: τυπῳ καὶ ἀκριβῶς. Typo docere est rem tenuiter exprimere sine definitione perfecta:qḋ figuraliter uertunt semibarbari. ἀκριβῶς accurate significat. Istuc. Romam. Rusticabatur Cic. Hospes. Peregrinus:ignarus urbis.

Describere

Typo.
Docere.
Actibos.

¶ Argumentum.

ATTICUM Rogat familiares admoneat, uti eius libri pateant: qbus indiget ad nõnulla cõscribẽda: q̃ Tito pbabit: quis aliqui Nestorium scribere malit. placet tñ Romanos seq codices, cũq lib. familiariũ epistolaꝝ. vi. nestoriũ familiarẽ suũ uocat. Ego uestoriũ mallim. Pateãt. Expositi sint. Non secus ac. non aliter, quã. Cum. Partim. Cæteri libri. Varronis. Libri. Libris. Varronis. In manibus habeo. In pñ sentia cõscribo. sub incude sunt. Probabo. Dabo operã uti nõ improbes. Si quid de comitiis. Scribe si quid forte de comitiis. Festine odorari. Nascẽtes cu ras, actionesq; prægustare.

runt: describas licet. Illud etiam te rogo: τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς:ne istuc hospes ueniam. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NEstorius noster me per literas facit certiorem:te Roma ad. VIII. Id. Maii putarem profectum esse tardius:quam dixerat:quod minus uoluisses. Si iam melius uales:uehementer gaudeo. Velim domum ad tuos scribas:ut mihi tui libri pateant: non secus: ac ipse adesses:cum cæteri tum Varronis. est enim mihi utendum quibusdã rebus ex iis libris ad eos: quos in manibus habeo:quos:ut spero:tibi ualde probabo. Velim si quid forte noui habes:maxĩe a. Q. Fratre:deinde a. C. Cæsare:& si quid de comitiis:de republ. forte(soles enim tu hæc festine odorari) conscribas ad me. si nihil habebis: tamen scribas aliquid. nunq̃ enim mihi tua epistola aut intempestiua: aut loquax uisa est. Maxime autem rogo:rebus tuis: totoq; itinere ex sententia cõfecto:nos quamprimum reuisas. Dionysium iube saluere. cura:ut ualeas.

¶ Argumentum.

ROGAT Amicum ut se cito cũ Dionysio Romam conferat, ut ab eo erudiatꝰ una cum Cicerone filio. De cõsulib. futuris nõnulla. De Antiphõte mimo cui. actio fuit ingrata. De arbuscula. Cãdidati pecunias apđ Catonẽ posuerũt, ut eius arbitrio pirẽt hoc ẽ dãnarẽt.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Eutychide gratũ:qui uetere prænoĩe: nouo noĩe. T. erit Cæcilius:ut ẽ ex me: &ex te iũctus Dionysius. M. Põponius: ualde mehercule mihi gratũ: si Eutychides tuã erga me beneuolẽtiã cognosceret: suam illã in meo dolore συμπάθειαν: neq; tum mihi obscurã: neq; post ingratã fuisse. Iter Asiaticum tuũ puto suscipiendũ fuisse. Nunq̃ enim tu sine iustissima causa tam longe a tot tuis & hominibus: & rebus charissimis: & suauissimis abesse, uoluisses. sed humanitatẽ tuam:amorẽq; in tuos: reditus celeritas declarabit.

¶ Interpretatio.

GRATum. Quod tibi ũ bonũ libertate donasti. Prænoie. Tuo Tito. uocauit eũ Titũ Cæciliũ. Serui unũ nomẽ habebãt liberti & fæminæ, duo, liberi tria. Seruiuit olĩ eutychis Cæcilio. post eius obitũ a Tito Põponio libtate donatus est:& priceps nois amboꝝ ac hæres fuit. Nouo noie. Adepto p te ex legato, testamẽtoq; Cæcilii auũculi. Vinctus. Connexa ex duob. nũcupatõe. Cognoscet. Si eũ p mutua necessitudine optie tractaueris, qḋ si feceris beneuolẽtiæ tuæ debebo:me amicũ tuũ ostẽdes. Suã. Emendati codices habent, et copulatiuam. συμπάθειαν. Cõpassionem barbari dicũt. alii cõdolentiã. parem affectum latinius interpretabetis. Tuum puto suscipiendũ. Alii legunt. Iter asiaticum puto tibi suscipiendum. Credo te suscepturum iter in Asiam. Tuis & hominibus. Copulatiua ista non est in antiquis codicibus.

Eutychis.

Sympathia

Pituaniæ literæ.

Diutius. Prisca exemplaria. Diuinus habẽt. Est Ironia. Pituanis. Possumus legere. Pyctaneis. i. ertuscis/a Pyctano/de quo sic Plinius lib. xiiii. capite. I. Gignitur in sinu hadriatici maris nõ procul a Timaui fonte:laxeo colle:maritimo afflatu:nec aliud aptius medicamẽtis. hoc esse credi-

Pitane.

derim quod græci celebrantes miris laudib. pyctanũ appellauerunt:ex hadriatico sinu. Pitaneis legit Aldus pro a olicis a ciuitate Pitane:quã in asia collocat Strabo libro decimo tertio. Scribit tamẽ Stephanus pitanam esse ciuitatẽ æolidis. Prytaneis legit Beroaldus a prytane Attico magistratu. Alii Pituaniis exponunt asiaticis/a Pityeia inter parum & priapum. Non desunt qui Pithoniis pro suasoriis interpretantur. Liberum sit iudicium in re adeo controuersa. Si uis homo esse. Si quid habes humanitatis/ uirtutis et fidei. peculiare hois est fides. si quid habes animi/ si quid in arte uales/inquit epigrãmatarius. Ad quod tempus. Ad id tẽpus quod. Cõfirmasti. Adiurasti te uenturum: affirmasti.

Sed uereor ne lepore suo detineat diutius Pr. Clodius:& homo pereruditus: ut aiunt:et nũc quidem deditus græcis literis:ac pitaneis. sed:si uis homo esse:recipe te ad nos ad quod tempus cõfirmasti. cum illis tum:cũ salui uenerit: Romæ uiuere licebit. Aueo re te scribis accipere aliquid a me literarum. Dedi ac multis quidẽ de rebus ἡμερολόγιον: perscripta omnia sed ut conicio:quoniã nõ mihi uideris in Epeiro diu fuisse:redditas tibi non arbitror. Genus autẽ mearum ad te literarum eiusmodi forte est: ut non liceat cuiquam dare:nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurũ. Nunc Romanas accipe res. Ad. III. Non. Quintil. Suffennas et Cato absoluti. Procilius condemnatus. ex quo intellectum est tres ἀρεοπαγίτας ambitum:comitia:inter regnum: maiestatem: totam denique Remp. Flocci non facere. debemus Patrẽfamilias domi suæ occidere nolle: neque tamen id ipsum abunde. Nam absoluerunt. XXII. condemnauerunt. XXVIII. Publius sane diserto epilogo criminatus: mentes iudicum commouerat. Oralus in ea causa fuit cuiusmodi solet. nos uerbũ nullum. Veritas est enim pusilla:quæ nunc laborat: ne animũ Publio offenderet. His rebus actis Eratini me ad sua tempora duxerũt:ut agerem cãm contra

Cum illis. Clodio & græcis.

Hemerologion.

Ἡμερολογιον. Sermonẽ singulorũ dierum/uel quẽ uix uno die perlegas. Omnia. Sunt. nihil omissum est. Forte. Scribẽdum fere. De quo. De side cuius.

Suffenus.

Suffenas. De suffeno simplici & inepto hoie extant Catulli sales.

Procilius.

Procilius. De hoc supe rius affatim.

Areopagitæ.

Areopagitas. Ironicæ Pompeiũ Crassum & Cæsarem taxat/a quoque ore iudicia:curiæ:populusque pẽdebãt/ unde in repub. mcipinum initium ferũt.

Interregnum.

Interregnũ. Iustitium/ tãquã resp. obierit:& ad tyrannos respublica dilabatur.

Floccus.

Flocci. Nihili facere/ pro nihilo ducere. Floccos hodie apices uellerũ uocant:quã uulgus cimã. Floccos legere celso est indiciũ mortis cum id facit ægrotus/ Floccato arborem cum Plinius ait/significat uellendam esse ne siriasi carbũculetur:caniculari uidelicet ardore aduratur/

Defloccare

uel nimio frigore mordeatur. Defloccare hodie cimare dicũt. Cato. Qui sæpissime causam dixit auctore Plinio/ & semp absolutus est. Patremfamilias. Credo hoc ad Pompeium uel Catonem debere referri/ nam Põponius Respu. ut pater re familiari pro nutu utebatur. Immo ad procilium patrẽfamilias multæ prolis & egentissimæ. Abunde. Nõ uniuersaliter damnauerunt. Criminans. Procitiũ. Per publium forte Põpeium intelligit. Oralus. Nomẽ est aduocati. Quidã codices habẽt hortensius. Verbum nuliũ. Subintellige fecimus cõtra gratiam. Veritas pusilla. Pauci sunt ueridici & ii male audiunt:tanque manci & muti. Ne animũ publio offenderet. Lege. Ne animus publii offenderetur. Erat minime ad sua tempora. Boni ac ueteres codices habent. Assurexerunt in me/hoc est assurgẽtes mihi proximi senatores rogitarunt ut causam Narniensium susciperẽ. Reperio in antiquis exemplaribus. Eretini me ad sua tempe duxerunt ut agerem causam cõtra interamnates. hoc sensu. Abii & amoui me statim ab urbe in eretũ/mox eorũ rogatu in uicinos umbros ob causam uelini lacus.

Eretum.

Heretum/ ut Strabo docet in calce Quinti/ est in sabinis post cures/ de quo Persius. Fregerit heminas/ hereti ædilis iniquas. Dictum est heretũ quod illic colebatur ἥρα hoc est Iuno. montem rotundũ hodie dicunt.

Tempe.

Tempe amœnissima loca uocãtur irrigãtibus fluminib. floridas cõualles. quales facit peneus in Thæssalia. Dictio græca ẽ/nõ a tẽpe re dicta ut Seruius. Quadrat dictio ista eretini/ quoniam eretũ et lacus uelinus loca propinqua sunt.

Interamnates. Ciues interamnæ. In lapide ueteri posito in foro interamnæ scriptū est. Interamnates cognomie nartes. De interamna dcm̄ est affati supius a nobis. Lacus uelinus. Velinū puto cē lacū fontib. scatētib. factū: quē pedē Luci uocāt ī umbria: de quo Maro epico uersu sit assurgit.

Interamna

Velinus lacus.

Audiit & Triuiæ longe lacus/ Audiit amnis
Sulphurea Nar albus aqua/ fontesq; uelini.

Grāmaticus honoratus uelinos fontes ultra interamnā esse scribit. Reate sabinorū ciuitas ī mediterraneo Italiæ a Plinio collocatur.

Reate.

Interamnates apud Cos. et decem legatos: quod lacus Velinus a. M. Curio emissus: qui intercisō monte in Nar defluit: ex quo est illa siccata: sed humida tamen modice defluit in Cumanum. quin etiam me ad septem aquas duxerūt. Redii Romā fontei causa ad. VII. Idib. Quintil. ueni. Spectaculum primū magno: & æquabili plausū. Sed hoc ne curans. ego ineptus: qui scripserim. Deinde Antiphonti operam miserat: ante manu missus: q̄ productus. ne diutius pēdeas: palmam tulit. Sed nihil tam pusillum: nihil tam sine uoce: nihil tam uerum. hæc tu tecū habeto. In Andromacha tamen maior fuit: quam Astyanacte. Nā in cæteris parem habuit neminem. Quæris nunc de arbuscula ualde placuit. Ludi magnifici: & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campū. ardet ambitus. fęnus ex Triente

Prope Reate lacus uelinus q ab opido nūc pedeluco nomē accepit. Virgil. Et Rosea rura uelini. Decē legatos. Missos ab accolis & uicinis populis. Emissus. Apertus & exoneratus. Nar. Fluuius adiacēs Narnię/ uñ nomē est adepta. nūc flumē/ Nigra uocat. Illa. Aq uelini. Quādoq;. Alii codices habent/ tamē. Ad septē aquas. Ad septē fortasse fontes. nomē est loci. Duxit. Vetusta exēplaria/ duxerūt/ habēt. Rhodū. Scribe. Redii. Venerūt. Eterini uel iteramnates/ imo utriq;. Spectaculū. Fui spectaculum urbi plausibile. Aequabili. Vniuerso: pmiscuo. Ne curaris. Quoniā subinane ē ac minime philosophicū. Deinde Antiphonti operā miserat.

Sequor Beroaldū ueræ lectionis indagatorem/ Dedi Antiphōti operam. Sed erat ante manumissus q̄ productus. Antiphon in hoc loco nomen est histrionis. Fuit alter Antiphon rhetor & orator Rhamnusius athenis/ Dux quoq;: & qui auctore Quintiliano præcepta dicendi tradidit teste eodem: quo neminem melius orauisse capitis causam cum se ipse defenderet/ locuples est auctor Thucydides. De hoc itē Philostratus in sophistis sic scribit. Antiphontē Rhamnusiū dubium laudate debeam an uituperare/ Quod sæpe duxit exercitū/ quod sæpe uicit/ quod. Lx. triremib. plenis nauale athenensiū auxerit/ inter eius egregia facta posuerim. Cōtra uero quod dissoluerit rem pub. athenienfium/ in eāq; Tyrannos induxerit/ ac cum lacedæmoniis clam quidē ab initio. deinde manifesto cōsenserit/ uir quodāmodo improbus dici poterit. Rhetoricā dicūt hunc primū inuenisse. Quidā uero inuētam excoluisse atq; auxisse/ dulci alioqn pronūciatione Nestor appellabat. Extinctus est in sicilia opera ut putatur Dionysii Tyranni: quod interrogante olim illo ubi optimum ęs gigneretur/ Antiphon Athenis respondit: ex quo Aristogitonis & Harmodii statuæ constant. Ex hoc siculos ad libertatem excitare uisus. Deinde quod eius tragœdias: quas magis q̄ tegni potentiam iactabat/ solitus esset uituperare. Hæc Philostratus. Stephanus autem grāmaticus ait: quod patria Atheniensis fuit: Tribu Rhamnusius: uersificator & Sophista: uocabaturq; logomagiros/ quasi orationis cocus & ὀνειροκρίτης idest somniorum interpres. etiā Nestor ob orationis dulcedinem. Concinit Seneca libro declamationum. ii. Otonius pater edidit quatuor libros colorum: quos Gallio noster Antiphontis libros uocat. De Antiphonte nulli athenienfium ultūre secūdo meminit Thucydides libro octauo. Productus. In scænam ductus. Ne diutius pendeas. Vt cito te expediam. Tam uerū. Vescum quidam legunt/ hoc est exile/ angustum/ ex tenuatum. Alii uietum idest languidū. Ego nihil immuto/ per uerum intelligens simile uoce Antiphonti: quæ dictio cōtra uocem significat. merito dicitur Antiphon qui uoce caret. Tecū habeto. Nemini dicas. Nam In cæteris. In sinceris exemplaribus: non est dictio. Nam. Arbuscula. Nomen mimulæ: quæ postea placuit Antonio/ et citheridem uocauit. Sequere. Metaphora/ loquamur nunc de campo martio. Tanquā hominem manu ducat. Ardet. In antiquissimo codice ante hoc uerbum/ tria hæc uocabula græca repetio σῆμα σὺ τοῖ ἐγὼ/ Signa tibi dicam: quasi dixerit/ per signa cognosces reliqua. Ardet campus ambitu præ frequentia candidatorum colligentium pecunias ut ambiant. Triente. Vnciis quattuor.

Antiphon.

Vescum.

Vietum.

Arbuscula.

Citheris.

Id. Quintil. factum erat Bessibus. Dices istum quidem nõ moleste fero. O uirum: O ciuem Memmiũ. Cæsaris omnes opes cõfirmãt. Cum eo Domitium Cos. iũxerunt: qua pactione: epistolæ cõmittere nõ audeo. Põpeius fremit. queritur. Scauro studet. sed utrum fronte: an mente dubitatur. ἐξοχὴ in nullo est: pecunia omnium dignitatem exæquat. Messala languet: nõ quo animus desit: aut amicis carear: sed Coitio Cos. & Pompeius absunt. Ex comitiatis puto fore: ut ducantur Tribunitii. Candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum HS quingena deposuerunt: ut qui a Catone dãnatus esset: id pderet: & cõperitoribus tribueretur. Hæc ego pridie scribebam: quã comitia fore putabantur. Sed ad te V. Calen. Sextil. si facta erunt: & tabellarius nõ erit profectus: tota comitia perscribam. Quæ si: ut putantur: gratuita fuerint: plus unus Cato potent: quã omnes quidem iudices. Messius defendebatur a nobis: sed de legatione reuocatus. nam eum Cæsari

Besses. Bessalis.

Bessibus. Vncîis octo. duplicatũ fœnus erat ꝓpter candidatos: qui uenales habebant magistratus. Bessalem appellamus unciarũ octo. Martialis. Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno. Istum. Ambitũ ut tyrannos pecunia uincamus: & nostri corporis cõsulem quoquomodo constituamus: quẽ ambitum Cato pro conditione temporũ dixit esse e repub. Omnes. Vniuersus fauor inclinat in Cæsarem. Opes. Vites: adiumẽta: potentiã: sic positũ obseruo apud Ciceronẽ & comicos. Studet. Fauet. Fronte. Serena & aio nubilo. Iuxta illud antiquũ. Odi amicos ilaro fronte, tristi corde. ἐξοχὴ. Excellentia & nobilitas. sanguis nũc pro te uili habetur. pecunia cuncta adæquat & cõficit. In nullo est. Nemo est qui mereatur honorem, & oẽs palam ambiũt. Pecunia. Iugiter ut inferioribus. Pecunia ęquat omneis. Tam boni q̃ mali modo sint pecũiosi, honorem consequũtur: unde urbiũ ruinæ nascũtur, ac uirtutis desolatio auctore Salustio ad Cęsarẽ. si uis uirtutẽ crescere: auro honorem diminue. Quo minus. Scribe. Nõ quod nũmus. alii legũt animus. Sed coitio.

Coitio.

Coniũctio Domitii cũ Cęsare. Cos. Cõsulis Domitii. Pompeius. Scauro studens. Absunt. Scribendum obsunt hoc est nocent.

Comiciati Tribuni. Tribũi mili. rufuli.

Comiciatis. Tribunis qui Romæ creabãtur in comitiis. Creabãtur alii tribuni militum in castris, qui uocabãtur rufuli. Nonnulli hoc in loco comiciatos intelligũt oẽs candidatos, q in comitiu descenderũt, qm subdit ut ducãtur tribunitii: Merula cõtra Beroaldũ scitu digna prodit, quod opusculũ cũ non extet his nostris racematiõib. intexere opę prætiũ duxi. Quam negociosum in re cognitu nõ indigna se ostentat Beroaldus, eos uidelicet attestãs: qui de re militari pcepta tradunt. Sed garrit ꝑfecto de tribunatu militum quorũ duo genera, qñ alii Rufuli: alii uero comiciati dicãtur. utrorũq; qd officii foret, iactat. Illud uoluissem explicasset: quod ad rẽ pertinebat maxie, an militares tribuni auxiliis iura redderẽt.

An tribus mil. auxiliis iura reddãt

Differre diximus quodã in loco auxilia a legionibus. quod ea Romanæ forẽt: ille a sociis uenirent: suos magistratus, legiones & auxiliarii habebãt. Non par certe uidet, qui diuersa noĩa in castris sortiebãtur: sub eodem magistratu atq; imperio uiuere. Ac parę expedite Vegetius cũ haud parũ de bellico negocio tradat, de hoc disseruisse uidet. Dicet aliquis nũquid alios auctores Merula hẽt? Quid ni? an tantũ deferret recenti scriptori? ut græcas etiam paginas consectatus non fuerit? Ergo a græcis scriptoribus mores & instituta Reip. dum requiro a Polybio didici. Quos Romani in legionibus ad exigendã militũ operam, segnitiem castigãdam, corrigenda delicta: & ea curãda quæ ad munitiones castrorũ arma, et id genus cætera ptinebant, Rufulos appellitauisse.

Rufuli. Præfecti sociũm.

Qui uero auxiliaribus copiis pꝛerant, eos pꝛfectos sociũ dictos. Ita inter auxiliares qd iuris & prãtis hẽrent pręfecti hac appellatõe demõstratur. Nã ut qui a Pop. Ro. legiõibus pꝛerãt, tribuni: ita pꝛfecti sociũ in militia, auxiliarii pꝛfecti dicebantur. Hinc legimus apud Liuiũ in memorabili atq; acri pugna cecidisse aut captos fuisse, militũ tribunos. Præfectos autẽ socium tres aut quatuor. Et de his satis. Quingena. Plinii Secũdi uerba sunt hæc libro primo na. histo.

Candidati apud Catonẽ deponunt.

Cum apud Catonẽ illum ambitus hostem flagrãtibus comitiis pecunias deponerẽt cãdidati: hoc se facere ꝓ innocẽtia: quod in reb. hũanis summũ esset ꝓfitebanẽ. Inde illa nobilis. M. Ciceronis suspiratio. O te fœlicem. M. Porci: a quo rem improbam petere nemo audet. Plutarchus in Catone memorat candidatos deposuisse. xii. et semis milia drachmarum. Sed Catonẽ pecuniam recipere noluisse: fideiussores recepisse. Profectus. Roma. Gratuita. Sine ambitu. Omnes quidem. Alii scribunt. Omnes qui sunt. Eunti. Discedenti. Alii codices habẽt eum, hoc est Messium.

Legerat. Scribe legarat/hoc est miserat. Villam. Vellam scribendum. Regio uelina palatino monti cõiuncta est. Mætiam. A mætia porta nomen habentẽ. Quod obiter dictum uelim: Romam/auctore Plinio lib.iii.tris portas habentem Romulus reliquit. Tempore Plinii portæ erant triginta quatuor/Circuitus passuũ per directum.xxx.M.D.LXII. Alii Mæniam scribunt ꝓpter hæc Asconii uerba. Vel fures & seruos nequã: qui apud triumuiros capitales apud colũnam Mæniam puniri solent/Cur colũna Mænia dicta sit Pedianus recẽset. De mætia porta diximus apud Plautum et columna mænia.

Vellna regio.
Portæ Ro. Tres.
Mætia.
Mænia columna.

legarat Appius. Seruilius edixit: ut adeẽt tribus. habet Pontinam ueliam. Mætia pugnatur acriter: agitur tamẽ satis. Deinde me expedio. ad Drusum: inde ad Scaurum. parãtur orationibus iudices gloriosi. Fortasse accedent etiam Coss. Dess. in quibus si Scaurus non fuerit: in hoc iudicio ualde laborabit. Ex. Q. Fratris literis suspicor iam eum esse in Britania. Suspẽso animo expecto quid agat. Illud q̃dem sumus adepti: quod multis: & magnis ĩdiciis possumus iudicare: nos Cæsari: & carissimos: & iucũdissimos esse. Dionysiũ uelim saluere iubeas: & eum roges: ut te hortatore quãprimũ ueniat: ut possit Ciceronẽ meum: atq; etiã me ipsum erudire. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Occupationũ mearum uel hoc signum erit: quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil accuso. sed pleriq; tantũmodo mihi nunciabãt ubi esses: quod erat abs te: uel etiã significabãt recte esse. quo in genere maxime delectarunt duæ fere eodem tempore abs te Bruto datæ. Scire enim uolebã te cõmode nauigasse. sed hæc epistolarum frequentia: nõ tam ubertate sua: q̃ celeritate delectauit. Illa fuit grauis: & plena rerum: quã mihi. M. Paccius hospes tuus reddidit. Ad eam rescribã igitur. & hoc q̃dem primum. Paccio Romæ: & uerbis: & re ostendi: quid tua cõmendatio ponderis haberet. Itaq; in intimis est meis: cum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cętera. Varro: de quo ad me scribis: induceturin aliquem locum: si modo erit locus. sed nostri genus dialogorum meorũ: ut in oratoriis: quos tu in cœlum fers: nõ mentio potuit fieri cuiusquã ab iis: qui disputant: nisi eius: qui illis notus: aut auditus esset. Hanc ego de repu. quã institui disputationem in Africani personã: & Phili. & Pæti. & Manlii consuli: adiunxi adulescẽtes. Quintũ Tuberonem. P. Rutiliũ. duos Læli generos: Scęuolã: & Fãnium. Itaq; cogitabã: quoniã in singulis libris utor pœmiis

Deinde. Legatur/inde: postq̃ messianum negocium. mira celeritas Ciceronis. hæc uerba pernicitatis plena/incredibilem animi significant agilitatem. Scaurũ. Defendendũ/ unde Scauriana manauit oratio: i qua Scaurũ filiũ reum repetundarum accusauit: qui in amplificatam domum intulit ignominiã et dedecus. Lege Ciceronem libro officiorũ primo. Orationis. Nostris apologeticis. Accident. Melius accedent. Te hortetur. Prisca exẽplaria habent/te hortatore.

Argumentum.

AD EPIStolam rescribit grauẽ ac plenam rerũ: Varronis memoriã sibi curę futurã pollicetur in dialogis de rep. q̃uis defunctos tm̃ noiet. Seq morem platonicũ. Catonẽ absolutũ esse nuntiat: libentibus etiã accusatoribus. Quærit nullã spem esse libertatis. Se nõ tã dolore affici amissæ Reipu. q̃ adiaphoria ut ipse ait. Gabiniũ absolutum dolet Catone refragante. Rem britãnicam cõfectam esse.

Interpretatio.

VEL. Præcipue. auget hæc dictio. Librarii. Amanuensis. Quod erat abs te. Quod tu scripseras atq; significaueras. Ratione. Quid si scribis Romæ? De repu. Quos grauissimos de rep. libros/imitatione Platonis Cicero composuit fœlicissime/ Sed nos misselli ut omnia bona: & imprimis libertatẽ: sic hos libros amisimus. Vnius prohemiũ interpretatur Macrobius in somniũ Scipionis. Et. P. Lege Phili ex Liuio: & Cæteris. nobilis Romani nomen. Pæti Manilii. Vetus codex/ Pæti & Manilii. ii omnes includebantur libris de repub.

Exoterici libri. Actromatici.

Exetericos.Scribendũ exotericos.Exoterici Aristotelis libri ptinent ad Rhetoricã aut ciuilem. Doctrina Aristotelis erat duplex.Actomatice.Acroma ptinet ad res naturales:q̃ auscultatione & auditiõe indigẽt.Ergo doctrina illa auscultatoria/dicta grææe Actomatica.Alia exoterica hoc est extraria.Exoterici sunt ptinẽtes ad rhetoricã aut ciuilem cognitionẽ/ dñtq; exoterici libri hoc est extrarii.Lege Celliũ in noctibus Atticis hæc copiosissime uentilantẽ.Cic.lib.v.de finibus. De sũ/mo bono iiii/unũ genus populariter scriptũ:quod exotericon appellatur. Sceuolæ.Qui poda/gricus senex includitur primo/mox in reliquis libris excluditur.

ut Aristoteles i his:quos Exotericos uocat: aliquid efficere:ut nõ sine causa istum appellarem. id quod intelligo tibi placere. utinam modo conata efficere possim. rem enim(quod te nõ fugit)magnam com/plexus sum:& grauem:et plurimi ocii quo ego ma/xime egeo. Quod in his oratoriis libris: quos lau/das:personam desideras Scæuolę: non eam temere dimoui. sed feci idem:quod in πολιτεία. Deus il/le noster Plato:cum in Pyręum Socrates uenisset ad Cephalum locupletem:& festiuũ senem:quoad pri/mus sermo ille haberetur:adest in disputãdo senex: deinde:cum ipse quoq; cõmodissime locutus esset: ad rem diuinam dicit se uelle discedere: neq; postea reuertitur. Credo Platonẽ uix putasse satis consonũ fore: si hominẽ id ætatis in tam longo sermone diu/tius retinuisset. Multo ego satius hoc mihi cauendũ putaui i Scęuola:q& ętate:& ualetudine erat ea:qua esse meministi:& iis honoribus: ut uix satis decorũ uideretur eum pluteis dies esse in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo:nõ alienus a Scæuolæ stu/diis.reliqui libri τεχνολογίαν habẽt:ut scis. Huic iaculatori æ disputationi senem illũ:ut noras: inter/esse sane nolui. De re filiæ quod scribis:erit mihi cu/ræ.etenim est luculenta res. Aureliam:ut scribis:iu/diciis:& in eo me etiam Tulliæ meæ uindicabo. Ve/storio non desum. Gratum enim tibi id esse intel/ligo:&: ut ille intelligat: curo. Sed scis: qui habe/at Deos faciles: nihil difficilius. Nunc ad ea: quæ quęris de.C.Catone:lege Iunia:et Licinia scis abso/lutum: Fusia ego tibi nũtio absolutũ iri:neq; patro/nis suis tã libentibus:q̃ accusatoribus. Is tamẽ & me/cũ:& cum Milone in gratiã rediit. Drusus reus est fa/ctus a Lucretio: iudicibus reiiciendis.ad.V. Non. Quintil. de pręlio rumores nõ boni:sed idicia nosti

Dimoui.Exclusi. Reuertit. A d dicendũ. Id ætatis.Ea ęta te Senecta. Valetudine ea.Le ge.ualetudine erat ea.i.podagri/ca. τεχνολογίαν Sermonẽ de ar te. Ioculatorie.Scribendũ iacu latorie.i.altercatorie/ cõtentiose. Statua meditat pręlia lusca.i cau sis notũ est illud iugulũ petere.

Techno/logia. Ioculatorie Iaculatorie

Iudiciis.Emẽdatiores codices hñt indiciis. Tulliæ.Fortasse Cic.loco dotis aliquã possessionẽ Tulliæ emere decreuerat. Vin dicabo.Satisfaciã. Qui cũ ha/beat duos.Scribe.Qui hẽat de/os.hoc sensu.A fœlicibus/poten tibus/& fortunatis modestiã ac animi moderationẽ ipetrari non posse.Illud Senecæ quadrat. Ra ro i bona fortuna bona mẽs.De/os faciles hẽt/qui fortuna secun/dã potitur. Difficilius.Asperi/us. Vestorius forsan ipetraturus aliquid erat a Pompeio/uel p̃po tentibus amicis:qui minime se fa ciles.M. Tullii uotis obtulerant.

Qui faciles deos hẽt/difficilis est

Licinia lex

Iunia & Licinia. Licinia lex a Licinio Scæuola lata de peregri/nitate/ut nullus peregrinus cum nõ esset ciuis Romanus/gereret se pro ciue Romano. Cato fuit accusatus quod cũ esset Tusculi natus:gereret se pro ciue Roma no:ac se Romanũ ciuem diceret. Legis Liciniæ:& ęlię meminit Ci cero in oratione de lege agraria. uel ita & melius. Quicũq; tulerit legem de curatione aut admini/stratione/nõ possit aliquem ami/cũ summittere/ut illã petat. Sed qm̃ de Cypro in formã p̃uinciæ redigẽda tulit legẽ Cato & idem in Cyprum mittebatur/credeba turq; ipe auri illuc ad nauigare:Ideo accusabat fecisse cõtra legem.Iunius Silulus tulerat legem de stipẽdiis:quæ qa in Cymbrico bello nõ dabãtur inde multa mala orta fuerũt. Absolutũ.Olim.

Iunia lex.

Fuisse.Aliqui uerbũ hoc a superioribus diuidũt:inferioribus ãnectentes:qui non fuisse sed fusia scribũt. De legẽ Fusia in supiorib.dcm̃ est. Is.Cato. Reiiciẽdis.Cũ iudices relecti fuissent/ iu/dicio p reiectionẽ iudicũ facto. Iudicia. Iudices mẽdosos ac suspectos/qm̃ isti triũphare dũ uolũt

terrores panicos iacifit. Alii iudicia scribűt. Quicűq; post hac. Erat hoc principiű Senatus cō/ sulti uerbis cōtra impotentiā proconsulű/re uero ipsa cōtra Cæsarē. Cæsar cű obęratos foueret:fa/ cinorosos sustineret: Tetrarchias donaret:foederatis populis sine cā bellű indiceret multisq; palam diceret opus esse bello ciuili/attonitis oībus quorsum ista tenderēt/cautum est ut Cæsari succede/ ref his uerbis. Quicűq; post hac differri sibi prātis tempus ipetrauerit/careat ipetratis/prouinciaq; q̄primű decedat. Excaduit Cæsar eripi sibi bnficium populi. De hoc Senatuscōsulto fit nűc a. M.

Hirus cű Domitio ĭ gratia est. S. C. quod hic Coss. de puinciis fecerunt: quicűq; post hac notum tibi: ut quod iam intelligebamus denunciationem illam Memmii ualde Cæsari displicere. Messala noster: et eius competitor Domitius liberalis in populű ualde fuit. nihil gratius certe erat Coss. ac Senatui. Senatus decreuit: ut tacitű iudicium ante comitia fieret. ab his consiliis: quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos: magnus timor candidatorum. Sed quidā iudices: in his Opimius Veteteranius Tri. pl. appellarűt: ne iniussu populi iudicarent. rescidit comitia dilata ex. S. C. dum lex de tacito iudicio ferretur. uenit legi dies. Terentius intercessit. Coss. qui illud leui brachio egissent: rem ad Senatum detulerunt. Hic Abdera non tacēre me. dices tamen tu nō quiescis! ignosce: uix possum. Verűtamen quid tā ridiculum! Senatus decreuerat: ne prius comitia haberentur: q̄ lex lata esset. qui si intercessisset: res integra referretur cœpta ferri leuiter. Intercessum non inuitis. res ad Senatum. De ea re ita censuerűt. Comitia prio quoq; tēpore haberi censere. Scaurus: qui erat paucis diebus illis absolutus: cű ego patrē eius ornatissime defendissem obnuntiatiōibus per Scæ-

Tullio mētio. Non placuit Cice. cogitāri tā insigni iniuria/alienari posse Cæsarē. Nō mihi. Ob fuerűt qui nō sum in puincia: sed Cæsari: qui puiciā admistrat galliā. Dicit se itéresse noluisse/quoniā recitabaf Senatuscōsultű: ut Cæsari succederef. Mēmii enűciationē. Sunt q scribűt/denűciationē. Mēmii denűciatio est quā do denűciauit litē Lucio Sciptōi Socero Pōpeii ambitus hominē accusans/& ad disqsitionem uocās/quā hic Cic. denűciationem uel enűciationem uocat: ob hæc Pōpeio reoq; uestē induente/cō/ plures etiā iudicű eam assumpserunt. Detestatus itaq; reip. conditionē Mēmius/accusationē dereliqt. Pōpeius ut monarchiā ĭ melius corrigeret/Scipionē residuo anni tpe collegā sibi assumpsit. Erat.n. tűc oium primarius in urbe Pōpeius. Nam senatus bñuolētia in illű inclinabat zelo Cæsaris. Auctor huius historię Appianus lib. ii. ciuilium. Displicere. Vt pote q nihil tricipitiű uereba tur. Tacitű. Nō uocale/sed p suffragia/ut Areopagitæ solebāt unde a satyro dcīn/Secretiq; reges ut curia martis Athenis. Quidā nihil imutant propter hæc uerba quæ leges inferius. C. Memmius candidatus pactionē in senatu recitauit/quam ipse & suus competitor Domitius cű consulibus fecisset. hanc pactionis recitationē prolationemq; uolűt in hoc loco enunciationem uocari.

Sortita. Per sortem data/ut iudicarēt de candidatis & largitionibus. In his opimius. Scribendum. in his aűt opimius. Veterranius. Beroaldus scribit uolaterranus. Ego nihil imuto. nomen est pprium. Appellarunt. Monuerűt. Iniussu. Vna dictio. Nolente populo. Leui brachio. Perfunctorie/subfrigide/molliter. Abdera. Aphya senatoria/noster senatus imprudens/ut abderitani. In libris de natura deorű abderitæ pro stultis ponűtur. Abdera ciuitas thraciæ unde Democritus. Tacere nesciebāt/quoniā sibi omnes comici uidebātur/Auctor Lucilius. Duplex abdera in thracia altera/altera in hispania/de utra meminerit Ouidius in Ibim ambigo: quæ singulis annis deuotum hominem alebat/saxisq; cędebat. Ouidiana carmina.

Leui brachio.

Abdera.

Aut te deuoueat certis Abdera diebus:

Saxaq; deuotum grandine plura petant.

Non qescis. A curādis Reip. negociis/cű semper mineris te geturű. Ignoscere. Legendum ignosce. Vix possum. Quiescere. Tā ridiculű. Q uā abdera nostra. Lex lata. Quæ sequit.

Qui si. Prępostertus ordo lege/Si q. Res itegra. De nouo dicűt barbari. Referref. Iteq; relatio fieret ad patres. Fieri. Lege ferri. Res ad senatű. Subintellige referf. Cēsere. Censuere.

Obnűciatiōib. Intercessiōibus ac phibitiōib. augurű cōtra religionē rē latā dicētiű. Cic. i. ii. Antoniana. Nos augures obnűciationē solű hēmus/cōsules & reliq magistratus/etiam inspectionē.

Eutychides opipare: et φιλοπροσηνέστατα nobis cõcesserãt: epulari essemus hilarẽ ĩ modũ. Actio maluimus iter facere pedibus: qui ĩcõmodissime nauigassemus. sed Leucatem flectere molestũ uidebatur. Actuaris aũt minutis Patras accedere sine iis ĩpedimentis nõ satis uisum est decorũ. Ego: ut saepe tu me currentẽ hortatus es: quotidie meditor. praecipio meis. faciã deniq; ut sũma modestia: et sũma abstinẽtia munus hoc exordinariũ traducamus. Parthus uelim quiescat: et fortuna nos iuuet. nostra pręstabimus. Tu quaeso quid agas: ubi quoq; hoc tempore futurus sis: qualeis res nostras Romae reliqris: maxime de CXX. et de DCCC. cura: ut sciamus. id unis diligẽter literis datis: quae ad me uniq; perferãtur: cõseqre. Illud tñ (quoniã nũc abes: cũ id nõn ageretur: adens aũt ad tẽpus: ut mihi perscripsisti) me mẽto curare p te: et p oẽs nostros: In primis p Hortẽsiũ: ut annus noster maneat suo statu: ne quid noui decernatur. Hoc tibi ita mãdo: ut dubitẽ an etiã te rogem: ut pugnes: ne intercaletur. sed nõ audeo tibi õia onera ĩponere. Annũ quidẽ uniq; teneto. Cicero meus modestissimus: et suauissimus puer tibi salutẽ dicit. Dionysiũ semper equidem: ut scis: dilexi: sed quotidie pluris facio: et mehercule ĩ primis quod te amat: nec tui mentionem intermitti sinit. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

V T Athenas ad. XV. Calẽ. Quintil. uenerã: expectabã ibi iã quartũ diẽ Põtinũ: neq; de eius aduentu certi quicquã habebã. Erã autem totus (crede mihi) tecum. Et quãquã sine iis per me ipse: tamen acrius uestigiis tuis monitus: de te cogitabam. Quid quaeris? Non mehercule alius ullus sermo nisi de te. sed tu aliqd de me ipso scire fortasse mauis. Haec sunt. Adhuc sumptus nec ĩ me aut publice: aut priuatim: nec in quẽquam comitum. Nihil accipitur lege Iulia: nihil ab hospite. persuasum est omnibus meis seruiendum esse famae meę belle. Adhuc hoc animaduersum Graecorum laude: et multo sermone celebrabatur: quod superest elaboratur in hoc a me: sicut tibi sensi placere. Sed haec tum laudemus: cum erunt

Opipare. Saliatiter & affluenter. opes uocãt copias omniũ rerũ. φιλοπροσηνέστατα. Lętissime: mãsuetissime: benignissime.

Leucatem. Epiri. Virg. Mox & Leucatae nymbosa cacumina mõtis. Moleste. Molestũ lege.

Actuariis. Nauigiolis. Salustius. his actuariis naues circiter triginta erat honerarię. Dictae actuariae quod cito agi possunt.

Patras. Patrae auctore Stephano ciuitas Achaiae a quodam patreo. Ciuis πατρεύς. Praecipio. Vt sint modestissimi. Exordinarium. Extraordinarium hodie dicũt ineptius. Nostra. Consilia, ingeniũ. Innuit illud Ouid. Rara quidem uirtus quam non fortuna gubernat. Datis. Haec dictio nõ est in priscis exẽplarib. Cõseqre. Da operam. Suo statu. Ne prorogetur. Intercaletur. Interponat nouus annus. Liuius. ut intercalatae poenae usuram habeant.

¶ Argumentum.

ATTICVM Cogitare: Attici nomen in ore habere se iactat. nullũ nisi sup Attico hẽre sermonẽ. nihil ĩ iti nere extorqre: uñ a gręcis extollit. Molestissimã hãc puinciã esse qritur. Athenis delectatũ scribit. De Xenõe aliqd refert.

¶ Interpretatio.

V T ATHEnas. Significat qprimũ Athenas. Erã tecũ. De te cogitabã. Sine iis. Quis nulla tua uestigia me tui admonerẽt. Vestigiis. Locis & regionib. p q decurrere soles. De te. scribẽdũ de te. Sũptus. ipẽsa publica uel priuata. Nec ĩ qnq comitũ. Nõ mõ ĩ me. Comites turba uocaẽ magistratũ seqns. Catullus. Pisonis comites cohors inanis. Lege Iulia. De legationib. de qua meminit idem libro. xv. Epistolarũ ad Atticũ. hęc alio nomine uiaria & alimentaria dicebatur praesertim a Cello libro octauo Epistolarũ famil. Belle. Aduerbium significans bene. persuasum est ut famam meam non secus q suam curent. Hoc. Vitae genus & institutum modestissimum. Animaduersum. Cogitatũ a nobis. In hoc. Vt uiuam continenter.

Actuaria.

Patrae.

Exordinarium.

Cõmites.

Iulia lex.

Perorata. Metaphora est a cōcionatore deducta: q perorasse dicitur/qñ orationem legit ac in finem uergit. Negotio. Negotiosa molestaq; prouincia. Emerserim. Me abdicauerim. γραφέα. Descriptorē uel pictorē. Pompeiū intelligit futura uaticinatū. Dices quid adhuc. Ista iunctim legenda. Quid adhuc/cur a principio q̃reris? In negotio. Attici uerba. Nōdum cœpisti prouinciā intrare/& iā piget/tedetq; negotiorū prouincialiū. & qm̄ iam Ciliciā appellimus/de hac Ciceroniana prouincia nōnulla/quæ ad uiscera propositæ lectionis eruenda sunt/euentilemus: idq; ex Plutarcho grauissimo Philosopho in uita Ciceronis. his actis p Crasso iuniore: qui apud parthos obierat augur designatur. Deinde procōsul prouinciā sortitus Ciliciā. xii. M. peditū: duoüq; miliū sexcentorū equitū traiicit/iussus Cappadociā Ariobarzani regi reconciliare: eiusq; uolūtati reducere. hæc ipse placide/& absq; congressu pugnę cōposuit: ac Cilices qui ob cladem Romanorū a parthis illatā/Syriæq; tumultus qui afferebātur nutabāt: administrationis suæ mansuetudine placat: munera ibidē a regibus sibi oblata renuit. Prętetea prouinciæ populos ab epularū stipēdiis soluit. Eius domus ianitore oīno libera. Ipse cubans a nemine uisus ē sed matutina luce aut stans aut circūambulans iuxta cubilis sui locū: dexterā his dabat: qui ad se salutatū ingrederentur. iracunde nullus iurgio lacessitus/aut dānatus improbe terf. Multa publicorum quæ furtiue subrepta fuerāt/ciuitatibus reddidit/ac obnoxios nihil ultra perpessos in sua dignitate seruauit. Bellis. Simulantib. humanitatē/patientiā/ilaritatē. Belliū uocatur quod p̄sefert ilaritatē/festiuitatē/gratiā. Plautus. Belliū se faciebat. Nō tibi: ait Tibullus: Sed iuueni cuidā truit bella uideri. Asibi Plautus bella bellatura. Angor. Crucior. Intimis sensibus. Intercuti cura. Cedem perscribo. Vetusti Codices. Quo te celem nō perscribo. Nō scribo cuncta p seriem historiæ ut te celem/aurcsq; tuas reformidem. Δυσουκίλητα. Difficilia mitigatu. Celo quoniam desperatissima sunt: & marius medicas abdicant. Nōnullis. n. morbis non est adhibenda medicina. Reperio in Beroaldi codicibus μυστικώτερα. idest secretiora. Βαθύτητα. Pondus: profunditatem: auctoritatem. Μελέτη. Meditatio. Huius uirtutis. Continentiæ. Propositū. Prisci codices appositū habent. Nominibus. Negociis in hoc loco. Actum sit. Subintellige scire uelim: uel ad nos nō scribit. Modo ne Roma qdem. Prisci codices. Sed ne rumor qdē. Quisquā. Subintellige fuit. A philosophia. A dogmatistis p̄hiorū. Sursum deorsum. Euripus ē turba p̄hica: qd diuersa sentiūt. græci dicunt: ἄνω καὶ κάτω. Si qdē existimaris tu apud quē erā. Lege. Sic qdē existimat tuus apud quē erā. Xenonē. De Xenone meminit idē lib. xvi. harū eplarū i principio.

Grapheus.

Cilicia.

Domus sine ianitore.

Bella.

Sursum & deorsum.

perorata. Reliqua sunt eiusmodi: ut meū consilium sæpe reprehendam; quod nō aliqua ratione ex hoc negocio emerserim. O rem minime aptam meis moribus. O illum uerum γραφέα. dices. Quid adhuc? Non dum. n. in negocio uersaris: nescio: et puto molestiora restare. sed hæc ipsa fero equidem fronte: ut puto: et uultu bellis: sed angor intimis sensibus. Ita multa uel iracūde: uel insolenter: uel in omni genere stultitiæ: insulse: arroganter et dicuntur: et tacentur quotidie. quæ nō: quo te celem: perscribo: sed quia δυσουκίλητα sunt. Itaq; admirabere meā βαθύτητα: cū salui redierimus. tanta mihi μελέτη huius uirtutis datur. Ego quoque hæc hactenus. Et si mihi nihil erat propositū ad scribendum: quia quid ageres: ubi terrarum esses: ne suspicabar quidē. nec hercule unq̃ tādiu ignarus rerum mearū fui. Quid de Cæsaris: quid de Milonis nominibus actum sit: hoc non modo nemo: sed ne rumor quidē quisquā: ut sciremus in Repub. quid ageretur. Quare siquid erit: quod scias de his rebus: quas putabis scire me uelle: per mihi gratum erit: si id curaris ad me perferendum. Quid est prætereaʔ nihil sane: nisi illud: ualde me Athenæ delectarunt. Vrbs dūtaxat: et urbis ornamentum: et hominū mores in te: et in nos quadam beneuolentia. Sed multū ea philosophia ἄνω καὶ κάτω. Sic quidē existimat tuus apud quē erā. nam Zenonem tuum: uel nostrum potius Quinto cōcesseram: et tamen propter uicinitatem totos dies simul eramus iuncti. Cum primum poteris: tua consilia ad me scribas: ut sciam: quid agas; ubi quoq;: et maxime quando Romæ futurus sis. Vale.

¶ Argumentum.

HVI EST Aduerbiū recusantis, ut uah. quo sæpius utuntur. Plato præsertim. Dabo q̄ si recte. Illud uerbū. q̄. est supuacaneū, pposteto tamen ordine ac sensu positū. sic tamen scribendum. Frustra potius dabo si recte dari poterunt q̄ cōmittam. Per fortunas. Per opes: & quidquid tibi dulce est rogo. Ades. Presens es Romæ. q̄ uix harū. prisci codices, qui uix feram, subintelligitur, ut, ut qui uix feram insulsitatē. Sedendi comes. Otii et desidiæ particeps: uel qui aliquem olim cū Cicerone gesserat honorem. subintellige fuit. Non gesserit. Scribe, nunc gesserit. Erit. Alii legunt, erat. Transpadanus. Exercitum habebat trāspadum, de quo Cæsar apud Lucanum. Marcellusq; loquax & nomina uana Catonis. Stomachi. Iræ: indignationis q̄ mihi. Varronem dicere. Quod olim refers Varronem dixisse. Qui quidē Theophani. Lege. Cui quidem Theophanes. Pōpeio persuasit Theophanes ne abesset Italia. Illud. Hoc. Illum. Pompeium. Discedere. Italia. Incūbet. Vrgebit propositū: ne Pompeius discedat. Ἄφρακτα. Naues intectæ: nec ad pugnandū munitæ. φράττω, sępio, obstruo, claudo. Cataphractæ naues contrariæ aphractis, quarum cētum habebat Mithridates. Dicrotas cētum. Dicrotum. Biremē. De Dicroto Iulius Pollux libro primo. Dicrota sunt naues: quæ duobus gubernaculis pariter a prora reguntur & puppi. Meminit i Epistolis ad Atticū Cicero. Nam & ipse Domitius bona habebat plane dicrota. De Dicrotis meminit Cæsar primo cōmentario bellorum ciuilium. Et aliquid. Lege. & aliud Catascopium. Est nauis exploratoria Catascopium ut uocabulū docet. cuius meminit Cęsar in cōmentariis sic. literis celeriter in Siciliam conscriptis & per Catascopium missis. Catascopii meminit Gellius libro. ix. Nosse nos. Naturam nostrā cognoscere. Nostram causam. Cognoscunt. Comites causam & conditionem profectionis meæ, quod ad gloriā non lucrum nauigo. Suæ. Cur ipsi & ego nauigamus. Existimationis. Honoris. ὁποία ἡ δέσποινα, οἷαι καὶ θεράπαιναι. Qualis domina, tales ancillæ. Platonicum prouerbiū est libro octauo de Republica. Est & aliud prouerbium in hæc uerba. τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμούμεναι. Dominas imitantes catellæ. Permanebunt. Ego non imutor, nec illi immutabuntur. exemplo domini seruus ætatem degit. Componitur orbis Regis ad exemplum. Ita. Turpe. Exemplum non ero delinquendi. in id parum quod fuerit. Cōtra illud delictū quod etiam paruū fuerit: nō modo enorme. Fiet aliquid serius. Scribe seuerius, sūma urgebimus seueritate etiā delicta minima.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVi toties ne me literas dedisse Romā: cū ad te nullas darem? at uero posthac frustra potius dabo: si recte dari poterunt: q̄ committam: ut non dem. Ne Prouincia nobis prorogetur per fortunas: dū ades: quicquid prouideri potest: prouide. Nō dici potest: quam flagrem desiderio urbis: qui uix harū rerum insulsitatem feram. Marcellus sedendi comes: et si ille magistratum non gesserit: erit tamen Transpadanus. Ita mihi uidetur nō minus stomachi nostri Cęsari fecisse. sed hoc ipse uiderit. Pōpeius mihi quoq; uidebatur (quod scribis Varronem dicere) in Hispaniam certe iturus. id ego minime probabam: cui quidem Theophanes facile persuasit: nihil esse melius: quam illud: nusq̄ illum discedere. ergo græcus incūbet. Valet autem authoritas eius apud illū plurimū. Ego has prid. Non. Quintil. proficiscens Athenis dedi. cum ibi decem ipsos fuissem dies: uenerat Pontinus. nam Cn. Voluſius aderat quęstor tuus. Vnus Tullius aberat. ἄφρακτα Rhodiorum: et Dicrotū: Mitylenorū habebā: et aliud Catascopiū. De Parthis erat silentiū. quod superest Dii iuuēt nos. adhuc iter per Gręciam summa cum admiratione fecimus. Nec mehercule habeo adhuc: quē accusem meorū. Videtur mihi nosse nos: nostrā causā: et conditionē profectionis suæ. plane seruiūt existimationi meæ. Quod superest: si uerū illud est ὁποία ἡ δέσποινα: οἷαι καὶ θεράπαιναι certe permanebūt. Nihil. n. a me fieri ita uidebunt: ut sibi sit delinquēdi locus. in id parū: quod fuerit: fiet aliq̄d a nobis seuerius.

Hui. — Per fortunas. — Aphracta. — Cataphractæ. — Dicrotum. — Catascopiū. — Qualis domina tales ancillæ.

Nam lenitate. Scribendũ. Nũc lenitate. Proficimus. Ad compescendũ errores lenitate naturæ. A'ντίων. Tolerãtiam. Aliqui ἀντέμιον hoc est prohibitionem mali. Turpis. Mutata natura/laxataq; disciplina: quæ sũma cũ difficultate perferri põt: Mali mores succrescunt/auctore Plauto/uelut herba irrigua. In præfectis. Cũ non accepi præfectos quos dabas excusatũ me habeas. Iis quos uoles. Dato tamen iis præfectis ministros quos uoles dare. Ego a me præfectos pendere uolo. Meteorus. Suspensus. Patronẽ. Fuit epicureus/de quo meminit his Cicero libro primo Epistolarũ ad Q. Fratrem. Aesopi tragœdi Licinius seruus aufugit. Is athenis apud patronẽ epicureũ pro libero fuit. De eodẽ Cicero quoq; libro tertio familiariũ. Cũ patrone epicureo mihi omnia cõmunia sunt: nisi quod in philosophia uementer/ab eo dissentio. Barones. Quidam patrones legũt hoc est epicureos: quam lectionẽ puram putam censeo/qm̃ de græcis non Romanis scribit. Barones alii exponũt satrapas qm̃ auctore Thoma aquinate libro de regimine pricipum: Barones ἀπὸ τῆς βαρέως hoc ẽ a grauitate principes sapiẽtissimi uocanẽ. Alii Varrones p ditissimis. Iuxta illud Ciceronis i Epistolis familiarib. Non si Varronis Thesauros haberem/sustinere sumptũ possem. In libro de finibus: ni fallor: est hęc dictio Barones. Ex illius litteris. Tuis scribendũ & in reliquis Romanum codicem sequare. hoc sensu. Debet tibi Patro dicens rem suam mihi fuisse curæ pp literas tuas: quibus mihi patronem cõmendasti. A nostro. Lege a uestro. Pomponius enim Atticus erat. ὑπομνηματισμόν. Decretum. Polycharme. Scribe Polycharmo uel Polycharmide prętore. Me & post ipsi. Deleatur pronomen me pposterа sede positũ. Patroni ad Mẽmium. Scribe. Patroni me ad Mẽmiũ. Vt si ad uos. Lege. ut is ad uos. id est ariopagitas. Posse. Id tollere decretum. Ananius. Non est hæc epistola distincta. Sed superiori iungitur. docet uerbũ autem/& scribendũ Fánius. Attuli. Legẽ dũ abstuli. Συμπαθῶς. Miserabiliter. Data. Scribe datæ subintellige sunt. Νομανδρίαν. Pastoritiam/uilem/ac simplicem. Meam excusationem. Excusabat Ciceronem amanuensis quod propter occupationem non scripserat.

Anexia. Patro.i. Barones. Varrones. Hypomnematismos. Nomádria

nam lenitate dulces sumus: et/ut spero: proficimus aliquãtum. Sed ego hanc: ut singuli dicunt: adhuc ἀμεξίαν in unum annum meditatus sum. Proinde pugna: ne/siquid prorogatum sit: turpis inueniar. Nunc redeo ad ea: quæ mihi mandas. In præfectis excusatio. Iis: quos uoles: deferto. non ero tam μετέωρος. quã in Apuleio fui. Zenonem tam diligo: quam tu: quod ipsum sentire certo scio. Apud Patronem: et reliquos Varrones te in maxima gratia posui: et hercule merito tuo feci. nam mihi is ter dixit: rescripsisse ad te: mihi ex illius literis rem illam curæ fuisse: quod ei pergratum erat. Sed cum Patro mecũ egisset: ut peterẽ a uestro Ariopago ὑπομνηματισμὸν tollerent: quem Polycharmo Pr. fecerant: cõmodius uisum est: et Zenoni me: et post ipsi Patroni: ad Mẽmiũ scribere: qui pridie: q̃ ego Athenas ueni: Mitylenas profectus erat: ut si ad uos scriberet: posse id sua uoluntate fieri. non. n. dubitabat Zeno: quin ab Ariopagitis: inuito Mẽmio impetrari nõ posset. Fánius aũt ædificandi consiliũ abiecerat: sed erat Patroni iratus. Itaq; scripsi ad eum accurate: cuius epistolæ misi ad te exemplum. Tu uelim Pyliam meis uerbis cõsolere. Indicabo enim tibi. tu illi nihil dixeris. Accepi fasciculũ: in quo erat epistola Pyliæ. abstuli. aperui. legi. ualde scripta est συμπαθῶς. Brũdusio: quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea: tũ uidelicet datę: cũ ego me nõ belle haberem. Nã illã νομανδρίαν: meã excusationem ne acceperis. cura: ut oĩa sciã: sed maxime ut ualeas.

Argumentum.

NAVIGArionis suæ molestum describit Athenis discessum/a Piræo ad Zostera/& alias oras. Rogat Atticum ut scribat non modo sermones Hortensianos/uerum & præsaga mente futura odoretur: in quo genere uaticinii maxime pollet. Negotia Romana explicet. In antiquis Codicibus est reperire/magnum negotium. Res minuta/sed curiositas nihil teculat. Negotium ponitur pro molestia.

Atq; id. Præsertim. figura loquendi græcanica/ τὸ δὲ. Mẽse Quintili. Iulio/ quo tempore: expertus loquor/ ebulliũt maria: nauigia thermæ uidentur/ miro fetore funditus pontus exæstuat. Delũ. Prima cycladũ Asteria & Ortygia dicta qm̃ primũ illic Coturnix apparuit. Piræo. Opido attico portuoso cõtinuato mari lõgis muris .i. macrotichi/ unde ab olore Meuanĉsi cãtitatũ ẽ. Ast ubi piræi capient me littora portus/ Scandam ego Theseæ brachia longa uiæ. Zostera. Zoster. auctore Stephano: Atticæ isthmos ubi dicũt Latonam soluisse zonam lauatura se in palude/ unde Apollo dicitur Zosterius.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NEgocium magnũ est nauigare: atq; id mense Quintil. sexto die Delum Athenis uenimus: prid. Non. Quintil. a Piræo ad Zostera uento molesto: qui nos ibidem Nonis tenuit. Ad. VIII. Iduũ ad Ceocum uicum: deinde ad Gyarum sæuo uento nõ aduerso. Hinc Scyrum. deinde Delum: utroq; citius: quam uellemus: cursum cõfecimus. Iam nosti ἄφρακτα Rhodiorum nihil est: quod minus fluctũ ferre possit. itaq; erat ĩ animo nihil festinare: Delo nec me mouere: nisi oĩa ἀκρωτηρίων tuta uidissem. De Messala ad te statim: ut audiui: de Gyaro dedi literas: et id ipsum consilium nostrum etiam ad Hortẽsium: cui quidem ualde συνηγορισάμην. sed tuas de eius iudicii sermonibus: et mehercule omni de Reipu. statu literas expecto πολιτικώτερον quidem scriptas (quoniam meos cum Thallumeto nostro peruolutas libros) eiusmodi inquam literas: ex quibus ego non quid fiat (nam id Helonius uir grauissimus potest efficere cliens tuus) sed quid futurum sit sciam: etiam cum hæc leges: habebimus Coss. Omnia perspicere poteris de Cæsare: de Pompeio: de ipsis iudiciis. Nostra autem negocia (quoniam Romæ commorans) amabo te explica: cui rei fugerat me rescribere. de strue Salinarum plane rogo.

Ceocũ. Vicus inglorius/ illudatus/ anonymos/ alii qui ceum mallũt/ quod si recipit: scito quod Ceos/ Cea & Cia: tribus .n. modis hæc insula inter cycladas ab auctoribus ponit: Ptolemæo Cea. Straboni & Plinio Ceos/ q̃uis Coos mendose apud Pliniũ legatur/ qui dicit a nostris hãc insulam Ceam uocari/ unde Simonides fuit: & uestis delectationi foeminis uenit/ ex qua Cea ueste/ nõ Coa apud Propertiũ legi debet. Hãc hodie permarini Venetorum patritia familia tenent.

Gyarũ. Gyaros una sporadũ. Dicit hæc Gyarus. Antigonus Caristius auctor est mures ibi letali esse morsu & ferrũ rodere. Stephanus auctor. Gyarus est asperitate situs & cæli inclementia infamis. Sæuo. Insane perflante. Aduerso. Qui non in contrariũ uela implebat: tamẽ agitabat. hæc se simul ferũt nec aduersantur/ quod uentus sit seuus & immodicus/ nõ tamen sit aduersus. quoniã aduersus reflat. Scyrũ. Scyrus ante Macedoniam insula Lycomedis: clara Homeri sepulchro: & latebris Achillis puerũ dũ peteretur ad bellũ Troianũ: dicta quasi σκληρός a loci asperitate. Sciriæ Capræ mirabiles feruntur & lapides uario colore præstãtes. Sclerus dicit is quoq; qui cum sit senior/ facie tamen mendaci iuuenis uidetur/ Prophetes contrarium sonat/ qui cum sit iunior annis/ rugosa facie uidetur senex. Deinde. Emenda inde.

Omnia ἀκρωτηρίων. Extrematum partium promontoriorũ: obseruare prius uti fluctus nullus litus alludat. Iura. Lege tuta. συνηγορισάμην. Adiutor fui. Exemplaria uetera habent. Tul ual de συνηγορίζουσι. hoc est certauere in me honorando & adiuuãdo. De eius. Hortẽsii. πολιτικώτερον. Ciuilius. Thallumeto. Nomen propriũ uiri docti: de quo tamen adhuc nihil legi. hodie Thalumetos doctores Caballisticos appellant. Alii Thalmudistas. Vehelenius. Prisci codices uel hellanius/ etiam hellanius. Futurũ sit. Subintellige uerbum sciam. Etiam cum hæc leges. Iunge inferioribus cum hæc leges habebimus consules. Est .n. scribendum habebimus. Cui rei. Super qua re. Destrue salinarium. Complana locum ubi sal fieri solet. Sunt qui scribũt/ de strue salinarum. Quæ sint salinarum strues Rutilius libro primo sic elegantissime docet:

Subiectas uillæ uacat aspectare salinas
Nãq; hoc censetur nomine salsa palus.

Delos. Pireum. Zoster. Zosterius Apollo. Cea. Locus propertii. Gyaros. Scyrus. Sclerus. Prophetes. Thallumetus.

Qua mare terrenis decliue canalibus intrat: Concipiunt acrem natiua coagula phœbum/
Multifidosq; lacus paruula fossa rigat. Et grauis æstiuo crusta calore coit.

De aqua. Dico. epanaphora/ Repetitio uidelicet ut rem maxime curet. Tui sermonib. Scribendũ tuis. Ergo. Hortantis/ urgentis/ impellentis. Quid. Aliquid omnino confice de aqua. Cicero/ ut patuit superiorib. annis ex tubulis subterraneis effosis: in quorũ singulis inscriptũ erat hoc nomen Cicer: induxit aquã regio ꝑpe sumptu. Rogauit. Lege rogarit. In tua. Lege sua.

De aqua siquid poterit fieri: eo sis animo: quo soles esse. De aqua: quam ego cũ mea spõte: tum tuis sermonibus æstimo plurimi. ergo aliquid cõficies. Præterea siquid Philippus rogauit quod in tua re faceres: id uelim facias. Plura scribam ad te: cum constitero. nunc eram plane in medio mari. Vale.

¶ Argumentum.

NAVIGationem Suam ulteriorẽ describit: promisit se usurum uirtute: quam docuit Atticus/ unde cũcta finem speratum habebũt. precatur anxie ne amplieẽ atq; prorogetur prouincia: nec a scribendo desistat/ significandoq; qd in Republica fiat.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EPhesum uenimus ad. XI. Calẽ. Sextil. Sexagesimo: et quinto post pugnã Bouillam. nauigauimus sine timore: et sine nausea: sed tardius propter Afractorum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum priuatarum: et de incredibili multitudine: quæ mihi iam Sami: sed mirabilem in modũ Ephesi præsto fuit: aut audisse te puto: aut quid ad me attinet? Verũtamen: cum de Cumanis uenissem cum imperio: Græci quasi Ephesio Pr. se alacres obtulerunt: ex quo te intelligere certe scio: multorũ annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. sed ut spero: utemur ea palæstra: quam a te didicimus: omnibusq; satisfaciemus: et eo facilius: quod in nostra Prouincia confectæ sunt pactiones. Sed hactenus: præsertim cũ cœnanti mihi nuntiaret Sestius se de nocte proficisci. Tua negocia Ephesi curæ mihi fuerũt: Thermoq; tametsi ante aduentũ meũ liberalissime erat pollicitus tuis oĩbus: tñ Philogenem: et Seiũ Rhodiũ: et Apolloniensem Zenonem cõmendaui. oĩno oĩa se facturum recepit. Ego præter eã rationem Philogeni: et ꝑmutationis eius: quã tecũ feci: edidi. ergo hæc quoq; hactenus. Redeo ad urbana. ꝑ fortunas (quoniã Romæ manes)

Pugna Bouilla. — Postpugnam Bouillam. Post prælium Milonis cum Clodio: quod in uia Appia prope Bouillas/ cõmissum est.

Nausea. Stomacho: redũdatione: Ouid. in arte. Non semel est stomacho nausea facta meo.

Nauseator — Nauseator stomachator. Tardius. Nauigabimus. Aphractorũ. Nauiũ minutarũ. Imbecillitatem. Contra fluctus. Cõcursu. Legati diuersarũ nationũ cõcursabãt Ciceronem uisitatũ ob nominis Romani & sui claritudinem. Sami. Insula ioniæ famos. De cumanis. Quidã de cumanis iũctim legũt: castris ac itineribus intelligẽtes. Beroaldo placet seiunctim scribere. De Comanis.

Comana. — Comana in plurali numero Cappadociæ imperiũ nobile quondã: & altera Corinthus freqñtia multiplici. hic lunæ fanũ: quod mensem pharnacis uocant: & Reges maxime uenerantur. huc undiq; ob Deæ festũ diem cõuenit. Altera Comana pontica. Comanæ urbis fit mẽtio apud Strabonem libro. xii. in qua Chrysostomũ sepultũ Suidas ostendit. Meminit et Ptolemeus & iurisconsulti de agricolis & censitis. Ephesio ꝑtori. Vt proprio prætori solẽt. Est enim tota illa. Asia citerior græcis habitata. Ea alacres. Scribendũ. Se alacres. Ostentationes. Vmbratica uita: quæ agendũ esse docebat: & nihil agebat. Alii codices habent: oscitationes/ otia uidelicet ac quies/ unde negligẽtes homines oscitatores dicti. In osceno carmine. Vt credas epicureũ obscitari. In discrimẽ. Periculũ: & pcinctũ bellicũ/ actionẽ. Pactões. Cõcordiæ publicanorũ. Apollonĩẽsẽ. Hæc Macedoniæ apollonia. Est & Libyca & Acarnanica: Gnosia: Sicula: Pprygia: Mysia ꝑpe Leõtinos. In Tharso i phocide noie cyparissus ab Homero. Senonẽ. Alibi legit Zenonẽ: alibi Xenonẽ. Præterea. Lege/ ꝑterea. Et ꝑmutationis. Prisci codices copulatiuã nõ hñt. Edidi rõnem. Reddidi.

Præfulci. Præpara. prisca exẽplaria habẽt/pfice. Præmuni. Pręstrue. Simus annui. Vt pro/uincia istæ c ultra annuũ spatiũ prorogeť. Intercaleť. Interponať aliqd spatii. Exhauri. Ebibe: exsugge. Maxime q̃so quoad põt. Legendũ. Exime q̃so si qd põt. Exime scrupulũ domesticũ: si qd põt/si aliqua rõne fieri põt. Scrupulũ. Nõdũ: difficultatẽ. Lucius in milesiacis. Iniecto nõ scrupulo/sed lácea. Deinde de Cęsare. Vetus lectio. Dein de Cęsare. Rogat ut eximat scrupulũ quẽ iniecerat Atticus de reb. Cæsaris. forte nõ scrupulus intelligẽdus ẽ. sed monet ut scribat quo modo res Cæsaris se habeant: cui Cæsari inhæsit. Cũ in cupiditatem. Scribẽdũ. Cui ob cupiditatem/cui Cæsari incubui cupiẽs ei pamicus esse. In cupiditatẽ. Legendũ: ob cupiditatẽ. In auctorem. Boni codices habent ob auctorem. Cupio quod uult Cæsar: & incũbo huic cupiditati propter auctoritatem Cęsaris. Incubui. Inhæsi: fixi propositũ. Forte Cæsar Ciceronem monuerat/ ut uinceret & triũphũ pcuraret. In Repub. fiat. Deest hoc. Fiat aũt: Quid dixi fiat: imo qd ẽt futurũ sit. Atticus .n. ppe diuinus erat: ac futuri tenax auctore nepote. Status laboret. An cõditio iudiciorũ fluctuet. De aq. Procurabat aquã deducere i Formianũ/de qua supius uberrime.

primum illud præfulci: atq; præmuni quæso: ut simus annui: ne itercaletur qd. Deinde exhauri mea mãdata: exime quæso quo ad potes: de illo domestico scrupulo: quem non ignoras. Deinde de Cæsare: cũ: in cupiditatem: et in authorem incubui: nec me piget. Etsi intelligis q̃ meũ sit scire: et curare qd i rep. fiat: imo uero etiã quid futurũ sit. Perscribe ad me oĩa: sed diligẽtissime. In primis nũqd iudiciorũ status: aut factorũ: aut futuro℞ ẽt laboret. De aqua: si curæ est: siquid Philippus aget: aĩaduertes. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ANte quam aliquo loco consedero: neq; longas a me: neq; semper mea manu lĩteras expectabis. cum aũt erit spatium: utrũq; dabo. Nũc iter cõficiebã æstuosa: et puluerulenta uia. dederam Epheso pridie. has dedi Trallibus. In prouincia mea fore me putabam Cal. Sextil. Ex ea die: si me i Asiam cõmouero: tamen interea hæc uellem: quæ mihi adnũtiabantur. Primũ ocium Parthicũ. deinde confectæ pactiones publicanorum. Postremo seditio militum sedata ab Appio: stipendiũq; eis usq; ad Id. Quinti. persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter. aduentus noster: ne minimo quidem sumptui fuit. spero meos omneis seruire laudi meæ. tamen magno timore sũ: sed bene paramus. oẽs iam nostri præter Tulliũ tuũ uenerunt. erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. æstiuos menses reliquos rei militari dare: hybernos iurisdictioni. Tu uelim (se me nihilominus nosti curiosum in Rep. quam te) scribas ad me oĩa: quæ sint: q̃ ue futura sint. Nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimũ: si q̃ tibi mãdaui: confeceris. In primis qd illud ἐν ὁμίλῳ: quo mihi scies nihil esse charius. Habes epistolã plenã festinatiõis: et pulueris. reliquæ subtiliores erũt. Vale.

Argumentum.

OPTAT Otiũ a pthis. Seditiosos milites sedatos gratulatur. Rogat ut scribat.

Interpretatio.

MEA Manu. Nunc bat/ba/propria manu dicit. Tralibus. Τράλλεις ciuitas Lydię prope Męãdrũ. Si meas. Prisci codices. si me i Asiã cõmouero. Hæc uellẽ. Futura. Adnũtiabant. Vetera exẽplaria/nũtiabant. Cõfectę. Nũtiabant: quo maxima se cura leuatũ putat. Ne minimo. In pbis codicib. legiť/nõ minimo. Sed nũmo: quo res fere nulla significať. Phrasis loq̃ndi priscis usitatissima. Vlpianus dig. locati. Si qs cõduxerit nũmo uno: cõductio nulla ẽ. Træglius. Amplissima pdia nũmo addixit. Valerius Maximus libro. v. Exequiarũ apparatus sestertio in funere Hirtii & Pansæ nũmo his prębentibus addicere. Sumptui fuit. Sumptũ ac impensam fecit. Paramus. Nos. Imprimis quid. Legendum/imprimis quidem. Illud ἐν ὁμίλῳ. In turba. Quid Romani meditentur. Subtiliores. Diligentiores.

Trallis.

Nũmo cõducere.

Laodicea.

¶ Argumentum.

OPTAtissimũ aduentũ suum ait. Sed Prouinciæ tedet. Lucem ac forũ desiderat. Abstinẽtem esse gaudet. Sumptus facere mirificos ut uersuram timeat. Rogat more solito ut de Republica scribat. Laodicea ciuitas Syriæ dicta ab Laodice matre Seleuci. Est & altera Lydiæ possessa ab Antiocho Stratonicæ. Est altera Lycaoniæ. Est & Mediæ.

¶ Interpretatio.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

LAodiceã ueni prid. Cal. Sextil. Nihil ex optatius aduẽtu meo: nihil charius. sed est incredibile: q̃ me negocii tædeat ne habeat satis magnum campum ille tibi nõ ignotus cursus animi: et industriæ meæ: pręclara opera cessent. Quippe ius Laodiceæ me dicere: cum Romæ A. Plocius dicat? et cum exercitum noster amicus habeat: tantum me nomen habere duarum legionum exulum? deniq; hęc non desidero. lucem: forum: urbem: domum: uos desidero. sed feram: ut potero: sit modo annuus. si protogatur: actum est. Verum facile resisti potest. tu modo Romæ præsto sis. Quæris quid hic agam? Ita uiuam: ut maximos sumptus facio. mirifice delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut uerear: ne illud: quod tecũ permutuaui: uersura mihi soluendũ sit. Appii uulnera nõ refrico: sed apparent: nec occuli possunt. Iter Laodicea faciebam ad. III. Nonarũ Sextil. cum has literas dabã in castra ĩ Lycaoniam. Inde ad Taurũ cogitabã: ut cũ Mophragone signis collatis: si possem: de seruo tuo decernerem. Clitellę boui sunt impositæ. illæ non est nostrum onus: sed feremus. modo: si: me amas: sit annuus. Adsis tu ad tẽpus: ut Senatũ totũ excites. mirifice solitus sum: quod iandiu ignota sunt oĩa. Quare: ut ad te ante

NE HABEAT. Scribe: nõ habet. Campum. Cursum: occasionẽ experiẽdi uires / exercẽdiq; lacertos. Cessent. Vereor. Ius dicere. Subintellige/decet ne Ciceronẽ cõsularem in his ciuitatulis inclusum ius dicere? qui Romæ in curuli dixit? Plotius. Lege Plocius. Iauolenus. Plocius Gallus patria Lugdunẽsis dicendi præceptor Romæ profitebat/a quo se Cicero in libro de oratore: & in Epistola ad. M. Titiniũ/eũ. Q. Fratre olim puer Latinas literas edoctũ fuisse testat. A Tranqllo inter rhetores ponit. Plocius Crispinus/quem Aretalogum fuisse cognominatũ: quod garrula scripsit carmina: Porphyrio narrat.

Plocius.

Aretalogus.

Amicus. Bibulus. Exilium. Seiũgatur a superiorib. sine interrogatione/hoc est uidet per epiphonema. Abstinẽtia. Est mihi. Versura. Vertẽdo. i. permutando creditores. Cicero in oratione pro Flacco. Duæ rationes cõficiendæ pecuniæ aut uersura: aut tributo. Appii uulnera. Iniurias i me illatas. Refricio. scribe refrico. repeto uidelicet ne tractata crudescant/quæ melius nõ tetigisse fuit. Lycaonia. Stephanus. χώρα λυκίας τε καὶ ἰσαυρίας. Regio lyciæ & Isauriæ. Dabã. Mittebã. Taurũ. Taurus mõs Asiam diuidit uniuersam uiis flexuosus / & numerosis nominibus/Imaus/Paropanisus/Circius/Campodes/Pharpharides/Coraxes/Crages/Oromades/Niphates/Taurus/mox tentanti maria similis brachia diuersa/aut & Sarpedon uocatur/Ceracesius/Gargius/iterũ que Taurus. Portarum quoq; nomina sibi uindicat/quæ alibi Armeniacæ: alibi Caspiæ: alibi Ciliciæ nũcupantur. Mophragone. Nomen propriũ parthici ducis. Signis collatis. Viribus omnib. in aciem eductis. De seruo tuo decedere. Scribe. serio decernere. Reliqua eradenda. Decernere & cernere est pugnare. Clitellæ. Sedes & Ephippium ligneũ: quod Asinis ac Mulis imponit/a quo Clitellarius dicit q alias dossuarius. Plautus. Homines Asinos habeo/clitellas indo/quidqd imponis uehunt. Prouerbiũ Ciceronis de his dicit: q cũ sint inepti ad aliquod ministeriũ/tamẽ illud ridicule subeũt/iuxta id Horatianũ. Poscit Ephippia bos piger/optat arare Caballus. Quintilianus lib. v. Parœmiæ quam ait ęẽ ceu breuem apologum hoc affert exemplũ. nos nostrum onus. bos Clitellas. Dicit quoq; prouerbiũ ubi qs recusat prouinciã munus ue subire/ad quod minime idoneũ se tetur. Quintilianus libro. v. Albanas colũnas Clitellis apportaui. Ammianus lib. xv. historiarũ. ut illud prouerbiũ/Clitellæ boui impositæ sunt/plane non est nostrũ honos. Clitellas hodie bastum

Versura.

Lycaonia.

Taurus.

Clitellæ.

a uerbo græco bastazo hoc est gesto dicũt/inde deriuari bastazontes pro baiulatoribus. Plura scribã tarde. Lege. plura scribã alias. Tarde tibi reddituro dabã/ sed homini familiari ac domestico.

Magistros scripturæ. Priores gabellarũ hodie uocant. Nonius. Scripturarii dicebant publica/ norũ siue mácipũ/qui uectigalia redimebant/tabelliones. Cicero pro Pompeio. Pecora relinquũ/ tur/agricultura deserit/mercatorũ nauigatio cõquiescit. Ita neq; ex portu/neq; ex decumis/neq; ex uectura uectigal conseruari potest. Plautus in truculento. Nam aduersum legem amẽ/ob meã scripturam pecudem accipit. Idẽ quod tu facis/faciũt rem male gerentes: ubi nõ est/scripturę unde dent/incusant publicanos. Beroaldus in quadã Epistola. Mancupes sunt publicanorũ principes & quasi senatores: qui quęstus sui causa/inter cætera quæ cõducũt uectigalia/decimas redimũt: quarũ rõ/ut inquit Asconius/scriptura dicit/ & tales a Cicerone magistri scripturæ nũcupant. sicut magistri portus a Donato dicũtur. Cicero libro.xiii.epi. famil. Cum P. Terentio hispone: qui operas in scriptura pro magistro dat/sũma familiaritas. Nobilitatis manceps a Cicerone dicitur in oratione pro Roscio Amerino. M. Tullius tertia in Verrem actione. Si res abiret ab eo mancipe. Mãceps diuinitatis a Tertulliano uocat. Annuus. Magistratus iste. istæ Clitellæ nostræ. Diocesũ. Lege. Diœcesium. idest administrationũ. διοικέω guberno: tueor. Idem libro tertio famil:ar. Me omnium illarũ diœcesium/ quæ cis taurum sunt. Alibi. Cilicensi Prouinciæ: cui scis τρεῖς διοικήσεις asiaticas attributas.

scripsi tum cætera: tum respu. cura: ut nota mihi sit. Plura scribam alias tarde tibi redituro: sed dabam familiari homini: ac domestico. C. Andronico Puteolano. Tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturæ: & portus: & nostrarum diœcesium. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ETsi in ipso itinere: et uia discedebant publicanorum tabellarii: et eramus in cursu: tamen surripiendum aliquid putaui spatii: ne me immemorem mandati tui putares. Itaq; subsedi in ipsa uia: dum hæc: quæ longiorem desiderãt orationem: summatim tibi perscriberem. Maxima expectatione impeditam: et plane euersam in perpetuũ Prouinciã nos inuenisse scito. Prid. Cal. Sextil. moratus triduũ Laodiceæ: triduũ Apameæ: et totidem dies Sinnade: audiuimus nihil aliud: nisi imperata ἐπικεφάλαια soluere nõ posse. omneis possessiones omnium uenditas: ciuitatum gemitus: ploratus: monstra quædam non hominis:

Argumentum.

OBITER scribit ac prouinciam ab Appio euersam doletq; eum sibi inuidere ut bono medico mali qui cum sanare negligant/ aut nesciant/ oderũt medicũ sanitatem restituentẽ.

Interpretatio.

EXPEctatione. Aliq expilatione legunt. potest & defendi expectatione uidelicet Ciceronis / ut respirare posset sub tutela. M. Tullii: quæ ferme exanimata ab Appio fuerat.

Apameę. Syriæ ciuitas: auctore Stephano: ab Apamea Seleuci matre uocata Cherronesus. Plinius libro.v. Cœlesyria habet Apameã marsya amne diuisam. Idem in eodem libro. Tertius conuentus Apameam uadit ante appellatam celenas/deinde ciboton. Sita in radice mõtis Signiæ circũfusa Marsya amne. Sinnade. Locus ꝓpiquus/ unde marmor Sinnadicũ cantatissimum apud poetas: de quo Papinius. Sinnada distinctum uariat. Ἐπικεφάλαια. Capitationes. De Epicęphaliis sic in quadam Epistola Beroaldus. Sunt tributa: quæ uiritim imponi solent: & ut dici solet per capita: unde uectigal id nomen accepit. ab ἐπὶ in/ & κεφαλὴ caput. De hoc genere tributi sic scribit Cæsar in tertio cõmentario belli ciuilis Pompeiani. In capita singulorum seruorum ac liberorum tributum imponebatur: ut hostiaria columnariaq; genera tributorum in singula hostia & colũnas. Huc faciunt uerba libro undecimo codicis posita. Humanæ capitationis censu iugatio. Ammianus Marcellinus libro .xxi. Interrogatus quid haberet ex arte compendii/ uicenas diurnas respondit annonas: totidemq; pabula iumentorum: quæ uulgo dicuntur capita. Pacatus. Quid memorem capita diminuta? & uitam ære taxatam.

Scripturæ magistri. Mácupes. Diœceses. Apamea. Cœlesyria: Sinas: Epicęphalia. Capitationes. Hosthatia. Colũnaria.

Tedet omnium. Legendum omnes. Manere. Nos scito/ne prouinciam inquietemus. Superauit. Cicero tuus. Nuntiabatur. Prisca exemplaria habent: cogitabat. Decedere. Recedere. **Bidui.** Bidui. Subintellige spatio. Mos loquendi Ciceroni familiaris/ ut sexcẽtis patet exẽplis.

¶ Argumentum.

ACCEPI. Scribit in theda uel potius dictat dũ tendit in castra/ abstinẽtiá suá laudat. Rogat ne ꝓuincia prorogetur: Cõquerit Appiũ solum agere in aliena prouincia.

¶ Interpretatio.

TO. Ad eos hoies. **Tersicius.** Tersicius. Eruditi qb: alia pscrutari curæ fuit: ipsi misq; Budęus magnus ac eruditus literarũ olympionices sic. **Denarius.** Denarius argẽteus decẽ libris ęris. i. assibus decem ualebat. Quinarius quinq;. idest dimidiũ. Sestertius quinarium dimidiatũ hoc est duos asses & semissem. Quadrãs quarta pars assis. i. libræ ęreę: quæ cũ erat argentea/ nõ assis argenteus. sed libella dicebat. Triẽs nũmus tertia ps assis. Quẽ quadrãtẽ Plinius & triuncẽ appellat. Cicero Tersiciũ inquit. Varro Teruncius a trib. unciis dictus qd sit libellę q̃rta ps & q̃drans assis. Quadringẽti sestertii i libra fuere. Cẽtũ sestertii erant unus aureus. **Sestertius.** Sestertius nũq̃ ęreus fuit. Sed ab initio statim duos asses & semissem ualuit. **Assis.** Assis ęreus erat. Triutis quadrãs: Tersicius idem. Cicero libro tertio de finibus. Interit. n. magnitudine maris ęgei stilla maria: ut in diuitiis Crœsi Teruncii accessio. Insumatur. Impendatur. In quenq̃. Meorũ. συμφιλοδόξουσιν. Simul studẽt: cooperantur. eadẽ opinione uel ambitione certant. Propero. Non est instituti mei laudare. In regnum. Post hãc uocem in bonis exemplaribus est: duxit. Aestiuis. Locis frigidulis ac opacis ad calorẽ arcẽdũ: inde uerbũ ęstiuare. **Bellissimũ.** Bellissimũ. Appositissimũ.

sed feræ nescio cuius immanis. Quid quæris? tædet omnium nos uitæ. leuantur, tamen miseræ ciuitates: quod nullus fit sumptus ĩ nos: neq; in legatos: neq; in quæstorẽ: neq; in quẽquã. Scito nõ modo nos fœnum: aut quod lege Iulia dari solet: nõ accipere: sed ne ligna quidẽ: nec præter quatuor lectos: et tectum quẽquã accipere: quicq̃. Multis locis nec tectũ quidem: et in tabernaculo manere plerũq;. Itaq; incredibilem in modum concursus fiunt ex agris: et uicis: ex domibus omnibus. Mehercule etiã aduentu nostro reuiuiscunt: iustitia: abstinentia: clementia tui Ciceronis. Itaq; opiniones omniũ superauit. Appius: ut audiuit nos uenire: in ultimã Prouinciã se cõiecit Tharsũ usq;. Ibiq; forũ agit. De Partho silentiũ est: sed tñ cõcisos equites nostros a barbaris nũtiant ii: qui ueniebant. Bibulus nũtiabatur quidẽ etiã nunc in Prouinciã suã accedere. Id aũt facere ob eam causam dicebant: quod tardius uellet decedere. Nos in castra properabamus: quæ aberant bidui. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

ACcepi Romæ sine Epistola tua fasciculum literarũ: in quo si modo ualuisti: et Romæ fuisti Philotimi ducõ esse culpã nõ tuam. Hanc epistolã dictaui sedens in Rheda: cũ in castra proficiscerer: ab quibus aberã bidui. Paucis diebus habebam certos homines: quibus darẽ literas. Itaq; eo me seruaui. Nos tamen: et si hoc te ex aliis audire malo: sic in Prouincia nos gerimus: quod ad abstinentiã attinet: ut nullus Teruncius insumatur in quenquam. Id fit etiam et legatorum: et tribunorum: et præfectorum diligẽtia. nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσι gloriæ meę. Lepta noster mirificus est: sed nunc propero. perscribã ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Deiotarus filius: qui Rex ab Senatu appellatus est: secum in regnum dum in æstiuis nos essemus. illum pueris locum esse bellissimum duximus. Sestius ad me scripsit: quæ tecum esset de mea domestica: et maxima cura locutus: et quid tibi esset uisum. amabo te incumbe in eam rem: et ad me scribe: quid & possit: et tu censeas. Idem scripsit Hortensium de prorogãda nostra Prouincia dixisse nescio quid mihi. i Cumano diligentissime: se ut annui essemus: defensurum

Receperat.Spoponderat se facturum. Tanq̃ innuat/ si uere doctus est/ lingua & animus concinent. Sententia Platonica est instar oraculi.bene eruditi:probi euadāt necesse est. Ama.Curato hanc rem:hanc partem. Scribit etenim idem .M.Tullius libro secũdo de finibus:uulgo dicitur iucundi acti labores.nec male Euripides. Suauis est praeteritorum laborum memoria. Iustiorem. Quod breuiorē.uirtus enim perfecta ac in sũmo posita cũ ascēdere nõ ualeat:semper de descensu cogitat. Laodiceę.Scribe Laudicea. Forũ agit.Ius dicit. Imposita.Impacta:iusta cauterio.

Eruditi pbi

receperat. Si quicq̃ me amas:hunc locum ama. Dici nõ potest:q̃ inuitus a uobis absim:et simul hãc gloriã iustitiae:et abstinẽtiae fore iustiorem spero:si cito decesserimus. Id quod Scaeuolae contigit:qui solos nouẽ menses Asiae pręfuit. Appius noster:cũ me aduentare uideret:profectus est Tharsum usq; Laodicea. Ibi forũ agit:cũ ego sum in Prouincia:quã eius iniuriã nõ insector. Satis.n.habeo negocii in sanandis uulneribus:q̃ sunt imposita Prouincię:quod do operã:ut faciã quãminima illius cõtumelia. Sed hęc Bruto nostro uelim ut dicas:illũ fecisse nõ belle:qui aduẽtu meo quãlõgissime potuerit:discesserit. Vale

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Q Vam uellẽ Romae esses:si forte non es. Nihil.n.certi habebamus:nisi accepisse nos tuas literas ad decimũquartũ Cal. Sextil.datas: in quibus scriptũ esset:te in Epeirũ iturũ circiter Cal. Sextil. Sed siue Romae es:siue in Epeiro:Parthi Euphratẽ trãsiuerũt Duce Pacoro Orodis Regis Parthorũ filio:cũctis referto copiis. Bibulus nõdũ audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiae cũ omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurũ cum exercitu ad Cibustra. Hostis in Cirrhesteica:quae Syriae pars proxima est Prouincię meę. His de rebus scripsi ad Senatũ.quas litteras:si Romae es:uidebis putes ne reddendas. Ei multa immo omnia:quorũ κεφάλαιον:nequid inter caesa:et porrecta (ut aiunt) oneris mihi addatur:aut temporis. Nobis.n.ĩ hac ĩfirmitate exercitus:inopia sociorũ: praesertim fidelium:certissimũ subsidiũ est hyems. Ea si uenerit: nec illi ante in meã Prouinciã trãsierint:unũ uereor: ne Senatus propter urbanarũ rerũ metũ Pompeiũ nolit dimittere. Quod si alium ad uer mittit: nõ laboro.nobis modo tẽporis neq̃d prorogetur. Haec igitur:si Romae es. sin abes:aut ẽt si ades:haec negocia sic se habent. Stamus animis:et quia cõsiliis:ut uidemur:bonis utimur:speramus ẽt

¶ Argumentum.

H ISTOriã rerũ suarum enarrat de parthis: sociis.M.Tullius fidelib. utitur.Iubet Atticũ bono animo esse. Optat non prorogari.Bruto satisfaciet.

¶ Intepretatio.

C ERTE. Alii Codices habẽt certi. Pacoro. Nomen parthicũ epigrãmatario teste. Scis qd in arsatia Pacorus deliberet aula. Herodis. Alii Codices hñt horodis. Cibustra. Locus Cappadociae inglorius: de quo libro Epistolarum familiariũ.xv. fit mentio. Κεφάλαιον.Caput. Ne qd inter cęsa & porrecta. Beroaldus praeceptor meus:quo duce tanq̃ sole iter poeticũ peragraui sic in quadam Epistola scribit.Macrobius libro primo saturnalium sic. Horis quibusdam illorũ dierum: qui intercisi dicuntur/ fas est ius dicere: quibusdam fas non est. Nam cum hostia ducitur: fari nefas est. Inter cesa & porrecta fari licet. Rursus cum adoletur non licet.Porrecta uerbum a porricio ueteri uerbo & solẽni sacrificantibus quod significat extra dare in aram focum ue: eo ue quo exta dari debebant.hinc illud apud priscos usurpatum.Exta dis porricito: unde manat id Maronianum.Extaq; salsos Porricit in fluctus. Vbi ita scribit Seruius. Exta porriciuntur hoc est porriguntur. Hyems. Qua cuncta torpent & silent: otiosa sunt. Ea si uenerit.Si modo cito ante illorum expeditionem. Illi. Parthi. Transierint. In Ciliciam. Subintellige/ nobiscum bene actum erit. Dimittere. Qui mihi contra parthos succedat. Ad uer. Principio ueris.

Pacorus.

Inter cęssa & porrecta.

Porrecta.

manu. tuto consedimus. copioso frumēto Ciliciam prope conspiciente expedito ad mutandum locum paruo exercitu: sed ut spero: ad beneuolētiam erga nos conscenriēte: quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis duplicaturi eramus. Sociis mul to fidelioribus utimur: q̄ quisquam usus esset: qui bus incredibilis uidetur et nostra mansuetudo: et ab stinentia. Delectus habetur ciuium Romanorū. fru mentum ex agris in loca tuta comportatur. Si fuerit occasio manu: sin minus locis nos defēdemus. Qua re bono animo es. uideo enim te: et quasi corā adsis: ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Sed te rogo: si ul lo pacto fieri poterit: si īntegra in Senatu nostra causa ad Calen. Ian. manserit: ut Romæ esses mēse Ianua rio. profecto nihil accipiam iniuriæ: si tu aderis. Ami cos Coss. habemus nostros: Tr. Pl. Furnium. Verū tua est opus assiduitate: prudētia: gratia. tempus est necessariū. sed turpe est me pluribus uerbis agere te cum. Cicerones nostri sunt apud Deiotarum: sed si opus erit: deducētur Rhodū. Tu: si es Romæ: ut so les: diligētissime: si in Epeiro: mitte tamē ad nos de tuis aliquē tabellariū: et ut tu: quod nos agamus: et nos: qd tu agas: quidq; acturus sis: scire possimus. Ego tui Bruti rem sic ago: ut suā ipse nō ageret. sed iam exhibeo pupillū: neq; defendo. sunt. n. negocia et lenta: et inania. Faciā tn̄ satis tibi quidē; cui diffici lius est: quā ipsi: sed certe satisfaciā utriq;. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Obsignarā iam Epistolam meā: quā pu to te modo perlegisse scriptam mea ma nu: in qua oīa cōtinētur: cū subito Ap pellius Tabellarius ad. XI. Cal. Octo. septimo quadragesimo die Roma celeriter iuit: tam mihi lōge tuas literas reddidit: ex qbus nō dubito: quin ut Pompeiū expectaris: dū Arimino rediret: et in Epeirū profectus sis: magisq; uereor: ut scribis: ne in Epeiro solicitus sis non minus: q̄ nos hic sumus. De Atteliano nomine scripsi ad Philotimum ne ap pellaret Messalam. Itineris nostri famam ad te peruē nisse letor: magisq; lætabor: si reliqua cognoris. Fi liolā tuā tibi iam Romæ iucūdā esse gaudeo: eāq;: quam nunquā uidi: tamen et amo: et amabilem esse certe scio. etiam atq; etiam uale. patroni et tui cōdi

---

Tuto consedimus. Prisci codi ces. In amano tuto consedimus monte notissimo Tauri pre qua Ciliciā disterminat a Syria ita uo cato quod Horestes i eo a furore sanatus est: cum ab Iphigenia re diret cū simulachro Dianæ fasce lidis. a particula priuans μανία fu tor quod illic īaniam deposuit. Adiacet Ciliciæ auctore Stepha no. Plutarchus in Demetrio. De metrius clam arrepta fuga citato gradu ad Amani Pylas peruenit. Cæsar iii. bellorū ciuilium tradit Scipionem circa montem Ama num se imperatorem appellasse.

Conspiciēte. Vergente uersus Ciliciā exercitu. Ad beneuo lentiā. in beneuolētia. Manu. Pugna resistente. Locis. Natu ra locorum ac situ munitissimis. συμπάθειαν. Affectum in dolo re parem. Romæ esses. Scribe sis. Nostros. Amicos. Tri. Ple. Furniū. Scribendū Tribu num etiam Furnium. Assidui tate. Ne quid protogetur. Ex hibeo. Exhibere: auctore Paulo iurisperito libro dige. x. est facere in publico potestatem ut ei qui agit experiundi sit copia. hodie coram iudice producere & præ sentare dicunt.

Amanus. | Sympathia | Exhibere.

Argumentum.

CREDIT Amicum iā esse in Epiro. de itinere suo. Filiolam sibi iucun dam esse gratulatur. Non credit nescio quē repulsa gaudere. Obsi gnare nunc sigillare dicunt.

Obsignare

Interpretatio.

APPLICAuit. Ad nos diuertit. Prisci Codices habēt Apuleius. Se ptimo quadragesimo. In priscis exemplaribus non est septimo.

Roma. Subintellige ueniens. Iuit. Transiuit in longiora lo ca. Vt Pompeium. Lege, tu Pompeium. Etiam. Secerne. Et iam. Nomine. Debito ut di ci solet. Vale. Subintellige mit to. Patrone. Lege Patroni.

Tarentinis.Ciuibus nullatenus lęsis nec in his quę lege Iulia conceduntur. In militia. Inter eundũ.Ob iter dum agrũ tarentinũ peragro cum militibus. Cum sororis tuę filii patruo.Cum Cicerone imperatore & Ciliciæ procõsule:qui patruus est filii Pomponiæ sororis Attici.Iocus. Certaret.De prouincia Cilicia.Erat qui cõpetitor Ciceroni fuit in Cilicia puincia:qui cum obtinere: eamq; eũ impetrare non posset fingebat se libentissime Ciceroni cessisse:quod Atticus Ciceroq; uix credunt. Certaret.Competitor esset. Hoc magni.Nõne censes hoc esse signum imensi amoris? Gaudere.Vt qui tanti sim: cui maximus cedere possit competitor. Non uenerat.Gaudere.non credebam enim.Qui uelit ingenio cedere, rarus erit. Vt libet.Crede uel nõ crede. Νεμέσαν. Indignari præstat q̃ inuidere. Interest. Mea q̃ sum philosophus.Interest mea indignari stomachariq; potius nugas & offensiones hominum q̃ inuidere successus.

Tempe. Ilios. Punica.

scipuli. Quæ de Tarentinis in militia laboraui:ea tibi grata esse gaudeo. Quod scribis libẽter repulsam tulisse eũ:qui cũ sororis tuæ filii patruo certaret:hoc magni amoris signũ. Itaq; me etiam admonuisti:ut gauderẽ.nã mihi in mentẽ non uenerat. Non credo inqs?ut libet:sed plane gaudeo: quoniam νεμεσᾶν interest, τοῦ φθονεῖν. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Habebam. Aliqui uolunt hoc esse alterius Epistolę principium. Sed ego Cicer in acū nō contorqueo. Proficere. Legendū perficere. Nomen. Debitū. Ductis. Vno cursu & fasce coactis/quoniā si secus factū fuisset: emersisset chaos usurarū. Sed Scaptio uolebant sortem & usurā soluere incipiēdo ab ultima syngrapha: Scaptius autem gurges a prima. Nec perpetuis. Perpetuū solidū/non in frusta concisum/sed cōtinuatum aut temporis spatio intermissum. Superius idem. Clodium præsentem fregi in senatu: cū oratione perpetua plenissima grauitatis. Idem i Oratore. Vt si cui sit infinitus spiritus datus/tamen eum perpetuare uerba nolimus. Volebat ergo. M. Tullius ut Scaptio pars usurarū solueretur/nō perpetuæ/hoc est omnes ac singulæ usuræ quæ iniquo iure debebantur/a multis retro annis citra. Proxima. Vltima annorū recētiū. Renouatis quot annis. Ab ultima tantum syngrapha: quæ forte biēnio uel triēnio ante scripta fuerat. Perdere. ex ęre ei debito ut liberetur & manus salaminiorū effugiat. Quaternas Centesimas/si quis perpetuas numerare uoluisset: nō bieñii. Renouatis. Quoniam Cicero in fine quinti dixit in edicto trāslatitio centesimas obseruaturum cum Antiochi anniuersario. Idem ibidem. S.C. factum est modo in creditorum causa ut centesimæ perpetuo fœnote ducerētur. Idest simplices non cum anatocismo. Cicero tamē semel Scaptio renouare uolebat/non quater. Habebat. Debitas. Non poterat.

Perpetuū.

Vt soluerentur iure primum/mox per edicta mea. Gabiniam. Gabinius Consul legem de usuris tulerat: quod superius patet his uerbis. Salaminii cū Romæ usuram facere uellent/non poterant/quod lex Gabinia uetabat. Mox. Fit gratia Bruti Senatuscōsultum ne ue Salaminiis/neue qui eis dedisset: fraudi esset. Alexius. Scribendum. A. Lex: ius. hoc est Auli lex: ius dici. per Aulum/Gabinium intellige/qui usuram Romæ facere prohibuit. Ita sumpta. Per uersuram. Prohibebat.n. fœnus Gabinius in cōsulari forte lege/cū diis & hoībus cōniuētib. Cos. factus est.

Ista syngrapha. In hac syngrapha brutina. Ista. Syngrapha. Nũc pp decretũ senatus. ẽ inclusa p. S. C. iuri publico nõ exẽpta. Præcipui. Peculiaris. nullũ pcipuũ bñficiũ accepit/sed amissum recupauit/restituẽte eã legib. Senatuscõsulto. Certe. Saltẽ/quẽ Catonẽ Cicero lib. iii. de finibus bonorũ & malorũ omniũ uirtutum auctorem appellat. Ausus es. Aposiopesis/proferrer decernere/ut ius pro amico calcemus. Inquit Ennius. Hęc sunt Enniana uerba. Ausus es. hemistichium heroicũ. Ausus es. Iunge cum me rogare. Morderi. Desiderio nostri tangi. Id. Ius calcare pro Bruto. Quinquaginta. Cẽseo equites Scaptio dandos.

ista syngrapha. nunc ista habet iuris idem: quod cæteræ. nihil præcipui. Hęc a me ordine facta: puto me Bruto probaturum: tibi nescio. Catoni certe probabo. Sed iam ad ipsum reuertor. An tandem Attice laudator integritatis: & elegantiæ nostræ: ausus es hoc ex ore tuo? Inquit Ennius: ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem me rogare? An tu: si mecum esses: qui scribis morderi te interdum: quod non simul sis: paterere me id facere: si uelle? non amplius inquis quinquaginta. cũ Spartaco minus multi primo fuerũt. Quid tandem isti mali in tam tenera Insula non fecissent? aut immo quid ante aduentum meum non fecerunt? Inclusum in curia Senatũ habuerunt Salaminium ita multos dies: ut interierint nõnulli fame. Erat. n. pręfectus Appii Scaptius: & habebat turmas ab Appio. Id me igitur: tu: cuius mehercule os mihi ante oculos solet uersari: cum de aliquo officio: ac laude cogito: tu me inquã rogas: præfectus ut Scaptius sit? At hoc statueramus: negõtiatorem neminem. idq; Bruto probauimus. Habebat is turmas: cur potius quã cohortes? sumptũ iam ne posceret ad id Scaptius? Volunt inquis principes. scio: nam ad me Ephesum usq; uenerunt: flentesq; equitũ scelera: & miserias suas detulerunt. Itaq; statim dedi literas: ut ex Cypro equites ante certã diẽ decederẽt. Ob eãq; causam: tum ob cæteras: Salaminii nos in cęlũ decretis suis sustulerũt. Sed iam quid opus equitatu? soluunt enim Salaminii: nisi forte id uolumus armis efficere: ut fœnus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere unq̃: aut attingere eos libros: quos tu dilaudas: si tale quid fecero? nimis inquã in isto Brutum amasti: dulcissime Attice.

Spartaci socii. Spartaco. Gladiatori famoso de quo supra. De Spartaco gladiatore thraci & bello spartacio si plura & pulchriora scire desideras lege Plutarchũ i Crasso. Athenion. Athenion unus fuit ex Spartaci sociis: de quo meminit Cicero de Aruspicum responsis. Plinius libro. xxxiii. natu. histo. Cum sciamus interdixisse castris suis Spartacũ ne quis aurũ haberet aut argentũ/tãto fuit plus animi fugitiuis nostris. Spartacus: ut scribit Appianus: lib. p° bellorũ ciuiliũ: Thrax gladiator fractis ergastulis/q aliqñ cum Romanis meruerat: & in custodia ac gladiatoriis spectaculis asseruabat/tñ animi assumpsisse uisus/ut. lxx. uiris comitatus pro libertate certarit: seruos ac liberos cõgregãs. subprores habuit Oenomaũ Ac chrysũ gladiatores. Oenomaus. Aurũ ac argentũ castris suis iferri uetuit. Post multã stragẽ nostrorũ tãdẽ a Crasso/decimato tñ prius exercitu: supatus est. Marcellinus lib. xiiii. Eunus. E unus q dã ergastularius seruus ductauit i Sicilia fugitiuos. Quã multi uiriathi genua sunt ãplexi uel Spartaci. Quiq; pcelebres/Athenio: Oenomaus: Spartacus: Chrysus: Eunus: si rẽ recte teneo. Isti mali. Milites. Tenera. Debili: ad resistendũ fragili. Aut. Erade. Id me igit tu: Ita cõiũctim scribendũ. Expone/ut faciã mones uel rogas. Os. Os. Probũ ac ingenuũ/pudor/rubor. Negociatorẽ neminẽ. Esse pfectũ ac regere milites. Probamus. Lege pbauimus/hoc est/honestũ: id eẽ Bruto iudicauimus. mos loqndi eruditorũ. Habeat is turmas. Sũt Attici ad Cice. uerba. Cur potius. Cicerõis uerba respõdẽtis Attico. Scaptio ademi cohortes quib. aburebatur: cur turmas habebit. Sũptũ iam ne posse uadit Scaptius. Elegãtius Beroaldus & Lepidius hũc locũ q̃ cęteri corrigit. Sumptũ iã ne posceret ad id Scaptius? certe demus Scaptio cohortes & turmas: & sumptu publico fœnus exerceat? In qt. Scribẽdũ inqs/respondes/sic placet Bruti principi ciuitatis/inter primores saltẽ nobili. Melius principes expones primarios & senatores salaminiorũ pp uerba seqntia. Scio. Ironice. Quaternis. Supra. Nõ bono noie q̃ternas cẽtesimas spabat. Ducãt. Exigãt. Eos libros. Sex de Rep.

Nos.Honorem nostrũ. Ne parũ. Ames. Panmenia. Verbũ græcũ/menstrui reditus/con sultatio/quæ fit singulis mensibus. Menon græci lunam & mensem aiũt. εὐθεία. Rectitudinẽ uel εὐήθειαν fatuam simplicitatem. Vrget turba. Pręsonb. quæ salutatum uenit. Philogenes. Nũtius & libertus Romã ciro repedaturus. Pyliam. Vxorem uel Petiliam. Cecilliam. Filiã. Literis. Per literas tuas. Aberat. n. Atticus a mulieribus. A Cicerone. Mandante meo Cicerone ac salutẽ adscribente. mos elegantiss. alieno nomine amicum salutandi.

Panmenia. Euthia.

Nos uereor: ne parum. atq; hæc scripsi ego ad Brutum: scripsisse te ad me. Cognosce nunc cætera. pro Appio nos hic omnia faciemus: honeste tamen: sed plane libenter. Nec. n. ipsum odimus: & Brutũ amamus. & Pompeius a me mirifice contendit: quẽ mehercule plus: plusq; in dies diligo. C. Celiũ quæstorẽ huc uenire audisti. Nescio quid sit / sed Pãmenia illa mihi nõ placent. Ego me spero Athenis fore mẽse Septẽb. tuorũ itinerum tempora scire sane uelim. εὐήθειαν Sẽpronii Rufi cognoui ex Epistola tua cor cyręa. Quid quæris? uideo potẽtiæ Vestorii. cupiebã etiã nũc plura garrire. sed lucet: urget turba. festinat Philogenes. Valebis igit: & ualere Pyliã: & Cęciliã nostrã iubebis lris: et saluebis a meo Cicerone.

¶ Argumentum.

ECEssurus puincia Cilicia magni cõsilii uir Cicero cũ am eo disputat quẽ nã e suis relinqt/ Fratrẽ non putat pp causas nõ cõtẽnẽdas.

¶ Interpretatio.

ILLVD. De præside in prouincia relinquendo. In manibus. In expeditionis articulo: in procinctu / nõ longe quęrendus auctor consilii: cũ sit in mundo / in promptu uidelicet. Cicero ĩ Bruto. Sed ecce in manib. uir & pstantissimo ingenio / & flagrante studio: & doctus a puero. C. Graccus. Liuius. Cũ tantũ belli in manib. esset. Alias ĩ manu esse significat esse in potestate. In manus dare / incidere in manus / uenire in manus / notæ sunt significationis. Inter manus rapere / est collatis simul manib. sublimẽ habere. Plautus ĩ mostellaria. Abripite hunc intro actutũ in manus. Ad manũ est significat in prõptu est. Vitruuius. Alia ad manũ ipẽs esse uidetur. Venire ad manus est prodire ad dimicandum. M. Tullius de oratore. Nõnũq̃ ẽr ea res ad manus atq; ad pugnã ueniebat. Sub manus significat promptum esse & ĩ pro ciui. Plautus ĩ milite. Lepide hoc succedit sub manus negotium. Per manus significat id qđ uulgo dicitur de manu in manum. Præ manib. barbare dicit quod habebam ĩ manibus. Præ manu dare / præsentem dare pecuniam. Terent. in Adelphis. Atq; huic paululũ aliquid præ manu dederis unde utatur. Afferre manus / uulnerare. M. T. ad Octauium. Ego senatum afferre sibi manus coegi. Dare manus est cedere / ac se uictum fateri. Cicero ad Atticum. Ad extremum manus dedisse. Tollere manus & oculos / signum lętitiæ. Plena manu: affluenter. Inicere manus / fateri / mancipium: ius: &: ut aiunt: proprietatem. Cicero in oratione pro Roscio comœdo. Ipsa mihi ueritas manum iniecit. Abstinere manus: continere manus: continge re manus: impetum animi continere. Tendere manus supplicare. Admouere manus / attingere. Liuius primo. religiose admouentes manus. πολλὰ δ̓. Multos autem in spatio medio hausfter uoluit fluctus lati maris. Improprie utitur poeta uoce μεταιχμίω. Est enim proprie metæchmyon spatium quod est inter duos exercitus. Significant hæc uerba. multa inter os & offam interuenire.

In manib. ẽ

Sub manus. Per manus Pręmanu dare. Afferre manus. Dare manus. Tollere manus. Plena manu. Tendere manus. Metęchmyon.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ET si nil sane habebã noui: quod post accidisset: q̃ dedissem ad te Philogeni liberto tuo literas: tamen cũ Philonimũ Romã remitterem: scribendũ ad te aliquid fuit. Ac primum illud: quod me maxime angebat: nõ quo me aliquid iuuare posses. quippe res est ĩ manib. tu aũt abes lõge gentiũ πολλὰ δ᾽ ἐν μεταιχμίῳ πόντος κυλίνδει κύματ᾽ εὐρέ᾽ ἠδ᾽ ἄλλος obrepsit dies: ut uides. Mihi. n. ad. III. Calendarum Sextil. de Prouincia decedendũ est: nec succeditur. quem relinquam: qui Prouinciæ pręsit? ratio quidẽ: & opinio hominum postulat fratrem. primum q; ui

Obrepsit. Furtiue tempus aduenit / & tacito pede / ut ille. Tacitoq; gradu uenit ægra senectus. Satyrus. Dum serta: unguenta: puellas Poscimus: obrepit non intellecta senectus.

detur esse bonus. nemo igitur potior. deinde q̄ solū habeo prætorium. Pontinus enim ex pacto: & conuentu (nam ea lege exierat) iam a me discesserat. quæstorem nemo dignum putat. etenim est leuis: libidinosus: sagax. De fratre autem illud ē primum. persuaderi ei non posse arbitror. odit enim Prouinciam: & Hercule nihil odiosius: nihil molestius. Deinde ut mihi hic nolit negare: quidnam mei sit officii: cum bellum esse in Syria magnum putetur? id uideatur in hanc Prouinciam erupturum. hic præsidii nihil sit: sumptus annuus detritus sit? Videatur ne aut pietatis esse meæ fratrem relinquere? aut diligentiæ nugarum aliquid relinq̄re? Magna igitur: ut uides: solicitudine afficior: magna īopia cōsilii. Quid quæris? toto negocio nobis opus non fuit. quanto tua Prouincia melior? Decedes: cum uoles: nisi forte iam decessisti. quē uidebitur: præficies Thesprotiæ: & Chaoniæ. Necdum ego tamen Quintum conueneram: ut si id iam placeret: scirem: posset ne ab eo impetrari: nec tamen: si posset: quid uellem: habebā. Hoc est igitur eiusmodi: reliqua plena adhuc et laudis: & gratiæ digna iis libris: quos tu laudas. conseruatæ ciuitates. cumulate publicanis satisfactum. offensus contumelia nemo. decreto iusto: et seuero perpauci. nec tamen: quisquam ut queri audeat. Res gestæ dignæ triumpho: de quo ipso nihil cupide agemus: sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda Prouincia: sed hæc deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura: ut sis: sæpius & certiora audis. equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri. huc enim odiosa afferebātur de Curione: de Paulo: non quo ullum periculū uideam stante Pompeio: uel etiam sedente: ualeat modo: sed mehercule Curionis: & Pauli meorum familiarium uicem doleo. Formam igitur mihi totius Reipu. si iam es Romæ: aut cum eris: uelim mittas: quę mihi obuiam ueniat: ex qua me fingere possim: & præmeditari: quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam: aduenientem non esse peregrinum: atq; hospitē: et/quod pene præterii: Bruti tui causa: ut sæpe ad te scripsi: feci oīa. Cyprii numerabāt: sed Scaptius cētesimis renouato ī singulos ānos fœnore

Honos. Est mihi perhonorificum fratrem relinquere. Prisci codices habēt/bonus. Solū. Fratrem. Digniores relinquuntur. nō habeo quem p̄ficiam p̄ter fratrē.

Lege. Cōditione/pacto. Dignum putat. Relinquere. Illud est primū. Quo torqueor. Vt. Dato quod. Hic frater negare. Vices meas in prouincia gerere uelit. Quid nam. Cogito an sit officiosi fratris: fratrē ibi relinquere/unde ego maioris metus causa discedo. Id. Bellū Syriū.

Decretus. Scribe/detritus. id est consumptus. Relinquere. In p̄sidio prouinciæ famelicæ.

Diligentiæ. Diligentis hominis. Aliqd nugarū. Homūculos minimi p̄tii. Toto. Scribe tuto: prouincia gera. Non. Lege nunc/in hac occidua senectute & hac quiete studiorū. Thesprotię. Thesprotia hoc ē θεσπρωτία ciuitas & regio Ambracii sinus. gentile θεσπρωτὸς. Chaoniæ. Epiroticæ. Conueneram. Allocutus: percūctatus erā. Id. Resistere in prouincia: donec successor ueneit. Posset impetrari. Ordo. ut scirem an ab Quinto posset impetrari/ut remaneret in prouincia. Nec tñ. Ordo. Nec tñ habebā qd uellē si posset ipetrari. Nec tñ hēbā. Nesciebā.

Thesprotia.

Quid uellē. Expedita nō erat uolūtas mea nec rata. Si posset. Id ipetrari a Quinto: ut remaneret/ostēdit se fuisse i freto ac ęstu animi. Hoc ē. De Vicario p̄uinciæ res ita se habet. Cumulare. Abūde/affatim. Quisq̄. Lesus est. De quo. Petēdo. Clausula. Exitus/finis. In tradēda. p̄sidi/īmo Vicario ꝯdigno. Deus. Huic q supra nos est curę erit/ut alibi p̄aerbialit ifit Cic. Ouidius. Quē Dis uotisq; reliqt. Vt scis. Scribe. tu scis. De Curione. q in tribunatu plebis a Pōpeio desciuerat. De Paulo. q designatus erat Cōsul cū Marcello: q auro Cęsaris emptus ædificauit Basilicam notissimā: de qua supra. Sedente. Otioso. Vicem. Sortem: q Pompeiū reliq̄runt/quo cū in tenebris micare potuissent. Fingere. Animū meū disponere: præstruere. Est qddā. Magni īterest. Cyprii. Salaminii. Numerabāt. Pecuniā soluere uolebāt cū singulis ē cētesimis.

Clausula.

contentus nõ fuit. Ariobarzanes nõ in Pompeium prolixior per ipsum: quam per me in Brutum: quem tamen ego præstare nõ poteram. erat. n. Rex perpau per: aberámq; ab eo ita longe: ut nihil possem nisi literis: quibus pugnare nõ destiti. Sũma est hæc pro ratione pecuniæ. Liberius est Brutus tractatus: q̃ Põpeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter. C. Põpeio in sex mensibus promissa. CC. Iá in Appii negocio quátum tribuerim Bruto: dici uix põt. Quid est igitur: quod laborē? amicos habet. meras nugas. Scaptium: qui: quia nõ habuit a me turmas equitũ: quibus Cyprum uexaret: ut ante me fecerat: fortasse succenset. aut quia præfectus non est: quod ego nemini tribui negociatori. non. C. Venonio meo familiari. non tuo. M. Lemnio. Et quod tibi Romæ ostẽderam: me seruaturũ: in quo perseueraui. Sed quid poterit q̃ri is: qui auferre pecuniá cũ posset: noluit? Scaptius: qui in Cappadocia fuit? puto esse satisfactum. Is a me cũ tribunatũ accepisset: quem ego ex Bruti literis ei detulissem: postea scripsit ad me se uti nolle eo tribunatu. Caius est quidá: cui cũ præfecturá detulissem Bruti rogatu: multa & dixit et fecit cũ quadam mea cõtumelia. P. Clodii canis. Is me nec proficiscẽtem Apameá prosecutus est: nec cũ postea in castra uenisset: atq; inde discederet: nũquid uellẽ rogauit: & fuit apte mihi: nescio quare: nõ amicus. Hunc ego si in præfectis habuissem: quẽ tu me hominem putares? qui ut scis: potentissimorũ hominũ cõtumaciam nunq̃ tulerim: ferrem huius assedæ? Etsi hoc plus est: q̃ ferre: tribuere etiá beneficii aliquid: & honoris. Igitur Caius: cũ Apameæ me nup uidisset Romá proficiscens: me ita appellauit: culleo lũ uix auderem. Vnde inquit: me iubes petere cibaria? profecto respondi lenius: q̃ putabát oportuisse; qui aderant: me non instituisse iis dare cibaria: quorum opera non essem usus. Abiit iratus. Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest licebit eum solus ames: me æmulum nõ habebis. sed illum eum futurum esse puto: qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse uolui: & ad ipsum hæc perscripsi diligentissime omnino. soli enim sumus. nullas unq̃ ad me literas misit Brutus: ne proxime quidẽ de Appio: in quibus nõ inesset arrogans: ἀκοινώνητον aliquid. Tibi autem ualde solet in ore esse. Ennianum id cõtemnere se: & Reges odisse superbos.

Cõtentus. Scaptius recusauit accipere. Prolixior. Affluentior in soluẽdo. Per ipsum. Põpeium: dũ per eius regnũ Pompeius ducit exercitum. Per me. intercessione mea apud aures regias. In Brutum. In satisfactionem Bruti: ut Bruto soluat. Præstare. Polliceri resoluturũ quod debebat. Familiaris dictio Ciceroni: nunc stare ante dicit. Literis. Per literas persuadere. Pugnare. Cõtente rogare: enixe suadere. Pro ratione pecuniæ. Pro modulo: summa pecuniæ. Mensibus. Scribe mẽses. Tribuerim. Hodie dicitur respectũ habuerim. propter Brutũ nihil decreui in Appiũ prædecessorem. Meras nugas. Appositio. nugigeram manũ: nugatoriá turbam. Ante me. Ante proconsulatũ meũ. Tribui. Cõcessi. Ostenderam. Significaueram. In quo. Legendũ in eo. Is. Iũge cum Scaptius. Clodii causis. Lege canis: inter opas ac satellites: imo caniculas: ut inquit Gellius: Clodianas. Nũqd uellem. Cõmeatum nõ expectauit. Ferrem. Ferre possem: quasi dicat minime. Ita. Subrustice. Culleolum Nomen homũ culi illandati machinatione: dolis ancillantibus. Moueri. in me. Soli enim sumus. Mos loquendi pellepidus. Dicam tibi clam & secreto. Arrogans. Subintelligo aliquid. ἀκοινώνητον. Non sociale. Tibi. Lege sibi. Gratuius autem non. Scribe meo periculo. Ennianum id. Contemnere se & reges odisse superbos. Erant Ennii uerba de Bruto, seniore q̃ Tarquiniũ superbũ expulit. Brutus id Ennianum subinde repetebat: & magis in causa Scaptiana: forte Ciceronem significás ut supra Clodius: qui a Tullio Rege genus ducebat: & pro libidine in demnatos ciues necabat: unde a Sillo dictum. Regia progenies & Tullo sanguis ab alto.

Præstare.

Canis.

Culleolus.

Accenone ton.

In quo. Morsu Satyrico cum me regie dominantem taxauit.
Stomachū. Indignationem.
Q. Cicero. Hoc argumētum est a superiori diuersum. Et certe. Non opinor. sed scio legisse.
Solet. Iubēte patre Quintus.
Opus. Necessitas petit maturum responsum cum pater absit.
De sorore. Tua. Quod ad me. Scripseras. Ac deceat. q̄ opus sit & decorū. Hortensius filius. Hic Hortēsii oratoris filius fuit/qui ut Ciceronis longe a patre degenerauit. Cum gladiatoribus. Inter gladiatores. Nihil amplius. Non amplius eū corripui & obiurgaui. Nihil esse. Vanum esse. Comes. In reuertendo. Moderabor. Moderate me geram. Hęc sunt. Quæ habeo scribere ad te. Etiam illud. Superest scribendū. Si nihil fieri. Potest mitte per publicos tabellarios. Vel. Saltem. Maxime. ualde auget apud Ciceronē & aureum sæculum & affirmat: cui succinit Epigrāmaticus poeta. Virgiliūq; tibi uel tua ruta dabūt. Maronis id uulgatissimum. Carmina uel cęlo possunt deducere lunam.

¶ Argumentū cū Interpretatione.

MINVtarum rerum Epistola plena. Habebā. Aliquos/emenda: habebā reliquos hoc est supererāt. Sexcenta. Innumera. Intelligis. Scribe. Intelliges. Cuius de conditione. De cuius nouis tędis: post mortem Pisonis nupsit Dolabellæ. Μυστικώτερον. Secretius. Τὴν ἀνάμαρτον. Latine sitis. Vxoris meæ libertus/nosti quē dico/uisus est mihi dudum e uerbis: quæ inconsiderate protulit/corrupisse calculos/ex coemptione uel uenditione bonorū Crotoniatæ. Timeo ne quid intelligat. Vnum quidem hoc si considera ueris/reliqua tuto & quæ sequūtur/uel unum hoc prouidens reliqua in tuto pone.

In quo tamen ille mihi risum magis: q̄ stomachum mouere solet. Sed plane parū cogitat: quid scribat: aut ad quem. Q. Cicero puer legit: ut opinor: certe Epistolam inscriptam patri suo: solet. n. aperire: idq; de meo consilio: si quid forte sit: quod opus sit sciri. In ea aūt Epistola erat illud idē de sorore: quod ad me. mirifice conturbatum uidi puerū: lacrimans me cum est questus. Quid quæris? miram in eo pietatē: suauitatem: humanitatemq; perspexi: quo maiorem spem habeo nihil fore aliter: ac deceat. Id te igitur scire uolui: ne illud quidem prætermittam. Hortensius filius fuit Laodiceę cum gladiatoribus flagitiose: & turpiter. Hunc ego patris causa uocaui ad cœnā: quo die uenit: et eiusdem patris causa: nihil amplius. Is mihi dixit se Athenis me expectaturum: ut mecum decederet. Recte inquam. quid enim dicerem: Omnino puto nihil esse: quod dixit. Nolo quidem: ne offendam patrem: quē mehercule ualde diligo: Sin fuerit meus comes: moderebor ita: neq; eū offendā: quem minime uolo. Hæc sunt. Etiā illud. Orationē. Q. celeris mihi uelim mittas cōtra. M. Seruilium. literas mitte q̄primū: si nihil fieri: uel per tuū tabellariū. Pyliæ: et filiæ salutem. Cura: ut ualeas.

T. P. ATTICO. S.

THarsū uenimus Non. Iun. ibi me multa mouerunt. magnum in Syria bellū: magna in Cilicia latrocinia. mihi difficilis ratio administrandi: quod paucos dies habebā reliquos annui muneris. Illud aūt difficillimū. relinquēdus erat ex S. C. qui pręesset. Nihil minus probari poterat: q̄ quæstor Mesinius. nā de Cęlio nihil audiebamus. Rectissimū uidebatur. Q. Fratrē cū imperio relinquere: in quo multa molesta. discessus noster. belli piculū. militū improbitas. sexcēta præterea alia. O rē totā odiosam. Sed hoc fortuna uiderit: quoniā cōsilio nō multū uti licet. Tu qñ Romā saluus: ut spero: uenisti: uidebis: ut soles: oia q̄ intelligis nostra interesse. In primis de Tullia mea cuius de cōditione qd mihi placeret: scripsi ad Terētiā: cū tu in Græcia esses. deinde cū honore nostro. Q d̄. n. tu abfuisti: uereor: ne satis diligēter actū i Senatu sit de lr̄is meis. Illud præterea μυστικώτερον ad te scribā: tu sagacius odorabere. τὴν ἀνάμαρτον

Intelligas. Nõnulli codices habent/intelligat/græce νοήσῃ. hoc ē sentiat libertus neq̃/quare obscuro de industria stylũ. Infra scribit Cicero in hoc eodē libro p̄sentē Epistolã scripsisse in ænigmatibus/& ostendit se p Crotoniatã Tyrãnicidã/intelligere Milonē Romanũ/cognominē Milonis Crotoniatæ lucratori primario. Tyrãnicidã uocat q̃m Clodiũ occidit in Appia uia ad Tyrãnidē adspirantem. Non queo. Vereor ne liberto suboleat/ac protinus se det in pedes. Volent. Celerrime prodeant.

μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα δὴ ὃν λέγω) ἐδόξε μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, διαπεφορηκέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ κροτωνιάτου τυραννοκτόνου, δέδοικα δή, μὴ νοήσῃς, ἐν δὴ τοῦτο περίσκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξασφαλίσαι, non queo tantũ: quantũ uereor scribere. Tu autem fac: ut mihi tuæ literæ uolent obuiæ. Hæc festinans scripsi in itinere: atq; agmine. Pyliæ: & puellæ Cæciliæ bellissimæ Salutem dices. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NVnc quidē profecto Romæ es: quo te (si ita est) saluũ uenisse gaudeo. Vnde quidē q̃diu abisti: magis a me abesse uidebare: quã si domi eēs. Minus.n.mihi meę notę res erãt: minus ēt publicę. Quar uelim (& si ut spero) te hęc legēte aliq̃tũ tñ uiæ processero: tñ obuiãs mihi literas: quam argutissimas de oībus rebus crebro mittas. In primis de quo scripsi ad te ãrea τῆς ἀλόχου τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος ἐδόξε μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων τοῖς λογισμοῖς, καὶ ταῖς λέξεσιν ὑπό τι διαπεφορηκέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ κροτωνιάτου. hoc tu idaga: ut soles Ast hoc magis ἐκ λόφους τειχῶν, παρέδωκεν αὐτὸν προσοφείλοντα μνᾶς ἐκ τῶν κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρονησιτικῶν, καὶ τινὰς προνομίσας τῶν κληρονόμων, τούτων δὲ οὐδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι πάντων ὀχληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τοῦ Κόνωνος πατρὸς μηδὲν ὅλως ἐρῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώσηναι, δεύτερον δὲ, ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προειρημένης ἡμέρας, ὅσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψάμενος, καὶ τι χρηστὸν ἐλπίσας, ἀπογνοὺς δ᾽ ἀλόγως ἀπέστη. ἐπειπών, αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι, neq; obiurgauit. Vt e puerbio τὰ μὲν διδόμενα.

ℂ Argumentum.

SPERabat Atticum extra urbem esse: illũ i urbe præter spem residente gaudet.

ℂ Interpretatio.

VENISSE. In urbem. Vnde. A qua urbe Roma. Si domi esses. In epiro. Aliq legũt dormisses ue epimenides. Dormientes neci q uorũ/nec mortuorũ numero collocantur. Meæ. Priuatæ: domestræ. In primis. Literas mitte. τῆς δὰ μαρτοῦ. Latine. Vxoris meæ libertus: nosti quem dico: uisus est mihi dudũ e uerbis quæ inc̃siderate protulit: corrupisse calculos/ex coēptione/uel in uenditione bonorũ Crotoniatæ tyrãnicidæ. Timeo ne q̃d sentiat. Vnũ q̃dem hoc si consideraueris/reliqua tuto: & quę seq̃ntur. Indaga. An libertus iste calculos corrupit: decoq̃re moliat. Ast hoc magis. Etiã hoc maxime indaga quod seq̃tur. τῆς ἀλόχου. Vxoris meæ libertus uisus est mihi sæpe garriēs & in cõciliabulis & sessionib. nugãtiũ aliq̃d/corrupisse calculos in bonis Crotoniatæ. ἐξ λόφους τειχῶν. Latine sic. Sex tumulos murorum: tradidit seq; debentē mnas ex bonis Crotoniatarum & cherronesitarũ: & quãdã imunitate donantē heręditates. Hunc aũt ne obolũ q̃dē dissoluisse ex oībus debitis secũdi mēsis Kalēdaç. Libertũ aũt eius existentē cognominem Cononis patri: nihil prorsus curasse. Hæc igit̃ primũ ut oīa cõseruetis. Deinde ut neq; usuras negligas eas q̃ sunt a p̄cedenti die/quot dies ipsum tolerauimus. Vehementer timeo/&c.n.aderat apud nos exploraturus & aliquid prope sperans. Desperãs aũt sine ratione destitit: fatus: Turpe diu manere: & inanem redire. Quidã p̄tinaciter asserũt legēdũ Crotoniatæ/ut de Milone intelligas. Crotoniatæ.n. Ciceronis ditioni non suberant. Superius legimus Ciceroni debuisse Milonē/quare fundo manũ iniecit: qui cũ diuēderetur ansam dedit liberto decoq̃ndi. nec obstat libertũ Cheronesitarũ possessionũ uidelicet in Cheroneso positarũ administrasse calculos/uel nũmorũ Cheronesi populorum subditorũ Tullio: de q̃bus supra: ubi docuimus quatuor esse Cheronesos. Αἰσχρὸν. Versus Homeri ex Odyssea. τὰ μὲν διδόμενα. Quę q̃dem dantur/donãtur si soluendo non est. Iuxta illud epigrãmatici poetæ. Debet.n.si q̃s soluere Sexte pōt. Alibi. Quod tibi nõ possum soluere phoebe: meũ est. Subdit Erasmus. Non admodũ liquet q̃d sibi uelit/nisi quod cõiicere licet uersum cõ

poetæ cuiuſpiã. Eſt.n. hemiſtichiũ iambicũ/quod admonet a fortuna datũid boni cõſulendũ eſſe & ęquo animo ferendũ quod mutari nõ queat: uel quæ dantur accipiẽda. Redarguit Ciceronem qui nõ cõputauit & patrem accepit. Neq; obiurgauit. Scribe. Meq;. Vtere. Legendũ. uetere. Cognominẽ cononis patri. Timotheũ uocarũ innuit. Sed ęnigmatice loquitur ne percipiatur. Vir quidã doctus Vlpiani rhetoris auctoritate fretus ita Sirpum hũc explicat. Timotheus Atheniẽſiũ dux fuit/Cononis pater initio uel fortunatiſſimus: ſi quis alius: memoriæ ſi qdem prodit: ad quodcũq; mitteretur bellũ facilem ac perinde certam retuliſſe uictoriã: unde factũ ẽ/ut a pictoribus nõ aliter per picturã exprimeretur/q̃ ut dormiẽs aſſiſtentẽ ei mulierẽ/quam fortunã intelligi uolebant: quæ retia ferret: & id genus inſtrumẽta alia/uenationibus accõmoda/hoc figmẽto prudẽtioribus inſinuãtes/pro eo fortunã omnia pegiſſe: ipſum uero nihil præter aliud q̃ dormitaſſe. Cæterũ ubi is grauius hæc moleſtiusq; ferre cępit/aſſeruit audacius ſuæ ipſius uirtuti & ingenio perſpicaci uictorias oẽs acceptas referri par eſſe procul fortunę aura ſeqſtrata. Indignata Dea dicti tumore/nũq̃ poſtea Timotheũ ex hoſte potitũ uictoria. Plutarchus parte quadã hoc cõprobat his fere. Timotheus inqt fortuna tus habebatur imperator: quo nomine exſtimulati qdam nõ citra liuorem/ciuitates expingebant: ſponte ſe in Cyrthũ inſinuantes. (Vas eſt id piſcatoriũ:) illo altius conſopito. Ad quæ Timotheus eludens. Si tanta inquit dormiens facio: quid excitatum me facturũ putabitis? Scribũt nõnulli ex græcis amplius/in paupertatem eum recidiſſe. Quin dũ ſecũdiore uteref Dea/ſolitã ſe illi fortunã offerre. Timotheũ deniq; Cononis patrem Pauſanias cõmoſtrat. Timothei rurſum celebrat Ariſtophãnes in Pluto. Et ſi. Vt ſi diuiſim emenda. Habeamus. Legas impleamus ex ueteribus codicibus. Mœrore. Poſt hanc uocem in priſcis exemplaribus eſt/ſuo. Quod fortaſſis ex obitu domeſtico mœrebat Bibulus/uel quod ſolus in tanta clade non dubia/ſed certa linquebatur. Galatarum. Gallogræcorũ. Piſidarum. Piſidia: ut auctor eſt Stephanus: prius Solymi a Solymo Iouis & Chaldenes ſ ilio. Eſt gens barbara habitans apud Aſpendum & Ciliciam. Lyciorũ. Sunt duplices Lycii in Troade & Caria: de quibus nũc agitur. Herodotus Lycios: qui apud Cariam ſunt ex Creta aduẽniſſe dicit duce Sarpedone minois ac Rhadamanti fratre: primo Solymi dictu mox Lycii a Lyco Pandionis filio Athenarum Rege. Lycii Capillitiũ ſtudioſius fouent: qui mulcram ſubire malluerunt q̃ comam deponere/unde Lycia coma pro promiſſiore. Robora. Firmamenta exercitus. λελήθοτως. Furtim. Et nihil eſt annis uelocius. Obrepebat. Quare a græcis ἄλλο χρόνος appellatur. Ἄλλο. Aliud problema: quæſtioq; emerget. Calchus. Celius habent priſci codices. Habemus. Bona exemplaria/habebamus. Præ cura. Ob curã & ſeria/quæ inſtabant. Nõ bene fallaci riſus componitur ore: Nec bene ſollicitis ebria uerba ſonant. Difficile eſt triſti fingere mente iocum. Articulate. Plane ac aperte.

Timotheus.

Timotheus.

Cyrthus.

Piſidia.

Lycii.

Lelethotos

Articulate.

Reliqua uide: & quãtum fieri poteſt: perſpiciamus. Et ſi annuum tempus eſt: prope tamen mentum impleamus. dies enim. XXXIII. erant reliqui. ſollicitudine Prouinciæ tamen uel maxime urgebamur. Cũ enim arderet Syria bello: & Bibulus in tanto mœrore maximam curam belli ſuſtineret: ad meq; legati eius: et quæſtor: & amici literas mitterẽt: ut ſubſidio uenirem: & ſi exercitũ infirmum habebam: auxilia ſane bona: ſed ea Galatarum: Piſidarum: Lyciorũ (hæc enim ſunt noſtra robora) tamen eſſe officium meum putaui: exercitum habere quãproxime hoſtem: quoad mihi pręeſſe Prouinciæ per Sen. Con. liceret. Sed (quo ego maxime delectabar) Bibulus moleſtus mihi nõ erat: De omnibus rebus ſcribebat ad me potius: & mihi deceſſionis dies λελήθοτως obrepebat. Qui cum aduenerit ἄλλο πρόβλημα quem præficiã: niſi Cęlius quæſtor uenerit: de quo adhuc nihil certi habemus. Cupiebã mehercule longiorem Epiſtolam facere: ſed nec erat res: de qua ſcriberem: nec iocari præ cura poteram. Valebis igitur: & puellæ ſalutẽ articulate dices: noſtræq; Pyliæ.

¶ Argumentum.

PISONIS Subito factus eſt ſocer. Liberalitate in Athenienſes eſt uſus. De Academiæ ornamento cogitat. Hortenſii mortem dolet. Celiũ prouinciæ præfecit: ac factum excuſat. Itẽ cur fratrẽ nõ reliquit: excuſat ſe exẽplo Cæſaris & Pompeii. Ab amicis ad triũphũ uocatur: nec recuſat/Atticũq; rogat ut idem ſperet ac optet ut minus ineptus eſſe uideatur.

Interpretatio.

OMNIBVS rebus. Alii omnibus in rebus: minuta hæc & subfrigida. sed tam prodēda q̃ sunt prodita. Accusatoris. Dolabellæ. Qui de. q̃ de. Cinerone. Nomen propriū: uel qui de Cinerone subintellige audierat: qui hanc rem tractarat mecum. Egerat. De hacre. Certos. Secernatur a superioribus. ἐξακανθίζειν. Spinose scrutari. πυροὺς εἰς δῆμον. Frumēta in populū/subintellige diuisisti & inopiā Atheniensiū subleuasti. Largitum medimnos frumenti Atheniēsib. Atticū testatur Cornelius nepos. uerū hęc p̄sens liberalitas ad Ciceronē referenda est. Placet hoc tibi. Liberalē esse in alumnā urbē/humanitatis hospitā/nec improbo. Videtur tñ hæc liberalitas fuisse Ciceronis gloriæ cupidissimi/ad p̄uocādas ad benedicēdū linguas hominū acutissimorū. Et scribaf. placet hoc tibi: per interrogationem. Libri. De Republica. nō enim largitus sum cōtrispendi ciues gratia/sed reddendi uices hospitii. In ciues. Ad captandum popellū. προπύλαια. Significat locū ab urbe procul/doctius tamen legetur propylęo. i. uestibulo/ut Academicus Cicero exornaret academiā. Non cogitat. Atticus æmula uirtute stimulat Ciceronem. quoniā Appius p̄decessor Ciceronis ornabat Eleusinā/Cicero ornaret inuicem academiam. Sed legat/nūc cogitat. De Hortensio. Obitu Hortensii: quē alibi. M. Tullius felicē uocat/ciuilibus procellis benignitate fatorū ereptū. Celiū. Que/storem de quo supra. Puerum. Erat. n. Cęlius moribus ac ętate despiciendus/minimeq̃ p̄fectura dignus. ἐπέχε. Animaduerte. Vide quid agas. Erāt Attici uerba super Celii p̄fectura respondētia illis superioribus/de Cęlio relinquendo/dicebat Atticus. De Cęlio ἐπέχε. Interscripseras. Inter latina scripseras. Derelinquendo. Vt derelinquerem ea: quæ cōtra honorem meū erant. Impugnabant. Dignitatem meā lædebāt. Tibi. Iudicio tuo. ἐποχῆς. Hęsitationis: inhibitionis.

Eracanthizin.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EGo dum in Prouincia omnibus rebus Appium orno: subito sum factus accusatoris eius socer. Id quidē inquis Dii approbent. Ita uelim: neq; ita cupere certo scio. Sed crede mihi: nihil minus putarā ego: qui de Cinerone: qui mecum egerat: certos homines ad mulieres miseram: qui Romam uenerunt factis Spōsalibus. sed hoc spero melius. Mulieres quidem ualde intelligo delectari obsequio: & comitate adulescentis. Cætera noli ἐξακανθίζειν. Sed heus tu πυροὺς εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Et si non impediebāt mei certe libri. nō enim ista largitio fuit in ciueis: sed in hospites liberalitas. Me tamen de Academię προπυλαίῳ iubes cogitare: quoniā Appius de Eleusine nō cogitat. De Hortensio te certo scio dolere. equidem excrucior. decreueram. n. cum eo ualde familiariter uiuere. Nos Prouinciæ præfecimus Cęlium. puerum inquies: et fortasse fatuum: & non grauem: & non continentem. assentior. fieri nō potuit aliter. nam quas multo ante tuas acceperā literas: ī quibus ἐπέχε interscripseras: quid esset mihi faciendum derelinquendo ea: quæ me impugnabant. Videbam enim: quæ tibi essent ἐποχῆς causæ: & erāt eędem mihi: puero ne traderem. Præterea autem illud non utile nobis. nam præter fratrem nemo erat quem sine contumelia quæstori: nobili præsertim anteferrem. tamen dum impendere Parthi uidebantur: statuerā fratrem relinquere: aut etiā Reip. causa cōtra. S. C. ipse remanere: qui postea quā incredibili felicitate discesserūt: sublata dubitatio est. Vidébā sermones: hui fratrem reliqui! Nū est hoc non plus annū obtinere Prouinciā? Quid quod Senatus eos uoluit præesse Prouinciis: qui non præfuissent?

Erant mihi. Occurrebant etiā mihi eędem causæ. Puero. Cello. Tradere. Prisci codices habent. ne traderem/prouinciam uidelicet puero. Præterea. Lege/fratri. Fratri autem tradere prouinciam non erat utile nobis. Sine cōtumelia. Sine iniuria. Quæstori. Celio. Impendere. Bellū minari. Videbam. Audire uidebar. metaphora a sensu ad sensum/ut lunæ silentia. Hui. Heus tu: improbantis uocula. Hoc. Relinqūdo fratrem. Noluit. Scribe uoluit. Scis Senatus cōsultū factū esse/ut qui pro/

Hui.

uinclis prefuissent/prefecti relinqui nõ possent. At hic. Frater meus. Triennium. Subintellige fuit Asiæ. Ad populũ. Apud populũ. Erant ferenda ista murmura popularia. Quid quæ. Scribe. Quid quod. In hos significatu uulgus dicit. Quid tibi uidetur? Cicero in oratione pro Imperatore deligẽdo. Quid quod salus sociorũ in summũ periculũ ac discrimen uocatur. Idem pro Cluentio. Quid qđ Stalenus est cõdemnatus? Horatius. Quid qđ libelli stoici inter sericos iacere puluillos amant? Ouidius. Quid quod auus nobis idem Pelopeius Atreus? Iracũdius. Quintus in administratione fecisset.

Quid qđ.

Fortuita. Hodie casualia dicunt. Casus dominatur in rebus. Subintellige/fint nosti. Si qđ. Sinistri patraret. Puer. Filius Quinti. Bene. Valde. Ciceroniana phrasis. Sibi fidens. Prælicens. Dimittebat. A se libenter. Censere. Vt Athenas/uel alio mitteret. Laboro. Quid egerit/quoniam alienus: domesticus non est. His radicibus. Fundamentis altius actis. Sine sorte. Sine electione Senatus. ex animi sui sententia/non missum a Senatu. Sorte. Optatum a senatu. Datum. Lege delatum.

His radicibus.

Offenderem. Iniuriã infligerẽ nõ ei: quem elegit Senatus tradẽdo prouinciã. Vt etiam. Scribendũ/aut. Inquirerem. Emenda inquirerem. In eum. Per interrogationẽ pronũtiandũ. quasi dicat/minime inquirere deberẽ.

Quem reliquissem. Interrogatiue: quem aliũ relinquere potui? Hoc melius. Fieri nõ potuit: quã istum relinqui. παλιγγενεσίαν.

Palingenesia.

Regenerationẽ: renouationẽ generis. quoniam homo nouus erat hic nouus Arpinas: ignobilis: & modo Romæ Municipalis eqs. Hoc cupere. Vt triũphemus. Quo. Vt. Minus inepti. Gloriolam istam captando/ac laureã in mustaceo quærendo. honestus error est magnos duces seq̃ntib.

At hic triennium. Ergo hęc ad populum: quid quę tecum? nunquam essem sine cura: si quid iracũdius: aut contumeliosius: aut neglegentius. Quæ fortuita hominũ? quid si filius puer: & puer bene sibi fidens? qui esset dolor: quem pater non dimittebat: teq; id censere moleste ferebar. at nunc Cœlius non dico equidem quid egerit: sed tamen multo minus laboro. Adde illud: Pompeius eo robore uir: his radicibus. Q. Cassium sine sorte delegit: Cęsar Antoniũ. ego sorte datum offenderem? ut etiam inquirerem in eum: quem reliquissem? Hoc melius: & huius rei plura exempla. Senectuti quidẽ nostrę profecto aptius: ac te apud eum: Dii boni: quãta in gratia posui: eiq; legi literas non tuas: sed librarii tui. Amicorum literæ me ad triumphum uocant. Rem a nobis: ut ego arbitror: propter hanc παλιγγενεσίαν nostrã non neglegẽdam. Quare tu quoq; mi Attice: incipe hoc cupere: quo nos minus inepti uideamur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVintus filius: suapte pie sane: me quidem certe multũ hortante: sed currentem animum patris sui: sorori tuæ recõciliauit. Eũ ualde tuę literæ excitarunt. Quid quæris? confido rẽ: ut uolumus: esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari: si modo tibi redditæ literæ sunt græce ἐν αἰνίγμασι. scilicet nihil

℄ Argumentum.

RECONCiliatũ Quintũ Fratrẽ opera filii eius Põponiæ Vxori nũtiat: quo nihil Attico contingere potuit optatius. De Milonis nomine nõnulla. Rhodum accelerat puerorum causa: & ut adsit Romæ urgentibus triũphi fautorib. Tyro in itinere subsedit ęgrotus.

℄ Interpretatio.

QVINTVS. Ordo. Quintus filius animũ patris sui/sorori tuæ recõciliauit. Q. patri suo: suapte/pie sane/me qdẽ certe multũ hortãte. sed currentem. Suapte. Sponte uidelicet motus erat. Sed tñ sponte currentẽ hortabar: iuxta illud. Acer/& ad pognæ per se cursurus honores: Si tamen horteris fortius ibit equus. Pie sane fecit Quintus: laudauitq; pietatem adolescentis in parentes. Hortãte. Quintũ sed currentẽ adhortabar/p se uidelicet facientem. Addidi calcaria sponte currenti: ignem camino: & sulphur incendio. Rem. Confœderationem parentũ. Græce. Iũge cũ scripsi i Epistola superiori ubi agit de liberto uxoris. Ἐν αἰνίγμασι. In ęnigmatibus: operte uidelicet & obscure: quo pacto qui loquitur ęnigmaticus & ęnigmatistes dicitur.

Monendum. Lege mouendũ/tentandũ aperte/omnia clanculum. Percũctando. Speculando/latenter indagando/ut supra dictũ est. Α᾽φελῶς. Simpliciter, prætendendo simplicitatem: fingendo te longius ire. Nominibus. De Tabellis Milonis. Et ut expediat. Hortando ut libertus expediat Milonis rationes: quas corrupit. Aliquid. Iunge cũ sequentibus/ita capies captatorem. Proficies. Ad optatũ portũ peruenies. Modo. Dũmodo ueneris laodiceã/istud rotũ modo ipse uenerit/nõ est in prisca lectione. Etesiæ. Anniuersarii uenti/de quibus lege quæ copiosissime disseruimus sup illo uersu Lucretiano. Tẽpore eo fiũt quo etesia flabra aquilonũ. Idem Cicero libro.xii.epist. famil. Ego tuorum cõsiliorũ auctor: dignitatisq; fautor iratus temporibus in grçciam desperata libertate rapiebar: cũ me etesiç quasi boni ciues relinquentẽ Remp. prosequi noluerũt. Hieronymus cõtra Rufinũ libro.ii. Mense Augusto flantibus etesiis. Plinius libro.xi.nat. histo. Solstitiũ sentiũt maria multæ uero & ferç.xviii. Kal. Augusti ægypto Agla occidit matutino: etesiarũq; prodromi flatus incipiũt. Aristoteles in libro de mundo. Ventorũ quidã sunt tõe flantes uelut qui dicitur Cecias: & ii quidem in hyeme ut nothi præualent. hii uero in æstate/ut qui dicũtur etesiæ ex latis ab Aquilone & Zephyris. Scribit Marcellinus libro.xxii. Etesiarũ flatus per dies quadraginta qnq; fuisse. Seneca libro.v.naturaliũ. Etesiæ ob hoc sõniculosi a nautis & delicati uocantur: quod ut ait Gallio: manẽ nesciũt surgere. Volo. Venire. Alii codices seruant stolo: diuerso sensu. In supplicatione. Senatus qui supplicauit ut Ciceroni triũphus daretur. Lentulus Consul quo maius suũ beneficiũ faceret/simul atq; expedisset quç essent necessaria de Republica dixit se relaturũ. Verba Ciceronis libro.xvi. Epist. famil. Nomine. Causa. Eseæ. Quæ & Esiũ uocatur. eam Strabo ponit ante Spoletum. Nunc passim ita uocatur. Codices antiquissimi qui fuere Ioãnis Lamolæ Patris habent/Cicero libro.vii. Episto. ad Attic. Tyronem Patris ægrum reliqui/adulescentem ut nosti/& adde quiduis probũ. Idem ostẽdit. M. Idem libro.xvi. Epist. Famil. Mox si intelliges opus esse te Patris cõualescendi causa paulũ cõmorari: nihil me malle q̃ te ualere. Patræ urbs Achaiæ Martyrio Diui Andreæ nobilitata: ex quo Pausanias ait: Hadriano pmittente Patris Heros Iudæus colebatur: quod de ipõ Apostolo nõ dubiũ ẽ ĩtelligere uoluisse. Idem sic ait. Hic regnauit Eumelus loci ĩdigena: qui Triptolemũ habuit filiũ: a quo terra culta Aroa dicta est: & ex eius filiæ nomine Anthya ædificata. Mesatis quoq; urbs tertia in medio Anthyæ & Aroe extructa. Post hæc uenit Patreus ex genere Agenoris: qui Patras ciuitatem: quam incoluit nominauit. Per fines urbis huius Glaucus fluuius decurrit. Patrẽsibus solis Augustus libertatem restituit: cũ prius Achaia tota a. L. Mũmio una cũ Corintho subiugata esset. Melius esse. Meliusculç habere.

Etesiæ.
Esea.
Esium.
Patræ.
Heros Iudæus Andreas.
Eumelus.
Glaucus fl.

mouendum: sed tamen ἀφελῶσ percunctando de nominibus Milonis: & ut expediat: ut mihi recepit: hortando aliquid ita tu proficies. Ego Laodiceæ quæstorem Messinium expectari iussi: modo ipse uenerit: ut cõfectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum uolo puerorum causa. inde quamprimũ Athenas: etsi Etesiæ ualde reflauerint. Sed plane uolo his magistratib. quorũ uolũtatem in supplicatione sum expertus. tu tamen mitte mihi quæso obuiã literas: nũ quid putes Reip. nomine tardandum esse nobis. Tyro ad te dedisset literas: nisi eum grauiter ægrum Eseæ reliquissem. Sed nun tiant melius esse ei. ego tamen angor. nihil enim illo adulescẽte castius. nihil diligentius Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm instituissem ad te scribere: calamũq; sumpsissem: Batonius e naui recta ad me uenit: dum essem Ephesi: & Epistolam tuam reddidit prid. Calen. Octob. Lætatus sum felicitate nauigationis tuæ: opportu/

¶ Argumentum.

LAETATVR Atticũ feliciter nauigasse. queritũ de Etesiis: a qbus retardatus est.

¶ Interpretatio.

BATONIVS. Bato Sinopensis de rebus persicis scripsit. Strabo auctor. Baton Comicus: cuius fabulas nonnullas commemorat Suidas. sed nihil ad Batoniũ Ciceronis: quem fama obscura recondit. Domum. Emenda dum essem.

Bato.

Pyliæ. Vxoris: quæ tibi percōmode affuit. Terrores. Actiue: quos infert Cæsar & incutit. Dimissurum. Cæsarem nisi Pompeius dimitteret legiones. Cū illo facere. Fauere rebus Cæ/saris. Horatius. Mecū facit/ & Ioue iudicat æquo. De illo. Bibulo. Anteferre se. Sæpe iacta/uerat Bibulus partū esse triūphum & uictoriam contra parthos ductu suo & copiis. Quare tacite Ciceroni derogabat. Patruo. Mihi. ænigmatice ut olim supra. Filio. Lege filii. Quinti Cicero nis adulescentis. Nimirū patruus filii Pomponiæ est Cicero: Atticus auunculus. Victus. Legas euectus/ quasi dicat a nostris. no/stri milites euexerunt eū ac uirib. nostris radices egit: cū ipse milites amiserit/ nūc uero superbit ut ui/ctor. Aphractus. Nauis ṗrora imunita: qua utuntur Rhodii/ de qua supra. Kal. Octobr. Quidā codices hn̄t. Pridie Kal. Octobr.

Consce̅ndentes. Verbū pecu/liare nauigantibus. Cōscendi sim pliciter dicimus. i. nauigaui: quo scatent sæculi felicis auctores.

Cæteris longisq. Scribe cæte/risq; longis. Magis. Properari.

Rādusculo. Prisci codices: rau dusculo habent. Raudū antiqui æs dicebant: & ab eo porta Rau/dusculana. Despicias. Emēda dispicias hoc est cōsideres. Er/go. Ordo. Ego ęquo aio essem: nisi Bibulus adniteretur de triū/pho. Sensus. ęquo possem animo triūphum contemnere: cuius du ctu & auspicio triumphus partus esset/ nisi Bibulus de triūpho nul lo suo merito cogitaret. Ho/spes. Nō impator. q̄ domo sua. Quā nullā illic suam habebat.

Admiraretur. Lege adnitere/tur. De Triūpho. Triūphare.

Aequo animo essem. Alba ad triūphum linea essem/ fusq; deq; triūphum ducerem. Αἰσχρὸν. Integrū est. αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλ/λοῦντος ἰσοκράτους. Turpe tacere loquente Isocrate. Fuerūt aucto/re Quītiliano: uerba Aristotelis: cū Pomeridianis horis rhetoricā doceret/ motus Isocratis gloria.

At multa. Omissi: nō scripsi. Qui &. Alii codices/ ut qui Ei. Tibi. Cicero. Quintus nepos. Dices. Salutē articulatā.

Facere cū illo. — Aphractus — Cōscendere. — Raudusculum. — Raudum. — Turpe tacere.

nitate Pylię: etiam mehercule sermone eiusdem de coniugo Tulliæ meæ. Baronius aūt miros terrores ad me attulit Cæsarianos. Cū Lepra etiam plura lo cutus est. spero falsa: sed certe horribilia. Exercitum nullo modo dimissurum. Cum illo Pr. Dess. Cas/sium Pr. Lentulum Cos. facere. Pompeio in animo esse urbem relinquere. Sed heus tu: nūquid moleste fers de illo: qui se solet ante ferre puero sororis tuę fi lii? at a quibus uictus? Sed ad rem. Nos Etesiæ uehe mentissime tardarunt. Detraxit uiginti ipsos dies ēt Aphractus Rhodiorum. Calen. Octob. Epheso cō scendentes hanc Epistolam dedimus. L. Tarquinio simul e portu egredienti: sed expeditius nauiganti: Nos Rhodiorum Aphractis: cæterisq; longis naui/bus tranquillitates aucupaturi eramus. Ita tamen ꝓ perabamus: ut nō posset magis. De Randusculo pu teolano gratū. Nunc uelim despicias res Romanas. Videas quid nobis de triumpho cogitandum pu/tes: ad quem amici me uocāt. Ego: nisi Bibulus: qui dum unus hospes in Syria fuit: pedē porta non plus extulit: quam domo sua: adniteretur de triūpho: æquo animo essem. Nunc uero αἰσχρὸν σιωπᾶν: Sed explora rem totam: ut quo die cōgressi erimus: consilium capere possimus. At multa qui & propera rē: & ei literas darē: qui aut mecū: aut paulo ante uē/turus eēt. Cicero tibi plurimā salutē dicit. Tu: dices utriusq; nostrū uerbis & Pyliæ tuæ: & filiæ. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

IN Piræea cū exissem prid. Id. Octob. accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas: quas quidem cum expectassem iādiu: admiratus sum: ut uidi obsigna/

¶ Argumentum.

ATTICVM febri perculsum dolet. Negat fratri prouinciā tradidisse. Filiū Quintū non reliqt. De Tullia & Pisone nōnulla. De Cęsare & q̄tuor legionib. Athenis Statio placet.

¶ Interpretatio.

Piręeus.

DE PIRAEEA. Scribendū in Piręea. Piręus portus & opidū/ ubi templū Iouis seruato ris: & Mineruæ Poliadis cū igne ꝑpetuo & uirginū domo. Muri Piræei deiecti fuere pri/mū a Lacedęmoniis/ deinde a Sulla/ q Piręeū ꝑ obsidionē expugnauit. Cū uidi. Sub/

intellige admiratus sum. σύγχυσιν. Confusionem. Quæ solent. Legendū quod. Copiosissimæ. Exemplaria prisca compositissimæ. Percussus. Veteres codices/perculsus. Nec magis. Lege. nec minus. Ille. Acastus ait. Esset. Tibi. Incōmode. Sinistre. Secus q̄ optares. Alibi i/cōmodi. Habentem. Patientem. Vernaculæ linguæ proxima locutio: qua & alibi. M. Tullius utitur. παραφύλαξον. Obserua. τὴν τοῦ φωράτου φιλοτιμίαν αὐτοτάτα. dephensoris ambitionē ipsissime. Alii codices φρακτου/hoc est/obturantis aures/habent φράσσω munio/sepio. Alii codices

Synchysis.
Habere.
Phraotes.

tam Epistolā: breuitatem eius. ut aperui rursus σύγχυσιν literarum: quæ solent tuę compositissimæ: & clarissimæ eē. Ac ne multa: cognoui ex eo: quod ita scripseras: te Romam uenisse ad duodecimū Calen. Octob. cum febre: perculsus uehemēter: nec minus: quam debui. statim quæro ex Acasto. Ille & tibi: & sibi uisum: & ita se domi ex tuis audisse: ut nihil eēt incōmode. id uidebatur approbare: quod erat in extremo: febriculā tum te habentem scripsisse. Sed clamaui tamen: admiratusq́ sum: q̄ nihilominus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. Spero enim: quæ tua prudentia: & temperātia est: hercule: me iubet Acastus: confido te iam: ut uolumus: ualere. A Turānio te accepisse meas literas gaudeo παραφύλαξον: si me amas τὴν τοῦ φωρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτοτάτα hác: quæ mehercule mihi magno dolori est. Dilexi enim hominē. procura (quantulacūq́ est) Precianam hæreditatem: prorsus illam ne attingas. Dices numos mihi opus esse ad apparatum triumphi: in quo: ut præcipis: nec me κενὸν in expetendo cognosces: nec ἄτυφον in abiiciēdo. Intellexi ex tuis literis te ex Turānio audisse: a me Prouinciā fratri traditam. Adeo ego non perspexeram prudētiam literarum tuarum! ἔπειτα: ut scribebas: quid erat dubitatione dignum! si esset quicq̄ cur placeret fratrē: & talem reliqui: ἀθέτησις Quinto Cicerone puero: ut eum quidem ne unq̄ relinquerem. τοῦτο μὲν ἐρῶν ἐμοί. eadem omnia quasi collocuti essemus: uidimus. Nō fuit faciendū aliter: neq;

non αὐτοτάτα. sed αὐτοκράτορος, qui per se potest/ obserua potentis hominis audire negligētis ambitionem. Sunt qui in paterno casu: αὐτοτάτου scribūt/quod Plautus ipsissimi conuertit ex Aristophane. Ipsissima ambitio significat merā ambitionem. Cęterum per Phraoten Pompeium intelligit/uel quod Ciceroni supplicanti propter terrores Clodianos: aures obserauit / uel quod obaudiuit Pompeius quando Cæsarem & Cæsaris amicitiam caueret admoneretur. Quantulacūq́ est. Annecte sequentibus hoc ordine: p̄cianam hæreditatem quantulacūq́ est / illam ne attingas. i. expendas / imminuas. Κενόν. Vanum: inanem. Expetendo. Triumphum ambiendo. Ἄτυφον. Abiectum/sine ulla prorsus ambitione/ & affectu gloriæ: quæ lentitudo ac negligentia sui est.

Autotatos
Ipsissimus.
Cenos.

Ἔπειτα. Deinde. In literis suis scripserat Atticus / non probare quod Quinto fratri daret/& subditis nōnullis causis quare danda non esset/ subdebat/uerbum: deinde/quasi aliam causam subditurus/unde latenter Cicero cognouit/ Quinto non esse cōmittendam prouinciam propter causam nōnullam secretiorem/iram uidelicet uel incontinentiam. Quid erat. Nihil hostes repente dilapsos timebamus: quare Quintum relinquere rei militaris peritiorem necessum non erat / & si quid terroris ingrueret / cur in eo metu/fratrem relinquere uolebamus? Quidq̄. Dubitatione dignum. Talem Amantissimum mei. Relinquam. Lege relinqui. Ἀθέτησις. Improbatio. Verba tua de relinquendo in prouincia successore / improbabant consilium de fratre relinquendo/non suspendebant. Ἐποχή. Cunctatio. Neutiq̄. Nullatenus. τοῦτο μόνον ἐρρωννύμι. Hoc solum corroborabat me. Alii scribunt. ἐρῶν μοι. hoc est dicens mihi. Vidimus. Eundem scopon petiuimus.

Athetesis.
Epoche.
Neutiq̄.

ἐπὶ ἐγχρονίᾳ ἐποχῇ. Diuturna dubitatio. Rectum erat. Honestum. Tabulis. Computatio/nibus prouincialis negotii & administratione uniuersa prouinciæ. Referatur. Proponatur in Senatu necne. Has literas. Subintellige dedi. celeritas defectum patiens. In procinctu Epistolā scripsit. Placentiæ. Subintellige est. Nobis. Triumphum petentibus tempore perintempe/stiuo. cum iam classica ciuilia fremant. Macte. Animo ac consilio uir. idest magis aucte/cumulate. Prisca exemplaria mature/habent. Statio. Aliqui exponunt armamentariū Philonis archi/tecti opus/nauium .cccc. capax. Sed quoniam addidit mea: uide/tur significare se interiungere ac subsidere uelle Athenis in pro/cella temporum. Plutarchus in Sylla. Nec diu post Pireus in Syl/læ potestatem uenit/cuius pars maxima incendio uastata/ubi & Philonis armamentarium opus singulari admiratione prosequen/dum. Nec mirū si Statio placet Athenis Ciceroni in hac tempo/rum procella. Quid.n. fuit alicubi quod Athenis non pulcherrimū uiseretur: Gymnasia/ Philosophi: rhetores inaurata lingua fulmina terrarū/poetæ a sideribus appel/lari/ Academia Platonis/ Lyciū Aristotelis/ Cynosarges Diogenis/ Viri in re militari cōspicui/fora/ Porticus/ Theatra/ Templa/ Fontes/ Portus/ Munychia/ Macrorychi hoc est longi muri/pireus/ Mare nauium capacissimū/ Athenæ libris & liberis felicissimæ fuerunt/adeo ut Romanus imperator uere græculos circūfo/raneos concastigauerit: qui cū Simias & Satyros circūferrent/principum suorū uitas monimentis conscriptas/non Romam deferrent: qui gestarū rerum claritate orbem terrarū impleuerint. Illud Demosthenis oratorū principis semper iudicaui esse uerissimū: qui Athenas trophæū ingeniorū erexisse scribit: cui ciuitati Sylla pepercit propter maiorum & ciuium suorū splendorem. Attica fi/des prouerbialiter dicebatur de illibata ac intemerata fide. Attici coacti patriā suam olim relinq̄/re/dixerunt se bonū cęlum ac bonas ficus deserere coactos. Nunc uero proh fatorum pudor/pan/dionæ quid sunt nisi nomina Athenæ? Memini me legisse quendam egregium tamen pictorem: Dæmona siue Genium Atheniensium pinxisse/uarium/uersipellem: uagum/inconstantem: gra/uem: leuem/celerē/multiuolum/quos affectus picturæ concinnitas pferebat. Virtutibus suorum inuiderunt Athenienses/unde tot ostracismi/petalismi/exiliorum uidelicet genera. Iudices togati uultures/apud quos Mars sanguinarius absolutus/& damnatus Socrates.

Macte.
Statio.
Philonis ar/mamenta/rium.

ἐπὶ ἐγχρονίᾳ ἐποχῇ tua dubitatione liberauit. Sed puto: te accepisse de hac re Epistolam scriptam accuratius. Ego tabellarios postero die ad uos eram missurus: quos puto ante uenturos: quam nostrum Saufeium: sed eum sine meis literis ad te uenire uix rectū erat. Tu mihi: ut polliceris: de Tulliola mea: id est de Dolobella: perscribas: & de Repub. quam præuideo in summis periculis. de Censoribus: maxi/meq; de signis: tabulis quid fiat: referatur ne. Id. Octobr. has literas dedi: quo die: ut scribis: Cæsar Placentiam quatuor legiones. Quæso quid nobis futurum est macte scribas. Athenis statio mea nunc placet. Vale.

FINIS COMMENTARIORVM LIBRI. VI.

EXPLANATIO IN SEPTIMVM LIBRVM EPISTOLARVM AD ATTICVM AVCTORE PIO BONONIENSI.

Argumentum.

INCVLCAT iteratq; literas eiusdem propositi quas Saufeio dederat/quoniã Saufeius ambulare/nõ peregrinari solet. Gaudet amicum febricula leuatũ. De Cæsare nõnulla in ęnigmatib. Consiliũ de statu suo futuro ab Attico petit. Imminentem bellorũ ciuiliũ tempestatem nõ sine summo dolore uidet: Cæsarem tamen & Pompeiũ se amplexũ refert. Ciceróis amicitiam uterq; ambit. Locũ sibi ulterius ad tergiuersandum nõ superest. Quare & si miserum: tutũ tamen fuisset: in ꝓuincia uersari. De triũpho suo subadmonet. Catonem triumpho suo adesse scribit. uult omnino a Cæsare diuelli.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD .T.POMPONIVM ATTICVM LIBER SEPTIMVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DEDERAM eqdem. L. Saufeio literas: & dederam ad te unum: quod cum non esset temporis mihi ad scribẽdum satis: tamen hominem tibi tam familiarem sine meis literis ad te uenire nolebam: sed/ut philosophi ambulant: has tibi redditum iri putabam prius. Sin autem illas accepisti. scis me Athenas uenisse pridie Id. Octob. E naui egressum in Piræum: tuas ab Acasto nostro literas accepisse conturbatum: quod cum febre Romam uenisses: bono tamen animo esse cœpisse: quod Acastus ea: quæ uellẽ de alleuato corpore tuo nũciaret. Cohorruisse autem me: quod tuę literæ de legionibus Cęsaris afferrent: & egisse tecũ: ut uideres: nequid φιλοτιμία eius: quem nosti: nobis noceret: & de quo iam pridem ad te scripseram. Turannius autẽ secus tibi Brundusii dixerat: quod ex his literis cognoui: quas a Zenone optimo uiro accepi. Cur fratrem Prouinciæ non præfecissem: exposui breuiter. Hæc fere sunt in illa epistola. nũc audi reliqua. Per fortunas: omnem tuũ amorem: quo me es amplexus: omnẽq; tuam prudẽtiã: quam mehercule in omni genere iudico singularem: confer ad eam curam: ut de omni statu meo cogites. Vide re.n. mihi uideor tantã dimicationẽ: nisi idẽ deus: qui nos melius: q̃ optare auderemus: parthico bello liberauit: respexerit rẽp. quãta nũquã fuit. Age hoc malum: quod mihi cõmune est omnibus: nihil tibi mando: ut de eo cogites. Illud meum propriũ πρόβλημα quæso suscipe. Vides ne: ut te authore sim utrũq; complexus Pompeium: et Cæsarem! At uellem a principio te audisse amicissime admonentem. ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν ἔπειθον πατρίδος: sed aliquando tamen persuasisti:

Interpretatio.

DEDERAM quidem. Scribendum equidem. Vt philosophi ambulant. Quoniã philosophi otiãtur in itinere/non uolant/uagantur: circũeunt. Erat.n. philosophus Saufeius. Has. Pręsentes literas. Alleuato. Exonerato: meliuscule se habente. Nũciaret. Emenda nũciarat. Cohorruisse. Extimuisse. Legionib. Quę hostili animo placentiam uenerant. φιλοτιμία. Ambitio. Bibulum ni fallor intelligit. Secus. Aliter. Per fortunas. Cõprecatio per omnia bona Attici. phrasis Ciceróis familiaris: de qua nos alibi. Dimicationem. Contentionem inter Cæsarem & Põpeiũ. Respexit. Respexerit.

Sed tãtũ. Videre uideor dimicationẽ. Hoc malũ. Ciuile bellũ. πρόβλημα. Questionẽ. Suscipe. Curandam. Te audisse. Obediuisse tibi. Admonentẽ. Ac dicẽtem: ἄλις ὄφρυος. ἀλλ᾽ ἐμὸν. Sed meũ nũq̃ animũ in pectoribus persuasit patriæ. Significat uersus Homericus ex primo Odysseæ. Nunq̃ potuit uox tua sapiẽtissima intrare pectora mea: hoc est animi arcana / ut amplexarer otium/ deserta Republica.

Patriæ. Subintelligitur / charin/ hoc ẽ gratia & amore patriæ.

Philosophi ambulant.

Philotimia

ut alterum complecterer: quia de me erat optime meritus: alterum: quia tantum ualebat. Feci igitur: atq; effeci omni obsequio: ut neutri illorum quisquam esset me charior. Hæc enim cogitabamus: nec mihi iuncto cum Pompeio fore necesse peccare in Rēpu. aliquando. nec cum Pompeio sentienti: pugnandū esse cum Cæsare: tanta erat coniūctio illorum. Nūc autem impendet: ut & tu ostēdis: & ego uideo: summa inter eos contentio. me autem uterque numerat suum: nisi forte simulat alter. nam Pompeius nō dubitat (uere enim iudicat) ea: quæ de Rep. nunc sentiat: mihi ualde probari. Vtriusq; autem accepi eiusmodi literas eodem tēpore: quo tuas: ut neuter quēquam omnium pluris facere: quā me uideretur. Verum quid agam: non quæro. Si enim Castris res geretur: uideo cum altero uinci satius esse: quam cum altero uincere. Sed illa: quæ tum agentur: cum uenero: ne ratio absentis habeatur: ut exercitū dimittat. Dic. M. Tulli. Quid dicam? Expecta amabo te: dū Atticum conueniam. Non est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem. Vbi sunt illæ densæ dexteræ? nam ut illi hoc liceret adiuui rogatus ab ipso Rauennæ de Cęlio Trib. Ple. ab ipso etiā Cn. nostro in illo diuino tertio cōsulatu. aliter sensero? αἰδέομαι nō Pompeium modo: sed τρῶας, καὶ τρῳάδας πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην. Quis Tu ipse scilicet laudator & factorum: & scriptorum meorū. Hāc ego plagam effugi per duos superiores Marcellorum cōsulatus: cum est actum de Cæsaris Prouincia. Nūc incido in discrimen ipsum. Itaq; ut stultus primus suā sentētiā dicat: mihi ualde placet. de triūpho nos moliri aliquid: extra urbē esse cū iustissima causa. tamen dabūt operā: ut eliciant sententiā meā. Ridebis hoc loco fortasse: quā uellem etiā nūc in Prouincia morari. Plane opus fuit: si hoc impendebat: & si nil miserius. Nam ὁδοῦ πάρεργον.

Alterum. Pompeiū. Alterum. Cæsarem. Tantum ualebat. poterat: altissimis radicibus erat. Itaq; effeci & omni. Scribe. Feci igitur atq; effeci omni obsequio. In Republica. In administratione Reipu. ueteres codices in Rēpublicā. Nūc impendet. Prisca exemplaria. Nūc autem impendet. Quid agam? Agendum sit. Castris. Aperto marte: collatis signis. Cū altero. Pōpeio. Sed illa. Subintellige/ me mouent. Tum agentur. Tūc cū uenero: in Senatu tractabūtur. pone/ fac quod in cōcilio dicat/ feras super hac re sententiā Cicero. Absentis. Ne cōsulatū absens petere possit Cęsar. Dic M. Tulli. Sententiā super rebus Pompeii uel Cęsaris. Expecta. Cum dicturus ero sententiā: cōtinuo respondebo? Expecta dum consulam Atticū/ mature dicendū erit/ pausa nō erit opus: Tempus ad aurem scalpendā nō erit: ut prouerbio fertur. Tergiuersandum. Dissimulandū. Densæ dextræ. Fides inuicē data: Cæsari ab Pompeio: Pompeio ab Cæsare. Verum est illud. Nō bene cum sociis regna/ uenusq; manent. Vt illi. Absenti Cęsari petere magistratū. Adiui. Emendādum. Adiuui. Ab ipso. Cæsare. De Cęlio. A Cęlio. Dicit se adiuuisse Cęsarē exoratū a Cęlio amicū Cæsaris. Ab ipso autem. Hæc ultima dictio uacat.

Cn. nostro. A Pōpeio adiutus est Cæsar/ cū fixit leges atq; resixit: ut Cęsari absenti uni/ integrū esset posse petere consulatum.

Aliter. Si aliter sensero. Si nūc aliā sententiā feram de Cæsare q̄ prius. Τρῶας. Romanorū linguas: ne me iure uersipellē dicāt.

πουλυδάμας. Offensam incurrā heroici uiri Cæsaris: & ut apud Homerū Hectorē Polydamas ita ego singuli cuiusq; ignaui uires reformidabo. Polydamas me primus redarguet: de quo uersu supra dictū est affatim: cū ex Aristotele carmen huiusmodi adducente/ fortitudinis species excutiuntur. Quis? Arguet. Plagam. Difficultatem: notam: honoris mei suggillationem. Superiorum. Antiqua exemplaria superiores. Stultus. Aliquis. Stultus proprie loquēdo rudem significat: quem inconsideratum dicimus. Declarant hoc ferię stultorū: in qbus de forte p̄teritis diebus/ fit instauratio. De triūpho. Subintellige/ placet. Extra urbē. Placet ne tibi/ ut sim extra urbem captata aliqua iusta causa. Opus fuit. Opportunū fuerat. ὁδοῦ πάρεργον. Obiter.

Densæ dextræ.

Stultus.

Ἐπίκτητα. Aduentitia:non ingenita:non propria. Aliqui fluxa interpretantur, ab ἐπὶ & τήκω liquefacio. Quare. Veteres codices:Quam:pro quantū.q̄ est difficile di boni nō posse benefacere: uel si non licet operari:latere saltem:& animū suū abscōdere. Ἐκβολὴ λόγου. Digressio sermonis Thucydidi peculiaris cū adoritur conciones illas luculētissimas grauitatem redolentes:ac sanctioris grani facūdiam. Ἀπόριστον. Facile cōparatu:certū.sed legat:ἀπόριστον. Supplicatione. Quam Lētulus impediuit:seu quiuis alius. Lentuli nomen denfit. P. Oppius quod assidue minores parentib.filii essent in nascendo: Lentuli quasi essent lētiores, hinc Lentuleitatem Cicero dixit quasi illudens nobilitatis supbiā.

Epitectal. Ecbole thucydidis. Lētuli un. Lētuleitas.

uelle te hoc scire:omnia illa prima:quæ etiam tuis literis in cœlū ferebas: ἐπίκτητα fuerunt. Quā nō est facilis uirtus: quam uero difficilis eius diuturna simulatio. Cū enim hoc rectum:& gloriosum putarem: ex annuo sumptu: qui mihi decretus esset:me C. Cœlio quæstori relinquere annuū:referre in ærarium ad HS M. ingemuit nostra cohors:omne illud putans distribui sibi oportere: ut ego amicior inuenirer Phrygum:& Cilicum ærariis:q̄ nostro. sed me nō mouerunt. Nam et mea laus apud me plurimum ualuit. Nec tamen quicquam honorifice in quēquā fieri potuit:quod prætermiserim. Sed hæc fuerit: ut ait Thucydides ἐκβολὴ λόγου non inutilis. Tu autem de nostro statu cogitabis. Primum quo artificio rueamur beneuolentiam Cęsaris. deinde de ipso triumpho:quem uideo: nisi Reipu. tempora impedient:εὐπόριστον. Iudico autem cū ex literis amicorū:tū ex supplicatione:quā qui non decreuit: nō decreuit quasi omnis decreuisset triūphos. Ei porro assensus est unus familaris meus Fauonius. alter iratus Hircius. Cato autem et scribēdo affuit:& ad me de sententia sua iucundissimas literas misit. Sed tamen gratulans mihi Cæsar de supplicatione:triumphat de sententia Catonis:nec scribit quid ille sententiæ dixerit:sed tamen supplicationem eum mihi nō decreuisse. Redeo ad Hirciū. Cœperas eū mihi placare. Perfice:habes Scrofam. habes Siluium. ad eos

Non decreuit. Iterētur uoces: nō decreuit. Qui nō decreuit, nō decreuit quasi. Vel. Aduersatus: nihil effecit, nihil quoq̄ i triūpho efficiet. Scribendo. Subscribendo. De sentētia Catonis. Tāq̄ sibi contraria, si gestis Ciceronis censet Cato supplicationē indulgendā:tāto magis triūphum debuisset. Sed de triūpho nō assentit:de supplicatione censet. Aliq interprētant triūphat.i.lętat quod Cato phonorifice de me locutus sit. Nā ut refert Cicero libro .xv. epistol. famil. Cato Ciceroni toga to supplicationem decreuit & ut Epistola Catonis ad Ciceronem scripta eodē lib. xv. significat Catonē ob hoc bellū decreuisse Ciceroni supplicationē. Sed nō triūphū:cui tn̄ tādem ē assensus. Catonis uerba sunt hæc. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui:feci supplicationē decretā. Si tu qua i re nihil fortuito,& quę sequuntur. Subdit. Quod si triūphū progati uā putas supplicationē & iccirco casum potius q̄ te laudari mauis: neq̄ supplicationē sequit̄ semper triūphus,& triumpho multo clarius est Senatum iudicare potius mansuetudine & inocentia impa toris prouinciā q̄ ui militū aut benignitate deorū retentam atq̄ conseruatam esse. quod ego mea sentētia censebā. Subdit Cicero eodem in libro. Resq̄ ipsa declarat tibi honorem nostrū supplicationis fuisse iocūdū, quod scribendo affuisti. Hæc.n. S.C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agit̄, scribi solere. Patet ergo quare Cæsar inimicus Catonis triūphabat de sentētia Catonis:quī decreuisset supplicationē, nō triūphum. Infra. Cato quid agat, qui dum in me quidem turpi ter fuit maleuolus:dedit integritatis:iustitiæ,clementiæ,fidei mihi testimoniū quod nō quærebā: quod postulabam negauit. Id itaque Cæsar quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria? At hic idem Bibulo iauet. Ignosce mihi, non possum hæc ferre, nec feram. Illi sententiæ. Cōtra illam sententiam Catonis. Vel tacet Cæsar honorificam Catonis de me sententiam, quod Cęsar: pus ac uenenū sparsurus tacet. lege infra. Cæsar Catonis inimicus in Epistola ad Ciceronem improbat sentētiam Catonis:quod Ciceroni supplicationem decreuerit:ac triūphum denegauerit. Tanquā supplicatio prerogatiua sit triumphi, ut idem Cato in quadā ad .M. Ciceronem Epistola stomachanter:ut reor:inuit. Eum. Catonem. Non decreuisse. Catonē, sed nō oppugnasse decernentes:& affuisse scribendo necessitate potius q̄ amore. Habes Scrophā. Amicum placa.

Ego etiam scripsi. Vetusta exéplaria sic. Ad eos ego etiã antea. Nec me. Ait Hircius. Dicebat. Hircius. Cassii fidem. Lege Crassipedem. Domũ. Ad propiora: & quæ me attingunt maxime. Ab illo. Decoctore Germano Lartidio. φυράτης. Permistor. i. pturbator. φύρω misceo. Ἀλλά. Ista molesta quidem anteacta ualete sinamus. Citatur ex Agathonis sententiis ab Aristotele libro. v. moraliũ. μόνου γὰρ καὶ θεὸς στερίσκεται, ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα. hoc est. Et. n. illud unũ ipsi negatũ est & deo, ut infecta reddat, facta quæ fuerint semel. Nota est Phocylidis sententia, malis preteritis animũ non esse excruciandũ, quoniã quod semel est factũ, infectũ fieri nõ qat. Expediamus. Iunge seqntib. Quod. Propter quod, uel quo. Precianũ. Pecuniã redactã ex pciano fundo: nolo rationibus meis admiscere cęteris, usuris illa pecunia ad priuata atq; domestica. Ad ipsum. Rationatorem meũ. Redactũ rum. Redigere debere, redigat. Fore. Quod rediget & ita decet. Putat tamẽ Aldus hic deesse uerbũ græcũ ἀμφοτέρα. i. nõ accusanda. Vt uidebitur. Tibi fiat. Experiamur. Triũphum tentate debeamus. Athenis. Quid si Athenas, ut inuat Atticũ scripsisse ex Epiro Athenas: ubi erat Cicero. Et in eo. Verba erant Attici ad Ciceronẽ quibus significabat se in causa triumphi adiuturum Ciceronem.

ego etiã scripsi: & ad ipsum Hircium. Locutus enim erat cum iis: commode se potuisse impedire: sed noluisse. Assensum tamen eẽ Catoni amicissimo meo: cum is honorificentissimã in me sententiã dixisset: nec me ad se ullas literas misisse: cum ad omneis mitterem. Verũ dicebat. Ad eũ enim solũ: & ad Crassipedem nõ scripseram. Atq; hæc de rebus forẽsibus. Redeamus domũ. deiũgere me ab illo uolo. Mirus est φυράτης Germanus Lartidius ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν. ἀχνύμενοί περ. reliqua expediamus. Hoc primũ: quod accessit cura dolori meo. Sed hoc tamen quicquid est precianũ cum his rationibus: quas ille meas tractat admisceri nolo. Scripsi ad Terẽtiã: scripsi etiã ad ipsum me quicqd possem nũmorum ad apparatũ sperati triũphi ad te redacturum. Ita puto fore: uerum ut uidebitur. Hãc quoq; suscipe curam: quemadmodum experiamur. Id tu & ostendisti quibusdam literis ex Epeiro & Athenis datis: & in eo ego te adiuuabo. Vale.

¶ Argumentum.

INVALitudine Attici torquet. Tyronis laus. Amorem erga sobolem esse naturalem. Gratulatio de sermone Pompeii ad Ciceronis laudem tergente. Nõnulla de triũpho. Maleuolũ fuisse Catonẽ. In uehitur in Chrysippũ. Angit de iminẽtib. Reipublicæ periculis.

¶ Interpretatio.

BRVNdusiũ. Alio nomine Brendã uocarũt. Tua. Tibi peculiari: idẽ idem fauste nauigauerat Atticus. Anches. Scribendũ hauster. Hunc συσσουλάζοντα. Studentem hoc est obsequentem tibi habebis uentum. Si qui. Lege. Si quo. Voles. Subitelligẽre. Τὸ συσσουλάζοντα πάντεσον. Non uteretur ista dictione studet uentus, nisi auctoritas tua mihi persuaderet. Nam tu illo loquendi genere es usus. πάντεσον legit Aldus. Idest iuniorum. potest defendi in eadem significatione πάντεσον hoc est istud neotericũ uerbum συσσουλάζοντα pro tuo uendito. Vendito. Vtor ac impartio auribus quiritũ. Quartana. Lege. Quartanam. Decessisse. Abiisse, te reliquisse. Alteram leuiorem. Simplicem.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

BRundusium uenimus. VII. Calen. Decemb. usi tua felicitate nauigãdi. ita belle nobis flauit ab Epeiro lenissimus Auster: & mitis. Hunc συσσουλάζοντα: si cui uoles. τῶν νεωτέρων ἀποσουλάζοντι pro tuo uendito. Inualetudo tua me ualde cõturbat. Significant. n. tuæ literæ te prorsus laborare. Ego aũt cum sciam: quam sis fortis: uehementius esse quiddam suspicor: quod te cogat cedere: & propemodum infringat. Etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse: & alteram leuiorem accedere. Terentia uero: quæ quidẽ eodem tẽpore ad portam Brundusinã uenit: quo ego in portũ: mihiq; obuia

Phytrates.

Studet uentus.

Vendito.

in foro fuit. L. Pontinum sibi in Trebulano dixisse narrabat etiam eam decessisse. Quod si ita est: quod maxime mehercule opto: id spero tua prudentia: & temperantia te consecutũ. Venio ad Epistolas tuas: quas ego sexcentas uno tempore accepi: aliam alia iucundiorem: quæ quidẽ erant tua manu. Nam Alexidis manum amabam: quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ: manum non amabam: quia indicabat te non ualere. cuius quoniam mẽtio iam facta est: Tyronem Patris ægrum relqui: adulescentem: ut nosti: & adde quid uis probum. nihil uidi melius. Itaq; careo ægre. quãq̃ uidebatur se nõ grauiter habere: tamen sum solicitus: maximamq; spem habeo in. M. Curii diligẽtia: de qua ad me scripsit Tyro: & multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit: q̃ tu uelles a me diligi: & eo sum admodũ delectatus: & mehercule est: quem facile diligas. αὐτόχθων in homine urbanitas. Eius testamentum de tortorio Ciceronum signis obsignatum: cohortisq; prætoriæ: fecit palam te ex Libella: me ex Teruncia Corcylen: Alexiõq; meos opipare muneratus ẽ. Q. Ciceroni obsisti nõ potuit: quo minus Thyamin uideret. Filiola tua te delectari lætor: & probari tibi στοργὴν φυσικὴν esse πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si hæc non est: nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua sublata uitę societas tollitur. Bene conueniat inquit Carneades spurce: sed tamen prudentius: q̃ Lucius noster: & Patron: qui: cũ oĩa ad se referãt: nec quicq̃ alterius cã fieri nõ putẽt: & cũ ea te bonũ uirũ oportere esse dicant: ne malum habeat: nõ quo id natura rectũ sit: nõ intelligunt se de calido homine loqui: nõ de bono uiro. Sed hæc opinor sunt ĩ his libris: quos tu laudãdo: aĩos mihi

Trebulano. Trebula in Sabinis/ nũc Treuiũ dicta olim mutiscæ & Trebulani suffenates. Iã Alii codices/ eam. Animũ. Ingenium & industria. nõnulli codices manum adhuc seruant. Si quid uis. Legendũ. Quid uis. idest undecũq;. Cicero de oratore: Mũmiũ quiduis tẽporis hominẽ esse. Quã tu uelles. q̃ tu mea oĩa curas: pẽsertim Tyronẽ mihi carissimũ. Sunt q scribũt/ Quantum uellet. Αὐτόχθων. Ingenita: natiua. De tortorio. Veteres codices. Decretoriũ. Testamentum decretoriũ de quo aliquis testator ostendit beneuolentiã institutorũ hęredum ab eo. Ex libella. Duabus partibus. Libella argentea fuit/ & ualebat assem ęris. Cũ minimã pecuniolã significare uolebant/ assem & libellam dicebãt. Cicero pro Roscio Comœdo testis/ & Plautus in Pseudolo. Si sũpẽmi promptas Thesauros Iouis: tibi libellam argẽti nũq̃ credam. Cicero in Verrem actione tertia. Ecquis uolcatio si sua sponte uenisset/ unã libellã dedisset? Teruncia. Legũt aliq Terũcia/ hoc ẽ tribus partibus. Varro: Terũcius a tribus unciis dictus quod sit libellæ quarta pars: quomodo & quadrans assis. Corcyræ. Testamentũ Corcyræ factũ refert si ita legitur. Cęterũ emendatissimi codices sic habẽt. Corcylen Alexionq; meos remuneratus est. Significat si ita legatur: Corcylen Ancillã & Alexiũ Ciceroĩs amanuensem egregie remuneratum esse Tyronẽ. Opipare. Affluẽter & laute. Thyamin. Thyamis fluuius & promõtoriũ in epiro. Filiola. Cecilia. Στόργην. Naturalẽ esse amorẽ erga sobolem. Bene eueniat. Educate liberos & tollere/ cũ sit ĩ manu fortunæ malos uel bonos educare: Carneades: cũ ducis uxorem: ait: rogandos esse deos/ ut felix faustũq; sit. qm̃ pater sæpe ex homine fit Turdus: sibi malũ cacat. Cicero ait optime sperandũ esse/ & ut ait Hieronymus: dicebãt uxorem esse ducẽdam ne Gamelius Iupiter offendatur. M. Tullius spurcã hanc ait esse respõsionem. bene sperandum monet: uxorẽq; ducendam/ consulendũq; publicæ Rei. Aldus legit/ bene conueniat/ hoc est/ Vxorem si ducis uiderit utilitas. Facito quod in rem tuam sit: uel sit similitudo morũ in contrahentibus. Carneades. Nouæ Academiæ philosophus/ qui ter animã purgauit Helleboro/ ut Zenonis argumentis sufficere posset. Spurce. Absurde. Lucius. Lucceius. Patron. Epicuræus. Ad se referant. Propter utilitatem suam pendant. Quidquam alterius. Corrige. Nec quidq̃ alterius. Non putent. Erade inficiãtem particulam. Cũ. Emenda. & cũ. Ea te. In ea te/ in hoc tm̃/ uel pp id. Habeat. In se/ nõ pp aliud. Nõ quo. Non ut. Id. Benefacere: & alteri cõmodo esse. Bonũ nõ est natura bonũ/ nisi inquãtũ tollit malũ. Ergo bonũ eẽ oportet:

Trebula. Mutiscę. Autochthon. Decretorium. Libella. Teruncia. Opipare. Thyamis. Turdus pater. Carneades

ne malum habeas? Abdidisti. Scribe: addidisti ut aliquãdo meliora mediter. Quomodo. Interrogatiue/ quo desiderio. Ea esse. Corrige/ eam eẽ. Corcyræ. A Philoxeno. Is cur. Pompeius. Amplissime. Legendum amplissima. Ad idem. Ad uacat. Assequar. Cõsequar. Explorata. pcepta: certa. Essent. De rebus meis & triũpho. Numeriano. Veteres codices puteolano. Turpiter maleuolus. Triumphum denegando/ supplicationem decernendo. Cupio. Respondere.

Sestia. Sestiæ. Ciuitas Oenotriç mediterranea. Chrysippo. Liberto. Discedere. qd tibi uidetur: pati ne potero? Vetus illud. Ita corrigo. Vetus illud Drusi prętoris ĩ eo: cui eadem nõ liberẽt. Iuratem me ad istos libertos non addixisse. idest idẽ dixisse & dicendo approbasse. Agebat enim apud Drusum dominus de ingratitudine libertorum.

Addicere. Addixisse significat confirmasse/ adiudicasse libertati. Virgilius lib. iii. Aen. Huic me quæcũq; fuisset Addixi. Paulus iurisconsultus. Ea melior conditio dicitur: quam uẽditor approbauit/ cui licuit non addicere. Vindicarentur. In libertatem reuocarentur. Si nihil mutas significabit non addixisse liberos. i. filios non uendidisse pceptoribus meliores inuenturũ.

¶ Argumentum.

APPELLENS ITaliæ Cicero hanc unam uoluptatem capit quod cõualuisse Atticum conicit. Declamat mox an in prouincia diutius esse debuisset. Altera species declamationis de Pompeio Cæsareq;. Triumphum abiicere se paratum ait. De partibus probandis uel improbandis ἀδιαφορία nõ placet. obiter errata Pompeii conspergit. Cõcordia placet. Cæsarem corripit. Exitũ Pompeianum timet. De Philotimi rationibus. Excusat se quod Piræea scripsit. Laus Terentii poetæ. Cæsar blandas literas mittit.

addidisti. Redeo ad rem. quomodo expectabã Epistolam: quam Philoxeno dedisses (scripseras enim eã esse de sermone Pompeii Neapolitano) eam mihi Patro Brundusii reddidit. Corcyræ: ut opinor acceperat. nihil potuit esse iucũdius. Erat enim de Rep. de opinione: quam is uir haberet integritatis meæ. de beneuolentia: quam ostendit eo sermone: quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundissimũ: quod te intellexi ad eum uenisse: ut eius animũ erga me perspiceres. hoc mihi inquam accidit iucundissimum. De triũpho autem nulla me cupiditas unquã tenuit ante Bibuli impudentissimas literas: quas amplissime supplicatio consecuta est: a quo si ea gesta sunt: quæ scripsit: gauderẽ: & honori fauerem. Nũc illum: qui pedem porta: quoad hostis cis Euphratẽ fuit: non extulerit: honore augeri: me in cuius exercitu spem illius exercitus habuit: idem non assequi: dedecus est nostrum: nostrum inquam te cõiungẽs. Itaq; omnia experiar: et ut spero: assequar. Quod: si tu ualeres: iam mihi quædã explorata essent: sed: ut spero: ualebis. De Randusculo Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit: aueo scire. Cato quid agat: qui/dum quidẽ in me turpiter fuit maleuolus: dedit integritatis: iustitiæ: clementiæ: fidei: mihi testimoniũ: quod nõ quærebã: quod postulabã: negauit. Id itaq; Cæsar his literis: quibus mihi gratulatur: & oĩa pollicetur: quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria? At hic idem Bibulo dierũ. XX. Ignosce mihi: nõ possum hæc ferre: nec ferã. Cupio ad oẽs tuas Epistolas: sed nihil necesse. Sestiæ enim te uidebo. Illud tamen de Chrysippo: nã de altero illo minus sum admiratus opario hoĩe: sed tamen ne illo quidẽ quicq; improbius: Chrysippũ uero: quem ego propter literularũ nescio quid libenter uidi: in honore habui: discedere a puero insciẽte me. Mitto alia: quæ audio/ multa. mitto furta. fugã non fero: qua mihi nihil uisum est sceleratius. Itaq; usurpaui uetus illud Drusi: ut ferũt: Pr. ĩ eo: q̃ eadẽ liber nõ iuraret: me istos libertos nõ addixisse: præsertim cũ adesset nemo: a quo recte uĩdicarẽtur. Id tu: ut uidebitur: ita accipies. ego tibi assentiar. Vni tuæ disertissimæ Epistolæ nõ rescripsi: in qua est de periculis Reip. Quid rescriberẽ? ualde erã perturbatus: sed ut nihil magnopere metuã: Parthi faciunt: qui repente Bibulũ semiuiuũ reliquerunt. Vale.

¶ Interpretatio.

Dicearchus. Practicus.

ESCVlanū. Scribe Tusculanum. De Dicearcho. Qui speculatiuæ pręponebat uitam practicam. Dixerat enim Cicero in superiori quadam Epistola/se propter tumultum/in quem incidit/malluisse Dicearchum sequi/hoc est diutius fuisse in prouincia. non probat Atticus/tamen dicit & si fuisset probabile/tu fuisti causa reditus/quoniam quotidie interpellabas/ne quid inter cæsa & porrecta adiiceretur. Et approbante te. Vetusti codices. Et approbatum a te. Contentione. Efflagitatione reditus. Nostrum. Cassio aut Bibulo. Sustineam. Nō potest hæc in me reiici culpa.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD. VIII. Iduum Decembr. Tusculanū ueni: & ibi tuas literas legi: quas Philotimus mihi reddidit: e quibus hanc primo apectu uoluptatem cepi: quod erāt a te ipso scriptæ. deinde earum accuratissima diligētia sum mirū in modum delectatus: ac primū illud: in quo de Dicearcho mihi assentiri negas: etsi cupidissime expressum: & expetitum a me sit: et approbatum a te: ne diutius anno in Prouincia essem: tamen non est nostra cōtentione perfectum. Sic enim scito uerbum in Senatu factum esse nunquam de ullo nostrum: qui Prouincias obtinuimus: quo in his diutius: q̄ ex. S.C. maneremus: ut iam ne isthus quidem rei culpam sustineam: quo minus diu fuerim in Prouincia: quā fortasse fuerit utile. Sed quid si hoc melius? opportune dici uidetur: ut in hoc ipso. Siue. n. ad concordiam res adduci potest: siue ad bonorum: uictoriam utriusuis rei me aut adiutorem uelim eē: aut certe non expertem. Sin uincūtur boni: ubicūq; essem una cum iis uictus essem. Quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset: quam tu quoq; approbas: næ tu haud multum requireres illum uirum: qui in sexto libro informatus est. Quid enim tibi faciam: qui illos libros deuorasti? quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abiicere: si id erit rectius. utrunq; uero simul agi non potest: & de triumpho ambitiose: & de Repub. libere. Sed ne dubitaris: quin quod honestius: id mihi futurum sit antiquius. nam quod putas utilius eē uel mihi: quod tutius sit: uel etiam ut Reipub. prodesse possim: me esse cum imperio. id coram considerabimus: quale sit. Habet enim res deliberationem: & si ex parte magna tibi assentior. De animo autem meo erga Rempu. bene facis: quod non dubitas: & illud probe iudicas: nequaquā satis pro meis officiis: pro ipsius in alios effusione: illā in me liberalem fuisse: eiusq; rei cām uere explicas: & eis: quę de Fabio: Ca

Si hoc melius. Decessisse. Vide. Melius hoc fuisse decessisse.

In hoc ipso. Tumultu: articulo: & cardine rerum. Vtrūuis. Scribendum utriusuis/uel concordiæ uel uictoriæ. ἀμεταμέ/λητος. Non pœnitenda. Sexto. De Republica. Informatus. Incohatus/non omnino perfectus. Quid faciā. Qualem me debeo erga te pręstare. Libros. De Republica. Deuorasti. Significat mirificū desiderium/ut apud Catullum/uiam uorare.

Deuotare.

Ipsum. Triumphum. Rem tantam. Appositiue. Alii legunt. ob rē. Antiqus. Maioris pōderis. Iuxta illud Plauti. Moribus antiquis adulescens. In antiquis fuit omnis bonorū cumulus. Vtilius esse. Iunge cum illo. Me esse cum imperio. Deliberationem. In utrāq; partem disputationem: utra pars tenenda sit. Illud. Cū uenis ad Pompeium. Illum. Pompeium. Pro meis officiis. Erga Pompeium. Pro ipsius. Pompeii. In alios. Gabinium/Vatinium strumas purpuratas.

Effusione. Prodigentia non modo liberalitate. Nōnulli illam liberalem fuisse scribūt/& ad Rēpublicam referūt. Eius rei. Parsimoniæ Pompeii uel Reipublicæ erga me. Placebat Attico illud Pindari dictum: qui censebat uirum a carceribus ad metas debere esse bonum. Sine constantia & ęquabilitate nullam uirtutem putes/inquit alibi Cicero. In sacris literis sapiens soli comparatur/lunę fatuus. qui semper est in animi freto. Stare loco nescit/modo meus/modo tuus/qua uētus flat/ita teste Plauto: uelū uertit.

ninioq; acta scribis: ualde consentiunt. quæ si secus essent: totumq; se ille in me profudisset: tamen illa: quam scribis custos urbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret: nec mihi concederet: ut imitarer Volcatium: aut Seruium: quibus tu es contentus. sed aliquid nos uellet nobis dignum & sentire: & defendere: quod quidem agerē: si liceret alio modo: ac nunc agendum est. De sua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. nam si Repub. defenditur: cur ea Cos. isto ipso defensa nō est? Cur ego: in cuius causa Reipu. salus consistebat: defensus postero anno non sum: cur imperium illi? aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est: ut de eius absentis ratione habenda decem Tri. Pl. ferrent? His ille rebus ita conualuit: ut nunc in uno ciue Respub. ad resistendū imbecilla sit: quæ mallem tantas ei uires nō dedisset: quam nunc tam ualenti resisteret. Sed quoniam eo deducta est: non quæram: ut scribis ποῦ σκάφος τῶν ἀτρειδῶν. Mihi σκάφος unum erit: quod a Pompeio gubernabitur. Illud ipsum: quod ais: quid fiet: dum erit dictum? Dic. M. Tulli σύντομα. Pompeio assentior. ipsum tamen Pompeium seperatim ad concordiam hortabor. Sic enim sentio maximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura: qui in urbe estis. Verūtamen hoc iudico cum homine audacissimo: paratissimoq; negociū eē. Omneis damnatos: omneis ignominia affectos: omneis damnatione: ignominiaque dignos: illac facere. Omnem fere iuuenturē. omnem illam urbanam: ac perditam plebem. Tribunos ualenteis addito. C. Cassio: omneis: qui ære alieno pre

Pallas custos urbis.

Totūq; se ille: Quidā ad Rēpublicā nō Pompeiū superiora referūt/ totam & illa scribūt. In me. Exornandū. Profudisset. Effudisset laxo & benigno sinu/ plena manu. Custos urbis. ἀστυόχον, & πολιοῦχος pallas. Inscriptionis. Historia est apud Plutarchū in uita Ciceronis. Alii Ciceronem abire suadebāt/ quod mox sedata rabie Clodii/ populus eius desiderio esset flagraturus. Hæc eadem Cicero ipse approbans palladis signū: quod domi locatū nō paruo tēpore/ summū in modū coluerat: in Capitolio obtulit: idq; subscripsit. Palladi Romæ custodi/ hocq; pacto circiter noctem mediā urbem egreditur. Volcatium. Qui in agello suo uiuentes/ neutram partem sequebant. Quod quidē. Quiete uiuere. Si liceret. Viro consulari/ ac Ciceroni patrono urbis atq; propugnatori. At alio modo. Agere q̄ uolcatius. Agendū est. Certe ita esset agendū ut uulcatius/ quoniā utrā partem sequeris/ tyrānis non Reipu. defenditur. Homines. Cæsar & Pōpeius. Consule isto ipso. Cur me consule nō annisi sunt Senatores: qui extirpassem radices malorū/ etiā Cæsarem. Postero. Sequenti/ instante Clodio. Illi. Cæsari. Illo modo. Præpostero: factiose/ per plebiscitū. Ratione habēda. Gratia priuata: eximēdo Cæsarem legibus. Ille. Cæsar. His rebus. Tot beneficiis. exordinatis. In uno ciue. Cæsare expugnando/ saltem debilitando. Res Publica uerbum deest. Ad resistendū. Fœde ac turpiter relicta est dictio imbecilla: quæ huic uerbo subest. Quā mallem. q̄ melius fuisset: mos loquendi illius aurei sæculi. Alii scribūt/ quæ mallem/ & ad Rēpub. referūt. Tam ualenti. Tam ualidis ac solidis radicibus homini.

Scapha Atridarū.

ποῦ σκάφος. Vbi Scapha ac nauigium Atridarū. Prouerbiū fertur/ cum noua & quæ instant agimus & curamus/ obliti ueterū ac exoletorū. Scaphā pro Repu. ponunt uentis ac fluctibus obiecta: quo trahi pōt illud Horatianū. O nauis referēt i mare te noui fluctus. Mihi. Finis deliberatiōis istius seruilis est/ nec Cicerone dignus: significās nō recusare dominū/ ut uere Brutus inquit/ sed amiciorē dominū cupe. Scaphos unū erit. Vna Resp. reputabit. Illud. Ad id respondeo: quod in deliberatione adducis tua. Quid fiet. Quo te uertes Cicero dū proclamabit ad arma. Cū dicet. Eamus i arma/ i media arma ruamus. σύντομα. Sūmā: cōpēdiū. Assentior. Scribendū assentiar. Respōdet. M. Tullius Attico/ se cū proclamatū erit ad arma/ assensurū Pōpeio/ tñ ad cōcordiā cū Cæsare eū uocaturū. Separatim. Seorsum/ seductius a turba. In Senatu nō idē facturū. Vos. Plura sentitis. Negotiū. Cū Cæsare hoste paratissimo rē nobis eē. Illac. ex illa pte Cæsaris. Facere. Cōgruere/ cōsentire. Hor. Mecū facit/ & Ioue iudicat æquo. Non desunt q scribere mallint/ illuc facessere. Aere alieno. Aere dirutos/ obæratos:

Syntoma.

Facere mecum.

subintellige illac facere/ & cũ Cæsare congruere. Causam. Colorem/ honestatẽ. Interrogati causam quare faciũt/ ignorare se dicũt. Solá. Lege solũ. Illa causa. Cæsaris factio/ causas bellorũ ciuiliũ futiles adducens. Cæteris rebus. Copiis militarib. uniuersoq; belli apparatissimo apparatu. Hic. In hoc cardine & articulo rebus positis. Omnis. Quisq;. Nunc uero. Vetusti codices. Nũc uero etiã. In alterá partem. Cęsaris. Timendi. Ne meliores exitus inclinent. Prouincia. Syria. Ornauit. Laudauit: & triũphũ decreuit. Nihil aut nõ multũ. At nobis q in arce

mantur: quos plureis esse intelligo: quam putaram. Causam solũ illa causa non habet. cęteris rebus abũdat. sic omnia facere omnis debet: ne armis decernatur: quorum exitus semper incerti. nunc uero in alteram partem magis timendi. Bibulus de Prouincia decessit. Valentonem præfecit. in decedendo erit: ut audio: tardior. quem cum ornauit Cato: declarauit iis se solis non inuidere: quibus nihil: aut nõ multũ ad dignitatem posset accedere. Nũc uenio ad priuata. Fere enim respondi tuis literis de Rep. & iis: quas in suburbano: & iis: quas postea scripsisti. Ad priuata uenio. unum etiam de Cœlio. Tantum abest: ut ille meam sentẽtiam moueat: ut ualde ego ipsi: quod de sua sententia decesserit: pœnitendum putem. sed quid est: quod cũcti Luceiis sunt addicti? Hoc prætermisisti: miror. De Philotimo faciam equidem: ut mones. sed ego mihi ab illo non rationes expectabam: quas tibi edidit. Verum id reliquũ: quod ipse in Tusculano me referre in cõmẽtarium mea manu uoluit: quodq; idem in Asia mihi sua manu scriptũ dedit. Id si præstaret: quantũ mihi ęris alieni esse ibi edidit: tantum: & plus etiam: ipse mihi deberet. Sed in hoc genere: si modo per Rep. licebit: non accusabimur. Post hac neq; Hercule antea negligentes fuimus: sed amicorũ multitudine occupati. ergo utemur: ut polliceris & opera: & consilio tuo: nec tibi erimus: ut spero: in eo molesti. De Serperastris cohortis meæ: nihil est: q doleas. ipsi enim se collegerunt admiratione utrę: integritatis meę. Sed me mouerat nemo magis: quam is: quem tu neminem putas. idẽ & in initio fuerat: & nunc est egregius. sed in ipsa decessione significauit sperasse se aliquid: & id: quod animũ induxerat: paulisper nõ tenuit: sed cito ad se rediit: meisq; honorificentissimis erga se officiis ui-

gloriæ sumus: q nõ possumus fieri ualde magni. Cæterũ inuidere & odisse Cæsarem & Pompeiũ: quorũ magnitudo erat pꝉiculosa: ut Cato maior sup̃ Africano dicebat. His quæ. Emenda/ his quas. Sententiam moueat. Vt mihi persuadere possit ut Cæsarẽ sequar. Ipsi. Persuaserim. Decesserit. Sequi Pompeium. Luceis. Sunt q Lucellis scribũt. Cæsar. n. sibi studiũ ac fauorẽ Senatus auro gallicano comparabat.

Miror. Te. Alibi legit̃. Hoc p̃termisisti/ miror. Edidit. Demõstrauit. In cõmentariũ. Codicẽ & tabulas. Id. Quod mihi edidit cũ essẽ i Asia. Ibi. In Asia.

Edidit. In cõmentariis. In hoc genere. Nemo q̃retur de pecunia mutua si Respub. non pit.

Post hac. Negligentes nõ erimus/ neq; unq̃ fuimus. Serperastris. Quod ad corrigendam uiciosam naturã cohorti meæ addidi serperastra/ ut pueris adhibentur uariis factis & compnibus: ad corrigendũ uiciũ auctore Varrone de lingua latina sic. Si quis in cõsuetudine ambulãdi factus sit Vacia aut Compnis: si eũ corrigi nõ cõcedat/ nõ sequit̃ ut stultum faciant: q pueris in geniculis alligãt Serpastra/ ut eorũ deprauata corrigãt crura/ cũ accusandus nõ sit medicus/ q e longinqua mala cõsuetudine ęgrũ meliorẽ tradu xit. Aristoteles in politicis explicat adhibendã diligentiã/ ut ambulare infantes doceant̃/ exẽplo quorũdã populorũ/ ne mẽbra/ ut idem prodit Aristoteles/ i tenera ætate deprauata ac distorta reddant̃. Itaq; instrumẽtis & machinis quibusdã utũtur: quo puerorũ corpus & ualidius & rectius seruetur. Aliqui serperastra nomen cohortis putant/ ut rapacidæ & argyraspides: Alauda Cæsaris. Cæterum serperastra pueris immo infantibus adhiberi solita dicta uolunt quod infantes primum serpere potius uidentur q̃ ingredi. Collegerunt. Emendarunt: retraxerunt. Quam is. Scropham intelligit. Nemo. Scribe neminem. idest uituperas. Decessione. Discessu. Animum induxerat. Sibi persuaserat. In iisque. Scribendum. Meisq;.

Serpastra.

Quid hois. Quid hominis sit. Quis homo sit. sed cũ per genetiuũ cũ ṗnoie dicitur despicit auctore Donato. Rationem. Quẽ debeat seq/ Cæsarẽ ne an Pompeiũ. Quidã codices actionẽ habent. Flumentanã. Per portã flumentanã Cæsarẽ intelligit: qui est in fluxu gloriæ & flore. Puteolos. Pompeiũ iam senẽ: cuius gloria profunda est ut puteus: uel quod iã putet/ ut i familiarib. ueternũ dicit. ἐπὶ λῶς ac simpliciter nõnulli interpretantur/ Hortensiũ reliquisse hęredem Ciceronẽ ex pte: & Cęliũ/ cũq; Celius occupasset fundũ prope portã flumẽtanã/ Cicero campũ puteolanũ optat iuadere. Flumẽtana porta uetus ignoraẽ nũc flumẽtanã portã credũt: uulgo populi dictã/ ubi sepulchęẽ Neronis. nũc diua Maria de populo. Nostri. Romani Pirgeũ nõ pirgea diceres. Quã quod addiderim. Scribe. q̃ quod in addiderim. Tãq̃ ṗprio nomini: cui nõ addit/ in. Opido. Cui non addit in. Loco. Vt nomini proprio/ cui addit ad uel in. Exẽpli gratia dicit. Venio Mutinã: uenio i Tiburtinũ. Nomẽ opidi. Ergo/ in/ frustra est additũ. Pirgẽũ Themistocles ędificare cępit: nec ut Aristophanes Comicus ait ad urbẽ Pireũ adiũxit. sed ad Pireũ urbẽ. Auctor Plutarchus i Themistocle. De re uidero. An sit propriũ/ an appellatiuũ nomen. De loco. Ergo/ in/ addidi. Cęciliũ. De quo tñ Horatius. Vincere Cecilius grauitate: Terẽtius arte. De quo legitur. Cecilio palmã statuo de Comico. Plautus secũdus facile antecit ęgreios. Heri. Carmẽ est Terẽtianũ. Sunio. uides sunio additũ/ i/ Sunion auctore Stephano gens leõtidis regionis/ un sunieus: Alii dicũt promõtoriũ eẽ Atticæ. Liuius lib. iii. belli Maced. Circũuectę Suniũ Atticę terrę pmõtoriũ. Ille. Cęsar. Zethema. Questionẽ. Digitũ nusq̃. Deflectere/ mos loq̃ndi facũdis tritus auctorib. cũ uerbi suppssione. Illi. Põpeio. Quã tũ Põpeio debeo. Lãguidius. Frigidius/ lentius me gerã in Pompeiana causa. Repetat. Cæsar fidem requirat meã si cõstantius me gerã in causa Pompeiana.

Pirgeum.

Cecilius.

Sunium.

Zethema.

Digitum nusq̃.

Flumẽtana porta.

Puteoli.

ctus: pluris ea duxit: quam omnem pecuniam. Ego a Curio tabulas accepi: quas mecum porto. Hortensi legata cognoui: nũc aueo scire: quid hominis sit: & quarũ rerum rationem instituat. nescio enim: cur: cum portam Flumentanam Cœlius occuparit: ego Puteolos non faciam meos. Venio ad Piræea: i quo magis reprehẽdendus sum: quod homo Romanus. Piræea scripserim: non Piræeum. sic enim omnes nostri locuti sunt: quam quod in addiderim. non enim hoc ut oppido præposui: sed ut loco: & tamen Dionysius noster: qui est nobiscum: & Nicias Cous non rebatur oppidi esse Pirgea. sed de re uidero. Nostrum quidem si est peccatum: in eo est: quod nõ ut de oppido locutus sum: sed ut de loco: secutusq; sũ non dicõ Cæcilium. Mane ut ex portu in Piræeum: (malus enim author latinitatis est) sed Terentium: cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a. C. Lælio scribi. Heri aliquot adulescentuli coimus in Piræeum: & idem. Mercator hæc addebat captam e Sunio: quod si oppida uolumus esse: tam est oppidum Sunium: quam Piræeus. Sed quoniã Grãmaticus es: si hoc mihi ζήτημα psolueris: magna me molestia liberaris. Ille mihi literas blãdas mittit: facit idem pro eo Balbus: mihi certum est ab honestissima sententia digitũ nusquã: sed scis illi reliquũ quantũ sit. Putas ne igitur uerendũ esse: ne aut obiurgaret id nobis aliquis: si languidius: aut repetat: si fortius: quid ad hæc reperens? Soluamus inquis. Age a Cælio mutuabimur. hoc tu tamen cõsideres uelim. puto. n. i Senatu: siquãdo pręclare pro Rep. dixero. Tartesiũ istũ tuum mihi adeunti urbem iube sodes numos curare: quod superest ẽt gener ẽ suauis mihi:

Ad hęc. Problemata mea quæ respõdeas. Reperens. Aueo scire. Soluamus. Nauigemus Athenas uel in Epirũ & quiete uiuamus. A Cęlio mutuabimur. Consilium/ qui neutrarũ partium se futurum dicit. Puto. Fore necessum si quãdo in Republica libere dixero offendere Cæsarem uel Pompeiũ. Tartesiũ. Balbũ Corneliũ gaditanũ aliqui intelligũt. Alii nomen dispensatoris Attici. Tartessos auctore Stephano ciuitas Iberiæ a Tartesso fluuio pterfluente/ q̃ habuit Argathoniũ regem lõgæuũ/ de quo nomine suppresso meminit Anacreon/ & regem Tartessiũ uocat. Exeunti. Vt soluã queãdmodũ pdixisti. Sodes. Hortantis uox. Qui superest. Quod superest/ scribendũ uidelicet. Genere. Scribe genere: ac sequentibus annecte/ Tulliæ uidelicet uir.

Tartesius.

Tartessos.

Tulliæ. Prisci codices. Tulliæ satis/ Terentiæ quātūuis uel ingenii. Satis reliqua. Eradendū uerbū satis. Aperuerimus. A qbus mutuū accepimus. Pręter eū. Hirtiū cū quo p te reconciliatus sum. Expensum feret. Nemo dabit/ quod expensum ab illis est/ ergo me reum facient/ ut suū ęs redimant. Nam multi. Scribe. Nam ista multi. Tyronis. Principiū clausulæ. Spes. Iunge superiorib. Spero Tyronē posse refici ac pristinā ualetudinē recupare/ benignitate Curionis. Curionē. Lege Curio. Curius iste fuit/ nō Curio. Futurū. Emēda facturū/ si Tyronē nō spuerit.

Tulliæ satis: Terentiæ quātūuis uel ingenii: uel humanitatis: reliqua: quæ nosti: ferēnda. scis. n. quos aperuerimus. qui omnes: præter de quo per te egimus: reum me facere rentur. ipsis enim expensum nemo feret. sed hæc coram. ista multi sermonis sunt. Tyronis reficiendi: spes est in. M. Curio: cui ego scripsi tibi eum gratissimum facturum. Vale Data. V. Id. Decemb. a Pontio ex Trebullano.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Dionysium flagrātem desiderio tui misi ad te: nec mehercule æquo animo: sed fuit concedendum. Quem quidem cognoui cum doctū (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum: plenū officii: studiosum etiam meæ laudis: frugi hominem: ac ne libertinum laudare uidear: plane uirum bonum. Pompeium uidi. IIII. Id. Decēb. fuimus una horas duas fortasse. magna lætitia mihi uisus est affici meo aduentu. de triūpho hortari. suscipe parteis suas. monere: ne ante in Senatū accederem: quā rem cōfecissem: ne dicēdis sentētiis aliquē Tribunū alienarem. Quid q̄ris? ī hoc iudicio: & officio sermonis nihil potuit eē prolixius. De Repu. aūt ita mecū locutus est: quasi nō dubiū bellum haberemus. nihil ad spem cōcordiæ.

Argumentum.

IAM incipit inter Ciceronem & Dionysiū taci tū fieri diuortiū. Pręter Dionysios Siciliæ Tyrānos floruit Dionysius Dialecticus Bithynus/ de quo Strabo libro. xi. Memoratur Dionysius Corinthius geographus/ cuius libellus extat: quem cōuertit Priscianus. Peruenit ad tēpora Traiani. Dionysius Alexādrinus grāmaticus, cuius bibliothecę ac Epistolis pfuit/ Cheremonis successor ac discipulus/ auctore Suda. De Dionysio Milesio historico Philostratus meminit Hadriano impatori peracceptο: Ex his qui in musæo epulabātur. Erat enim musæum ægyptia mensa continens uiros ī toto terrarū orbe doctrina claros. Fuit & Dionysius Halicarnasseus qui memorias Romanas scripsit: qui tēpore Augusti Romā uenit. Scripsit characteras antiquorū oratorum/ quomodo cōponatur Oratio. De elocutione: qua arte Panegyrici struant. Epithalamia & epitaphia laudantur. Quæ omnia Theodorus Gaza sol salubris Italiæ/ latio transcripsit. Emicuit tandem ut ęthetius sol Dionysius Ariopagita pręsul Atheniensis ac Pauli discipulus. Hic ut scribit Suidas cum esset in ægypto/ quo se disciplinæ causa contulerat/ uideretq; tūc eclipsim minime naturalem/ cum Christus est passus/ una cum Apollophane præceptore suo: exclamauit/ aut Deus naturæ patitur/ aut machina mundi dissoluetur. Hunc Galli euangelicam sanctionem detrectantes/ martyrio tunc affecerunt. Nunc uero pie uenerantur/ ac tutellare numen habent: illud scitum forte memorantes: fit diuus: dum non fit uiuus. Inter hos non est locus Dionysio Ciceronis furenter irascenti ac prope transfugæ: cuius mores grauissimus orator minime togata grauitate dignos/ ferre tandem non potuit.

Dionysii. Musæum. Theodorus Gaza.

Interpretatio.

AEQVO animo. Libenter misi. Concedendū. Reposcenti. Sanctum. Cōmendatiæ literę plus desiderio ferentis: q̄ ueritati seruientes. Libertinū. Scribit. n. Cicero frugalitatem uirtutem esse boni. i. patci patris familias/ nō ascendere supra mediocrem fortunam. Fortasse. Quasi dicas in prisca lectione nō est hæc dictio. Suscipere. Me defendere q sum suus/ uel susciperem scilicet hortari/ hoc est hortabatur ut susciperem eū tuendum/ de Pompeio & Cæsare. Iudicio &. Nō sunt eę duæ uoces in uetustis codicib. non excludo tñ oio/ refero ad lectores. Prolyxius. Benignius/ officiosius/ maioris humanitatis. Non dubium. Certum.

Prolyxius.

Constituo. Tecmeriodes. Tecmeria argumẽta. Alytesimia Icæa.

Illum. Cæsarem. Illi. Cæsari. nouerat curas nascentes Cæsaris. Balbus. Cornelius. Constituisset. Assignasset locũ sermoni: in quo de pace agebatur. Iuuen. Hic ubi nocturnæ Numa cõstituebat amicæ. Venire. Scribe. uenisse. τεκμηριῶδες. Coniecturale. Argumentũ coniectatiũ. Argumenta alia sunt necessaria: quæ aliter se habere nõ possunt: quæ græci τεκμήρια uocant. Alia quæ sunt ἀλυτασημεῖα. barbari insolubilia iactant: quæ mihi uix pertinere ad pcepta artis uidentur. Nam ubi est signum insolubile, ibi ne iis quidem est. Alia sunt signa non necessaria: quæ εἰκότα græci uocant: quę etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiũt, tamen adiuncta cæteris plurimũ ualent, ut Hermagoras putat uirginẽ nõ esse Atalantam quia cum iuuenibus per siluas uagetur. Hæc omnia generaliter σημεῖα appellantur. quod & si propria interpretatione dicere fidẽ possumus, aptius uerisimilia interpretabimur. Ducũtur argumenta non a confessis tantũ: uerum etiam a fictione: quam græci cathypotesin uocant. Illum. Cæsarẽ. Dederat. Quid si dederit? Vt hæc. Parta bona. Næ. Certe. Multa timeo. Ne nos secum trahat in pręceps. Pompeius. n. ueluti uasta machina, ruere non potest quin plurima secũ fundamẽta trahat. Vt nũc est. Pro conditione tẽporũ.

Argumẽtum. Cathypotesis. Vt nũc est.

Argumentum.

ctus: pluris ea duxit: quam omnem pecuniam. Ego a Curio tabulas accepi: quas mecum porto. Hortensu legata cognoui: nũc aueo scire: quid hominis sit: & quarũ rerum rationem instituat. nescio enim: cur: cum portam Flumentanam Cœlius occuparit: ego Puteolos non faciam meos. Venio ad Piræea: i quo magis reprehēdendus sum: quod homo Romanus. Piræea scripserim: non Piræeum. sic enim omnes nostri locuti sunt: quam quod in addiderim. non enim hoc ut oppido præposui: sed ut loco: & tamen Dionysius noster: qui est nobiscum: & Nicias Cous nomen rebatur oppidi esse Piręea. sed de re uidero. Nostrum quidem si est peccatum: in eo est: quod nō ut de oppido locutus sum: sed ut de loco: secutusq; sũ non dicō Cæcilium. Mane ut ex portu in Piræeum: (malus enim author latinitatis est) sed Terentium: cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a. C. Lælio scribi. Heri aliquor adulescentuli coimus in Piræeum: & idem. Mercator hæc addebat captam e Sunio: quod si oppida uolumus esse: tam est oppidum Sunium: quam Piræeus. Sed quoniā Grāmaticus es: si hoc mihi ζήτημα psolueris: magna me molestia liberaris. Ille mihi literas blādas mittit: facit idem pro eo Balbus: mihi certum est ab honestissima sententia digitũ nusquā: sed scis illi reliquũ quantũ sit. Putas ne igitur uerendũ esse: ne aut obiiciat id nobis aliquis: si languidius: aut repetat: si fortius: quid ad hæc repereris? Soluamus inquis. Age a Cælio mutuabimur. hoc tu tamen cōsideres uelim. puto. n. i Senatu: siquādo pręclare pro Rep. dixero. Tartesiũ istũ tuum mihi adeunti urbem Iube sodes numos curare: quod supest ēt gener ē suauis mihi:

Ad hęc. Problemata mea quæ respōdeas. Repereris. Aueo scire. Soluamus. Nauigemus Athenas uel in Epirũ & quiete uiuamus. A Cęlio mutuabimur. Consilium/ qui neutrarũ partium se futurum dicit. Puto. Fore necessum si quādo in Republica libere dixero offendere Cæsarem uel Pompeiũ.

Tartesius. **Tartessos.** Tartesiũ. Balbũ Corneliũ gaditanũ aliqui intelligũt. Alii nomen dispensatoris Attici. Tartessos auctore Stephano ciuitas Iberiæ a Tartesso fluuio p̄terfluente/ q̄ habuit Argathoniũ regem lōgæuũ/ de quo nomine suppresso meminit Anacreon/ & regem Tartessiũ uocat. Exeunti. Vt soluā quēadmodũ p̄dixisti. Sodes. Hortantis uox. Qui supest. Quod supest/ scribendũ uidelicet. Genere. Scribe gener: ac seq̄ntibus annecte/ Tulliæ uidelicet uir.

Tulliæ.Prisci codices.Tulliæ satis/Terentiæ quātūuis uel ingenii. Satis reliqua. Eradendū uerbū satis. Aperuerimus.A qbus mutuū accepimus. Pręter eū. Hirtiū cū quo p te reconciliatus sum. Expensum feret.Nemo dabit/quod expensum ab illis est/ergo me reum facient/ut suū ęs redimant. Nam multi.Scribe.Nam ista multi. Tyronis. Principiū clausulæ. Spes. Iunge supiorib.Spero Tyronē posse refici ac pristinā ualetudinē recupare/ benignitate Curionis. Curionē.Lege Curio.Curius iste fuit/nō Curio. Futurū.Emēda facturū/ si Tyronē nō spuerit.

Tulliæ satis: Terentiæ quātūuis uel ingenii: uel humanitatis; reliqua: quæ nosti: ferenda. scis.n.quos aperuerimus. qui omnes: præter de quo per te egimus: reum me facere rentur. ipsis enim expensum nemo feret. sed hæc coram. ista multi sermonis sunt. Tyronis reficiendi: spes est in. M. Curio: cui ego scripsi tibi eum gratissimum facturum. Vale Data. V. Id. Decemb. a Pontio ex Trebullano.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Dionysium flagrātem desiderio tui misi ad te: nec mehercule æquo animo: sed fuit concedendum. Quem quidem cognoui cum doctū (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum: plenū officii: studiosum etiam meæ laudis: frugi hominem: ac ne libertinum laudare uidear: plane uirum bonum. Pompeium uidi. IIII. Id. Decēb. fuimus una horas duas fortasse. magna lætitia mihi uisus est affici meo aduentu. de triūpho hortari. suscipere parteis suas. monere: ne ante in Senatū accederem: quā rem cōfecissem: ne dicēdis sentētiis aliquē Tribunū alienarem. Quid q̄ris? ī hoc iudicio: & officio sermonis nihil potuit eē prolixius. De Repu. aūt ita mecū locutus est: quasi nō dubiū bellum haberemus. nihil ad spem cōcordiæ.

℄ Argumentum.

IAM Incipit inter Ciceronem & Dionysiū tacitū fieri diuortiū. Pręter Dionysios Siciliæ Tyrānos floruit Dionysius Dialecticus Bithynus/ de quo Strabo libro .xi. Memoratur Dionysius Corinthius geographus/ cuius libellus extat: quem cōuertit Priscianus. Peruenit ad tēpora Traiani. Dionysius Alexādrinus grāmaticus: cuius bibliothecę ac Epistolis pfuit/ Cheremonis successor ac discipulus/ auctore Suda. De Dionysio Milesio historico Philostratus meminit Hadriano impatori peraccepto: Ex his qui in musæo epulabātur. Erat enim musæum ægyptia mensa continens uiros i toto terrarū orbe doctrina claros. Fuit & Dionysius Halicarnasseus qui memorias Romanas scripsit: qui tēpore Augusti Romā uenit. Scripsit characteras antiquorū oratorum/ quomodo cōponatur Oratio. De elocutione: qua arte Panegyrici struanē. Epithalamia & epitaphia laudantur. Quæ omnia Theodorus Gaza sol salubris Italiæ/ latio transcripsit. Emicuit tandem ut ętherius sol Dionysius Ariopagita pręsul Atheniensis ac Pauli discipulus. Hic ut scribit Suidas cum esset in ægypto/ quo se disciplinæ causa contulerat/ uideretq̄ tūc eclipsim minime naturalem/ cum Christus est passus/ una cum Apollophane præceptore suo: exclamauit/ aut Deus naturæ patitur/aut machina mundi dissoluetur. Hunc Galli euangelicam sanctionem detrectantes/ martyrio tunc affecerunt. Nunc uero pie uenerantur/ ac tutellare numen habent: illud scitum forte memorantes: fit diuus: dum non fit uiuus. Inter hos non est locus Dionysio Ciceronis furenter irascenti ac prope transfugæ: cuius mores grauissimus orator minime togata grauitate dignos/ ferre tandem non potuit.

Dionysii.

Musæum.

Theodorus Gaza.

℄ Interpretatio.

AEQVO animo. Libenter misi. Concedendū. Reposcenti. Sanctum. Cōmendatitiæ literę plus desiderio ferentis: q̄ ueritati serulentes. Libertinū. Scribit.n. Cicero frugalitatem uirtutem esse boni. i. parci patris familias/ nō ascendere supra mediocrem fortunam. Fortasse. Quasi dicas in prisca lectione nō est hæc dictio. Suscipere. Me defendere q̄ sum suus/ uel susciperem scilicet hortari/ hoc est hortabatur ut susciperem eū tuendum/ de Pompeio & Cæsare. Iudicio &. Nō sunt eę duæ uoces in uetustis codicib. non excludo tñ oio/ refero ad lectores. Prolyxius. Benignius/ officiosius/ maioris humanitatis. Non dubium. Certum.

Prolyxius.

Constituo. Tecmeriodes. Tecmeria argumēta. Alytesimia Icæa.

Illum.Cæsarem. Illi.Cæsari.nouerat curas nascentes Cæsaris. Balbus.Cornelius. Constituisset. Assignasset locū sermoni:in quo de pace agebatur. Iuuen. Hic ubi nocturnæ Numa cōstituebat amicæ. Venire.Scribe.uenisse. τεκμηριῶδης. Conjecturale. Argumentū conjectatiū. Argumenta alia sunt necessaria:quæ aliter se habere nō possunt:quæ græci τεκμήρια uocant. Alia quæ sunt ἀλυτασημεῖα.barbari insolubilia iactant:quæ mihi uix pertinere ad pcepta artis uidentur. Nam ubi est signum insolubile/ibi ne lis quidem est. Alia sunt signa non necessaria: quæ εἰκότα græci uocanr: quę etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiūt/tamen adiuncta cæteris plurimū ualenr/ut Hermagoras putat uirginē nō esse Atalantam quia cum iuuenibus per siluas uagetur. Hæc omnia generaliter σημεῖα appellantur. quod & si propria interpretatione dicere fidē possumus/aptius uerisimilia interpretabimur. Ducūtur argumenta non a confessis tantū: uerum etiam a fictione:quam græci cathypotesin uocanr. Illum. Cæsarē. Dederat. Quid si dederit? Vt hæc. Parta bona. Næ. Certe. Multa timeo. Ne nos secum trahat in pręceps. Pompeius.n.ueluti uasta machina / ruere non potest quin plurima secū fundamēta trahat. Vt nūc est. Pro conditione tēporū.

Argumētum. Cathypotesis. Vt nūc est.

plane illum ab se alienarum cum anteintelligeret:tū uero proxime iudicasse uenisse Hircium a Cæsare: qui esset illi familiarissimus:ad se nō accessisse. & cū ille ad. VIII. Id. Decēb. uesperi uenisset. Balbus de tota re constituisset. ad. VII. Iduum ad Scipionem ante lucem uenisse. multa de nocte profectum eē ad Cæsarē. hoc illi τεκμηριῶδες uidebatur esse alienationis. Quid multa? nihil me aliud consolatur: nisi quod illum:cui etiā inimici alterū Consulatū: fortuna summā potentiā dederat:nō arbitror fore tam amentem:ut hęc in discrimē adducat:quod si ruere cœpit: næ ego multa timeo:quæ nō audeo scribere. sed ut nūc ē ad. III. Non. Ian. ad urbē cogito. Vale.

Argumentum.

IVCVNDAS Litteras Attici memorat: quod studiū & beneuolentiam declarabanr. Amici tamen & Pyliæ inualitudine cruciatur. Itinerum suorum seriem exponit. De Republica timet. Iret Pōpeii uituperarur. Pace est opus ne in uictoria Tyrānis existat. Cæsari cōcedi putat utilius q̄ signa conferre. uir sapiens exitum infaustum Pompeii imparati prȩuidebant.

Interpretatio.

Inualetudo. Inualities. Dischresta. Taracina.

IN Valetudine. Est una dictio/hoc est ęgritudinis tuæ incōmodo. Dicitur & inualities. Vel studiorum. Etiam studiorum. Luscenio. Lege Luscenio. Habes Dionysium. Qui omnia tibi aperiet. Nihil hoc tempore. Sum uenturus. Deuium. Aberrans:sinistrum. τοῖς ἀπαντῶσιν. Occurrentib. δύσχρηστα. Turpia:iutilia. Taracinam. Anxur. Sumā. Applicabo.legā orā pōtinā.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MVltas uno tēpore accepi epistolas tuas: quæ mihi:quanq̄ recentiora audiebam ex iis:qui ad me ueniebant: tamen erāt iucundæ. Studiū enim:& beneuolentiā declarabāt. In ualetudine tua moueor: & Pyliam in idem genus morbi delapsam:curā tibi afferre maiorem sentio. Date igitur operam: ut ualeatis. De Tyrone uideo tibi curæ esse:quem quidem ego:& si mirabilis utilitatis fructum mihi præbet: cum ualet in omni genere negociorum:uel studiorum meorum: tamen:propter humanitatem: & modestiam: malo saluū:quam propter usum meum. Philogenes mecum nihil unquā de Luscenio locutus est. de cæteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non uenisse in Arcanum miror. De Chrysippo meum consilium probari tibi non moleste fero. ego in Tusculanum. nihil sane hoc tempore deuiū est τοῖς ἀπαντῶσιν:& habet alia δύσχρηστα. Sed de Formiano Taracinā prid. Calē. Ian. Inde Pontinū sumam. inde Albanum Pompeii. ita ad urbem. III. Non. Natali meo. De Repu. quotidie magis timeo. nō enim boni:ut putant:consentiunt:quos ego Equites Romanos:quos Senatores uidi? qui acerrime cū cętera:

Tum hoc. Quod exceſſiſſet urbem. Exiſtet. Emerget/enaſcetur. Victor Pompeius ſyllaturiet. Cæſar dominabitur. De Repub. Scribam. Nec de Repub. Loqui placet uel ſcribam. Quod uterq; noſtrũ ſcit. Quæ mihi/tibiq; cognita ſunt/loqui non placet. Si hic. Cæſar/ferro agens ac ferro cuncta uaſtans. Illi. Cæſari. Concedi. A Senatu/ne deteriora contingant. Signa conferri. Collatis ſignis dimicare. Ei. Cæſari. Sero ſapiũt phryges. Nihil. Sentio. A conſilio tuo pendeo. Nec prius. Sententiã meã publice dicam. Noſtrũ negotiũ. Triũphum.

tum hoc iter Pompeii uituperarent. Pace opus eſt. Ex uictoria cũ multa mala: tũ certe tyrãnis exiſtet. Sed hęc propediem corã. Iam plane mihi deeſt quid ad te ſcribã. Nec enim de Repu. quod uterq; noſtrũ ſcit: eadem & domeſtica nota ſunt ambobus. Reliquum eſt iocari: ſi hic ſinat. nam ego is ſum: qui illi concedi putem utilius eſſe: quod poſtulat: q̃ ſigna conferri. Sero enim reſiſtimus ei: quem per annos decem aluimus contra nos. Quid ſentis igitur inquis? nihil ſcilicet niſi de ſententia tua: nec prius quidem: quã noſtrum negocium: aut cõfecerimus: aut depoſuerimus. Cura igitur: ut ualeas. Aliquãdo ἀποτρίψαι quartanã iſtã: diligentia: quæ in te ſumma eſt.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PLane deeſt quid ad te ſcribam. nota oĩa tibi ſunt. nec ipſe habeo a te quid expectem. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus: ut ne quẽ iſtuc euntem ſine literis dimittamus. De Repub. ualde timeo: nec adhuc fere inueni: qui non concedendũ putaret Cęſari: quod poſtularet potius: q̃ depugnandum. Eſt illa quidẽ impudens poſtulatio opinione ualentior. Cur autem nunc primum ei reſiſtamus? οὐ γὰρ ἄμ‑ πον τὸ ἐμεῖζον ἔπορτο κακόν: quam cum quinquẽnium prorogabamus: aut cum ut abſentis ratio haberetur: ferebamus. niſi forte hæc illi tum arma dedimus: ut nunc cum bene parato pugnaremus. Dices: quid tu igitur ſenſurus es? nõ idem: quod dicturus. ſentiam enim omnia facienda: ne armis decernetur. dicam idem: quod Pompeius: neq; id faciam humili animo. ſed rurſus hoc permagnũ Reip. malũ eſt: & quodammodo mihi præter cæteros. Non rectum me in tantis rebus a Pompeio diſſidere. Vale.

Confecerimus. Triumphando. Depoſuerimus. Abiiciẽdo quod fecit. Ἀποτρίψαι. Abiiceabſtergere: obtere.

Argumentum.

OMNIA Rimatus ſai bula: nihil habeo quod ſcribam. Tamen neminem illinc eũtem ſine literis relinquere audeo. Cęſari concedenda cuncta potius q̃ depugnandum. Quoniã cũ quinq̃nniũ prorogauimus/aut cum abſentibus ratio haberetur: annuimus/omnia conceſſimus. Nõ idẽ ſentiã quod dicã: cũ Pompeio dicã: nõ ſentiã.

Interpretatio.

SOlẽne. Anniuerſarium: imo perpetuũ. Opinione ualẽtior. Plus habet opinionis in dedecore q̃ rei. plus ualet in accidẽti q̃ in ſubſtãtia: uel plus habet põderis & momenti q̃ rebar: hoc maius ſequetur malum. Οὐ γὰρ ἄν. Neque enim hoc maius ſeq poterit malum. Hoc. Bello ciuili. hoc ciuile bellum cunctis erit infortuniis infortunatius: uel ſcribe potuit: q̃ cum quinquẽniũ. Protogabamus. Cęſari: quo impetrato exclamauit/ſe inſultaturũ inimicorum capitibus. Niſi forte. Hoſtilis conſilii deriſio. Senſurus. Sententiam dicturus. Humili animo. Tanq̃ ſcurra uel mimus ſecũdanus: ais aio. Sed rurſus. Dico & magna uoce dico. Mihi. eſt magnum malum: quem triũpho dignitate primaria & gloria priuat. Non actum. Scribe. nõ aptum/uel non rectum. Diſſidere. Diſſentire/ubi de capite ac omnibus amici fortunis agitur.

Argumentum.

IAM Dionyſius male cogitabat/attulerat cõmendatitias græca fraude ab Attico: in quibus nulla collatorum in eum a Cicerone beneficiorũ mentio inerat. Hæc enim cũcta poita in principio huius Epiſtulæ ſunt Attici uerba ad Ciceronẽ illuc uſq;. Tot.n.uerba.

¶ Interpretatio.

PVTATO. Scribe priuato uel priuate. Et tibi gratias egit. Non addidisti O Attice. Dionysius grate pro acceptis a te o Cicero bñficiis prolyxe gratias egit uel agit. Debuit. Quoniã in eũ multa beneficia cõtuli. Si esset factũ. Si gratias egisset Dionysius. Adscripsisses. Literis tuis addidisses. παλινῳδία. Retractatio: recantatio. Vide ad quem scopulum sum impactus: non possum obloqui de Dionysio: quem ualde in superiori Epistola laudaui/ne/quod iquit Plautus/ex eodem ore calidum & frigidũ prodeat. Quoad liceret. Quod in ęrariũ reponere uolebã. Erat.n. publica. Familiæ. Seruis meis. Igitur inde. Pręposterus ordo. Inde igitur. Tua λημάς. Tua baccha. Febris quę in corpus tuũ bacchatur. Sunt qui κρίσις legũt pro critica die. Patet ex Epistola superiori sic. Diem quoq; tuũ ex Epistola quadam tua: quam incipiẽte febricula scripseras mihi notaueram. Honore. Triũpho. Per tribunos. Prisci codices. Per tribunos suos. Aequi boni. Susq; deq; facit/indifferẽs habet. Cõstitutũ. Decreuisse Põpeiũ. Eius cõsilio. Põpei consilio cuius utit Senatus. Ἀβδηριτικόν. Quod Pompeius facit me trudere in Siciliam est abderiticũ: subintellige mihi dare consilium/ut ad Siciliam transeam. quoniam supra modũ mihi pergit esse molestus. Ἀβδηρα καλὰ Τηίων ἀποικία/inquit prouerbiũ uetus. Abdera pulchra teiorũ colonia. Scribit Strabo libro. xiiii. Teios cum persarũ iniurias ferre nõ possent: natali solo relicto abderã i Thraciam cõmeasse: & inde peruulgatum esse/pulchrã esse Abderam Teiorum coloniam: quo ęnigmatice significamus: non deesse quo confugiamus/si quis in domesticis exasperare uexare ue pergit: quo trahi potest hoc Ciceronianum. Si dabunt imperium & in Siciliam mittent/erit abderiticon: hoc est mutatio patriæ permolesta. Quantũ tamen sentio/imprudens & stultũ mihi hoc in loco abderiticon significare uidetur: ut Pompeius mihi det imperiũ sine auctoritate Senatus. Sin. Si uero. Ad Pompeiũ refert. Vtit.s. administro in omnib. Pompeio. Qui. Quõ. cur. Vtar porta. Statim urbẽ egrędiar. Sẽsurus. Cui ego sim adhęsurus. Bonos. Optimates. Rari q̃ppe boni.

Pallinodia.

Febris lenis.

Aequi boni.

Abderiticon.

Teii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Dionysius uir optimus: ut mihi quoq; est perspectus: & doctissimus: tuiq; amãtissimus Romam uenit. XV. Calen. Ianu. & literas a te mihi reddidit. Tot.n. uerba sunt de Dionysio in Epistola tua: illud priuate non ascribis: & tibi gratias egit. Atqui certe ille agere debuit: & / si esset factum: quæ tua est humanitas: ascripsisses. mihi autem nulla de eo παλινῳδία detur propter superioris Epistolæ testimonium. Sit igitur sane bonus uir. Hoc enim ipsum bene fecit: quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Philogenes recte ad te scripsit. Curauit enim: quod debuit. eũ ego uti ea pecunia uolui: quoad liceret: itaq; usus est mẽses. XIIII. Pontium cupio ualere! & quod scribis in urbem introisse: uereor quid sit. nam id nisi graui de causa non fecisset. Ego / quoniam. IIII. Non. Ianua. Cõpitalitius dies est: nolo eo die in Albanũ uenire molestus familiæ: ueniã. III. Nonarũ. Igitur inde ad urbẽ prid. Non. Tua λημάς, quem in diem incurrat: nescio: sed prorsus te commoueri incommodo ualetudinis tuæ nolo. De honore nostro: nisi quid occulte Cæsar p Tribunos molitus erit: cætera uidentur esse tranquilla. trãquillissimus autem animus meus: qui totũ istud æqui boni facit: & eo magis: quod iam a multis audio constitutum esse Pompeio: & eius consilio in Siciliam me mittere: quod Imperium habeam: id est ἀβδηριτικόν. Nec enim Senatus decreuit: nec populus iussit me Imperium in Sicilia habere. Sin hoc Respub. ad Pompeium refert: qui me magis: q̃ priuatum aliquem mittat. Itaque si hoc Imperium mihi molestum erit: utar porta quamprimum uidero. nam quod scribis: mirificam expectationem esse mei: neq; tamen quenquam bonorum: aut satis bonorum dubitare: quid sensurus sim: ego / quos tu bonos esse dicas: non intelligo. Ipse nullos noui:

Sed ita.Intelligis per bonos homines alicuius ordinis/ut hodie bonum uirum: diuitem/aut aliquo in ordine conscriptum appellamus. Singulares.Vnici immo uni : idest pauci. In dissensionibus.In publica discordia ac seditione/magistratus publicos / ut consules sequi debemus/ut quo illi eunt/nos eamus. Generalem.Vniuersalem partem/non particularem. Curio.Inimicus Cæsaris in principio clamabat ut Cæsari succederetur/obaudire perstiterũt/ cui obedire debebant. Si cum eo.Curione.Si Pompeius Curionem declamantem cõtra extraordinarias potestates adiuuisset. Agi.De successore mittendo Cæsari. Cęptum est. Scribe.cęptum esset. Quã sententiam. Curionis de dando Cæsari successore. An publicanos.Bonos putas.Zeugma a superiori. Firmi.Sũt/modo mei: mõ tui. An fœneratores. Bonos putas. Nisi eos.Agricolas.

Bonus hõ.

Singulares

sed ita : si ordines bonorũ quærimus.nam singulares sunt boni uiri : uerum in dissensionibus ordines bonorũ:& genera quærenda sunt. Senatum bonum putas:per quem sine imperio Prouinciæ sunt? nunquam enim Curio sustinuisset: si cum eo agi cœptũ fuisset: quam sententiam Senatus sequi noluit. Ex quo factum est:ut Cæsari non succederetur. An publicanos?qui nunquam firmi. sed nunc Cæsari sunt amicissimi. an fœneratores?an agricolas?quib. optatissimum est ocium?nisi eos timere putas : ne sub regno sint. quod nunquam: dummodo ociosi essent: recusarunt. Quid ergo exercitum retinet is:cum legis dies transierit:rationem haberi placet?mihi uero ne absentis quidem : sed/cũ id datum est : illud una datum est. Annorum decem imperium: & ita latum placet. Placet igitur etiam me expulsum : et agrum cãpanum periisse : & adoptatum patriciũ a Plebeio. Gaditanum a Mitylenæo.& Labieni diuitiæ:& Mamurræ placent : & Balbi horti : & Tusculanum. sed horum omnium fons unus est. Imbecillo resistendũ fuit:& id erat facile. Nũc legiones.XI.equitatus tantus : quãtum uolet. Transpadani.Plebs urbana. tot Tri.Ple.tam perdita iuuentus:tanta authoritate Dux.tanta audacia. Cum hoc aut depugnandum est : aut habenda e lege ratio. Depugna inquis po-

Quid ergo.Dicet quis iniustũ uocans Cæsarem. Retinentis. Scribe.Retinet is hoc est Cæsar. Legis. Quæ præscribit diem procõsulibus uel primi quinquẽnii diem prætererit. Rationẽ. Cæsaris absentis / placet ne tibi haberi O Cicero. Cum id.Secundum quinq̃nniũ uolebat Cicero præcauere : non autem post plagam mederi. Illud.Regnũ: potentia:radices profundissimæ. Vna.Simul. Imperiũ. Aposiopesis figura grata stomachanter indignãtibus/subintellige datum est. O amentiam singularẽ. Ita latum. Ampliũ/& ad Tyrãnidem uergens/ut regnum uideatur. Patritiũ.Clodiũ.Enumerat iniurias sibi illatas. Gaditanum. Cornelium Balbum. Mitylenęo.Theophane Pompeiano historico Pompeio peracceptoːa quo fortassis adeptus est nomen Balbus Gaditanus/ut Balbus Theophanes simul diceretur/quemadmodũ superius nos auctore historico Romano docuimus : quæ superius affatim tradidimus lege. Labieni.Labienus Cæsaris in Gallia legatus qui magnas sub eo res gesserat.Demũ bello ciuili ad Pompeiũ trãsfugit:cui Cæsar bona quæ habebat in potestate remisit.hic suasit Pompeio dubitanti inire pharsalicam pugnam. Lucanus. Dux fortis in armis Cæsareis Labienus erat/ Nunc transfuga uilis.

Theophanes.

Labienus.

Mamurræ.De quo sic doctus poeta.

Mamurra.

Quis hoc potest uidere? Quid potest pati?
Nisi impudicus & uorax & aleo.
Mamurram habere quod comata gallia
Habebat cuncta:& ultima britãnia.
Cynæde Romule hæc uidebis & feres?

Balbi.Cornelii.Fuerũt tñ duo Balbi patruus & nepos. Sed horũ.Portentorũ. Fons.Origo.Quinq̃nii prorogatio. Imbecillo.Cæsari. Id.Resistere nascẽti malo. Plebes.Plebs.Lucanus.Plebes ieiuna timere. Tot Tr.Pl.Cæsari fauentes/cũ Cæsare & pro Cæsare pugnantes: quos Pompeius eiecerat urbe/seq; ad Cæsarem contulerant. Dux.Cæsar. E lege.Pro lege. Ratio. Quod ipse rationabile putauerit/uel habenda ratio e lege.i.uoluntate Cæsaris:quam ꝓ se sperit & nobis imposuerit legẽ/ducẽdã iustã.Ducẽdũ id eẽ rõne fieri quod Cæsar nobis imponet.

Plebes.

Vt quid.

Vt qd. Semibarbare nũc dicimus: ad qd? Proſcribare. Mittaris i exiliũ a Cęſare. Si uiceris. Cæſarẽ. Seruias. Põpeio: q̃ ꝓ libertate noſtra nõ pugnat/ ſed ꝓ regno ſuo. Diſpulſæ. Diſiectę i diuerſas partes pulſæ. Sui generis. Vaccæ boues: deſiderãt: ſic ego cõſularis/ conſules & conſulares uiros comitabor. Optimum. Factu a nobis imparatis. Male cõtractis. Male diſpoſitis: pro cardine rerũ. Video. Pacẽ uidelicet optimũ eſſe. Exploratũ. Certũ. Principũ. Sũmatũ. Hũc. Cæſarẽ. Error Ciceronis apparet. Fuit. n. Cæſar clemẽs uſq; ad exitiũ/ nedũ pœnitẽtiá.

Cinna.

Cinna. Qui fuit collega Marii animo ſanguinario & proſcriptorio. Pecuniis. Rapiẽdis. ἐμπολίτευομαι. In Rep. uerſor tibi. Tecum ſermones de Rep. libẽtiſſime fero. Lucerna. Lucubratoria. Pompeio. Tandem milítabo cũ Pompeio hoc eſt cũ Põponio/ Pomponianam uidelicet ſententiá ſequar. Monebar eteni ſemper Pomponius ne Cicero diſcederet a Põpeio ſenatuq;. Id agere. Pubeſcere/ ueſticipẽ fieri.

Argumentum.

ATTICVS Ciceronis Epiſtola perlecta de fu rentibus ac pœnitẽdis moribus Dionyſii: quodq; nõ ad debat Atticus Dionyſiũ Ciceroni gratias agere: ſuſpicabat̃ garrulitate græcis peculiari obgãniſſe quidpiam. In hac Atticus Epiſtola monet Ciceronẽ iterũ ac iterũ teſtatus Dionyſiũ: nec uerbũ quidem ullum i Ciceronem eum dixiſſe contumelioſum.

Interpretatio.

NVTVS. Minima queq; affirmatio. Eo. Tanto magis. Conglutinare. Copulare/ cõiungere. Teſtimoniis. In hac re de Dionyſio tacuiſti. Illũ. Dionyſiũ. De nobis. Exiſtimationẽ noſtrá laceraſſe. In illũ. Dionyſiũ amãdũ.

Congluti/nare.

Diẽ tuũ. Tẽpus febris. Pro re nata. Pro rõne tẽporis: captata opportunitate. Incõmodo. Cũ incõmodo. Quid eſt tantum. Quid intereſt uno aut altero die uenire. Eſſe in triente. Eſſe hęredẽ ex quarta parte. Trientalis aſpectus idẽ q̃ triq̃trus. Trientes ſunt pocula a numero menſuræ quam capiunt appellata. Propertius. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. Trientalis materia apud Vitruuiũ & trientales aſſeres nomen habent a menſuras quod craſſitudine quatuor unciarum eſſent. Quaternariũ numerũ continet triens. Sed ita uocatur quod eſt tertia pars aſſis. Trientalis herba a Plinio dicta quod trientem æquet amplitudine. πολιτικὸν. Ciuilis conſideratio. Adoleſcenti. Dolabellæ.

Pro re nata

Triens.

Triẽtalis.

Triq̄trus.

rius: quam ſeruias. Vt quid? ſi uictus eris: proſcribare: ſi uiceris tamen ſeruias! Quid ergo: inquis: acturus es? Idem quod pecudes: quæ diſpulſæ: ſui generis ſequũtur greges. Vt bos armenta: ſic ego bonos uiros: aut eos: quicũq; dicentur boni: ſequar: etiam ſi ruent. Quid ſit optimũ male cõtractis rebus plane uideo. nemini eſt enim exploratũ: cum ad arma uentum eſt: quid futurũ ſit. at illud omnibus: ſi boni uicti ſunt: nec in cæde principum clementiorem hunc fore: quam Cinna fuerit: nec moderatiorem: quam Sulla in pecuniis locupletium. ἐμπολιτεύομαί σοι iãdudum: & facerẽ diutius niſi me lucena deſereret. Ad ſummum dic. M. Tulli. aſſentiar Cn. Pompeio. i. T. Pomponio. Alexim humaniſſimum puerũ: niſi forte: dum ego abſum: adoleſcens factus eſt (id enim agere uidebatur) ſaluere iubeas uelim.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVid opus eſt de Dionyſio tã ualde affirmare? an mihi nutus tuus nõ faceret fidem? Suſpicionẽ autẽ eo mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat: quod & tu ſoles conglutinare amicitias teſtimoniis tuis: & illum aliter cum aliis de nobis locutũ audiebam. Sed prorſus ita eſſe: ut ſcribis: mihi perſuades. Itaq; ego is in illum ſum: quẽ tu me eſſe uis. Diem tuũ ego quoq; ex Epiſtola quadam tua: quam incipiente febricula ſcripſeras mihi notaueram: & animaduerterã poſſe: pro re nata: te non incõmode ad me in Albanum uenire. III. Non. Ian. Sed amabo te nihil ícõmodo ualetudinis feceris. Quid. n. eſt tantũ í uno: aut altero die? Dolabellã uideo Liuiæ teſtamẽto cũ duobus coheredibus eſſe in triẽte. ſed iuberi mutare nomen: eſt πολιτικὸν σκέμμα: rectum ne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento. ſed id

φιλοσοφώτερον διακρινοῦμεν: cum sciemus:quã tum quasi sit in trientis triente. Quod putasti fore: ut ante:q̃ istuc uenirem:Pompeium uiderem: factũ est ita.nam sexto Calen.ad Lauerniũ me cõsecurus est. Vna formias uenimus:& ab hora octaua ad uesperũ secreto collocuti sumus. Quod quæris:ecquę spes pacificationis sit.quantum ex Pompeii multo: et accurato sermone perspexi: ne uoluntas quidem est. Sic enim existimat: si ille uel dimisso exercitu COS. factus sit σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore. atq; etiam putat eum: cum audierit contra se parari diligenter: Consulatum hoc anno neglecturum: ac potius exercitum:Prouinciamq; retenturum. Sin autem ille fureret: uehementer hominem contẽnebat:& suis: & Reipu.copiis confidebat. Quid quæris? etsi mihi crebro ὕπνος μήδυμος obrepebat: tamen leuabat cura:uirum fortem:& peritum:& plurimum authoritate ualentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatæ periculis disserẽtem. Habebamus autem in manibus Antonii cõcionem habitam.X. Cal.Ian. in qua erat accusatio Pompeii usq; a toga pura.querela de dãnatis.terror armorum.In quibus ille quid cẽses:aiebat:facturum esse ipsum:si in possessionem Reip.uenerit: cũ hæc quæstor eius infirmus:& inops audeat dicere? Quid multa? nõ modo nõ expetere pacem istam:sed etiam timere uisus est. Ex illa autem sententia ira relinquendæ urbis mouet hominem:ut puto. Mihi autem illud molestissimum est:quod soluendi sunt numi Cęsari: & instrumentum triũphi eo conferendum. Est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευόμενον χρεωφειλέτην esse. Sed hæc:& multa alia coram. Quotidie ne inquis a te accipiendæ literæ sunt? si habebo:cui dem quotidie.at iam ipse ades. Tum igitur: cum uenero: desinam. Vnas uideo mihi a te non esse redditas: quas Lent. Quintius familiaris meus cum ferret:ad Bustũ Basilii:uulneratus: & dispoliatus ẽ. Videbis igitur nũ quid fuerit ĩ his: quod me scire opus sit. Etsi multo hoc διευκρινήσεις πρόβλημα sane πολιτικὸν cũ sit necesse aut haberi Cæsaris rationem: illo exercitum uel per Senatum:uel per Trib.Pleb. obtinente: aut persuaderi Cæsari:ut tradat Prouinciam: atque exercitum: & ita Cos. fiat. Aut si id ei non persuadeatur:haberi comitia sine illius ratione illo patiẽte: atq; obtinente Prouinciam.aut si per Trib.Ple. non

Διακρινοῦμεν. Sapientius deliberabimus. In trientis triente. In tertia parte tertiæ ptis hęreditatis. Factũ ita. Pompeiũ uidi. Sexto Kal.Ianuarias. Lauerniũ. Locus Campanię, ubi fortasse lauerna colebatur furũ dea, a qua lauerniones appellati. Lauernalis inde uocata Romæ porta quod lauernę templo propinqua fuit. In malũ poetã & aliena pro suis recitantem exclamauit Ausonius Burdegala. Bonorũ mala carminũ lauerna. Emẽdati codices nõ lauerniũ, sed Lauiniũ habent. Pacificationis. Inter Cæsarem ac Pompeiũ. Ille.Cęsar. σύγχυσιν. Cõfusionem Reipu. Eum.Cęsarem. Ille fureret. Cæsar p̃ter rõnem ac summa cũ amẽtia tumultuaretur. ὕπνος. Dulcis somnus: suauis: profundus. πολιτικῶς. Ciuiliter. Toga pura. Ab initio auspiciorum eloquentię, cum excessit ex ephebis. De damnatis. Ademptis marianorũ possessionibus. Terror armorum. Quem incutiebat Pompeius cum armatis legionibus, ut metus Pompeii actiue.

Quæstor. Antonius. Post hãc dictionem in priscis exemplarib. est:eius. Ex illa. Pacis ineundę cũ Cæsare. Cæsari. Quos ab eo accepi mutuos ad apparatũ triũphi. Instrumentum. Pecunia qua debebam triũphum instruere. Eo. Ad soluendum Cæsari. Ἄμορφον. Deforme ac turpe est aduersari in causa Reipu. creditori. Ingrati hoc specimen eẽt. Deforme contraria in Republica sentientem esse debitorem.

Ades. Prope es. Bustum Basilii. Nomen est loci inglorii: de quo sic meminit Asconius in oratione pro Milone. Via Appia est prope urbem monimentum Basilii:qui locus clarus Basilii latrociniis fuit. Διευκρινήσεις. Declarabis problema. Haberi comicia. Creari Consules. Illo. Cæsare. Patiente. Deponente consulatum ac retinente Gallias cum exercitu.

Lauerniũ.

Lauerna.

Lauernalis porta.

Toga pura

Bustũ Basilii.

Patiatur. Creari consules operã dando ut aliquis tribunus intercedat. Quiescat. Sinat. In terregnũ. Tempus uacuũ cõsulibus. Adducat. Ad urbem quoniã eius absentis secũdũ beneficiũ populi ratio non habetur. Minus paratis. Ad resistendũ imparatis. Comicus. In cõsulũ creatione. E lege. Plebiscito. Ratio habeatur. Cęsaris absentis. Ire aũt. Eradc dictionẽ aũt ac iunge superioribus. Impetratũ nõ sit ire ad arma / supple sit necesse. Aut. Vel saltem ob hanc causam. Addita causa. Alia pter hãc superiorem. Tribunus Pl. Volebat Cæsar iustã belli ciuilis causam aliquã ptendere / si forte in Pompeiũ Tribuni plebis innecti / expellentur urbe / hũc uolebat esse iustũ ptextũ belli ciuilis: quæ ei tandẽ sperata contigit occasio. Incitans. Aduersus Senatum. Notatus. Ignominia affectus. Senatus cõsulto. Prohibẽte licentiã tribunitiã. Circũscriptus. Iurisdictione pscripta prohibitus a plenitudine potestatis exercenda. Sublatus. Interẽptus uel exauctoratus. Ille. Põpeius. Cõmeatu. Alimentis utensilibusq; necessariis ad uictũ. Tradat. Deponat. Et omnino. Scribendũ. Est oĩno / deponere exercitum. Ille. Cæsar. Eo. Ad eas cõditiones: ut exercitũ deponat. Obtinet. Quod sequitur / ut ratio habeatur retinentis exercitũ. Miror. Cur exercitum non deponat miror: & deĩde petat. alias esset inhonesta petitio. Quam ille Cos. fiat. Vt ille Consul fiat. At sic male. Vt Consul fiat. Quam cũ exercitu. Sit. Certe. Optime: cõducit hoc. istud sit. Cõsul fiat. O magnũ malum: ad quod temeritate nostra compulsi sumus. Putat aliquis. Scribe. Pudet inquis: nos huc esse impulsos. Cedendum. Concedendũ erit Cæsari. Si uolet id. Consulatum. Vide. Videbis. Cos. Consulẽ. Cæsar erit qui fuit semper. Consulatu priore. Talem: tam preuaricantem leges: Catonem iubẽtem in carcerem trudi: qui collegã Bibulum non est passus in Senatum uenire. Tum. Tunc. Si in arido quid in uiridi? Imbecillus. Si in Cõsulatu priore quãdo imbecillis erat Cæsar / plus ualuit q̃ Resp. quid nũc putas eũ facturũ? Quid nũc. Cõfirmatis uirib. putas Cæsarẽ eẽ facturũ? Et eo cõsule. Donec durat Annus Cæsaris cõsularis / Põpeius esse uult in Hispania. Ita p annũ ppetuũ columen Romanorũ amittemus. hoc iũge inferiorib. Quod. Deponere exercitũ / uel de Põpeio loqtur q̃ si finit inire cõsulatũ Cæsarẽ & in Hispaniã abibit / faciet optimo quoq; uolẽte & gratias agente. Iã iã. Scribe. Iã cũ. Ineat gratiã. Amorẽ cõtrahat. Tollamus. Remoueamus Sermonẽ sup hoc. Quo. Ad qd & deponat exercitũ. Illi. Cõcedere. Quod ex istis pessimũ putas? Illi cõcedere. Cęsari ne cõcedere ut i puincia sit cũ exercitu? Quod. Tenere puinciã sine successore. Idẽ. Põpeius.

patiatur: tamẽ quiescat rem adduci ad interregnũ. Aut si ob eã causam: quod ratio eius non habeatur: exercitum adducat: armis cum eo cõtendere. Illum autem initium facere armorum: aut statim nobis minus paratis: aut tum cum Comitiis amicis eius postulãtibus: ut e lege ratio haberetur: impetratum nõ sit. Ire autẽ ad arma aut hanc unã ob causam: quod ratio non habeatur: aut addita causa si forte Tri. Pl. Senatum impediens: aut populum incitãs notatus: aut. S. C. circũscriptus: aut sublatus: aut expulsus sit: dicens ue se expulsum ad illum cõfugere. Suscepto autem bello: aut tenenda sit urbs: aut ea relicta: ille a commeatu: & reliquis intercludendus. Quid horum malorum: quorum aliquod certe subeundũ est: minimum putes? Dices profecto persuaderi illi: ut tradat exercitum: & ita Cos. fiat. est omnino id eiusmodi: ut si ille eo descendat: cõtradici nihil possit: idq; eum si non obtinet: ut ratio habeatur retinẽtis exercitum non facere miror. Nobis autem: ut quidam putant: nihil est timẽdum magis: quã ille Cos. At sic malo inquies: quam cum exercitu. certe. Sed istuc ipsum sit. O magnũ malum putat aliquis: neq; ei remedium est ullum: cedẽdum est: si uolet id. Vide Cos. illum: iterum: quem uidisti cõsulatu priore, at tũ imbecillus plus inquis ualuit: quã tota Respu. Quid nunc putas? & eo Cos. Pompeio certum est esse i Hispania. O rem miseram. Si quidem idipsum deterrimũ est: quod recusari non potest: & quod ille si faciat: iam cum bonis omnibus summã ineat gratiã. Tollamus igitur hoc: quo illum posse adduci negant. De reliquis: quod est deterrimũ? illi cõcedere: quod: ut idẽ dicit: impudẽtissime postulat. nã quid

Impudentius. Responso Cæsaris si ita interrogetur Cęsar. Decernitur. Decretū sit a senatu. Habe rationem. Fac ut absens petere possim. Tu habeas. Verba Senatus castigantis Cæsarem qui habere exercitū uult inuito senatu. Depugnes oportet. Nisi armis deponere cogat: recuso. Cum bona. Prouocat ad conferendum manus cum Cæsare spe optima aut uincendi aut in libertate moriendi. Vt ait idem. Pompeius. Quo tēpore. Pugnabitur. In casu. Casus ac fortuna dominabitur. Quo cōsilio. Depugnabis. In tēporib. In occasiōe & articulis tēporū. Cōditio tēporis successum aliqū & prudentiā impediet. Nō exercuero. Non exercebo: fatigabo male uolentem. Integram altercationem subdit. Affer. Contra. Si quid habes. Argumenti in contrarium facientis.

impudētius? Tenuisti Prouinciam per decem annos non tibi a Senatu: sed a te ipso per uim: & per factionem datos. Præterit tempus legitimum: ut succedatur: decernitur. impedis: & ais habe mei rationē: habe. nostrum exercitū tu habeas diutius: quam populus iussit inuito Senatu? depugnes oportet: nisi concedis. cum bona quidem spe ut ait idem: uel uincendi: uel in libertate moriendi. Iam si pugnandum est: quo tēpore: in casu: quo cōsilio: ī tēporibus sitū est. Itaq; te in ea q̄stione nō exerceo. Ad ea: q̄ dixi: affer siquid habes. eq̄dem dies: noctesq; torqueor. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vbito consilium cepi: ut ante: quam lu ceret: exirem: nequi conspectus fieret: aut sermo Lictoribus præsertim laureatis. De reliquo: neq; hercule quid agā: nec acturus quid sim: scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii. Tibi uero quid suadeam: cuius ipse consilium expecto? Cneus noster: quid consilii ceperit: capiat ue: nescio: adhuc in oppidis coarctatus: sed stupent oēs. Si ī Italia cōsistat: erimus una. sin cedet: consilii res est adhuc incerti. Nisi ego insanio: stulte oīa: & incaute agi iudice. Tu q̄so ad me crebro scribe: uel quod ī buccā uenerit. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Væso quid hoc est: aut quid agitur? mihi. n. tenebrę sūt. Cingulū inq̄t nos tenemus. Anconē amisimus. Labienus discessit ab Cæsare. Vtrū de Imperatore

℄ Argumentum.

EXIRE cogitat anteq̄ luceat ne qui conspectus fiat laureatorum lictorū calamitosissimo tempore. In reliquis quid agat ignorat ita cōturbatus est. A Pompeio stulte omnia & incaute agi iudicat.

℄ Interpretatio.

e XIREM. Ex hoc oppido ī urbem: uel loco ubi se continebat. Sed exire de urbe uel mūicipio dicit. Ne qui. Ne qs me respicere posset. Laureatis. Triūphaturi laureatos ministros habebāt. Lege Plutarchū in Pōpeio. Amētissimi. Qui de triūpho cogitaui. Sed pēt. De ducis huius impietia & uetemo uel celeritate Cæsariana. Consistet. Pōpeius. Cedet. Prisci codices decedet: quod est idem. In buccā uenerit. Quæ tibi succurrent.

℄ Argumentum.

SCRIbitur hæc Epistola ad Atticū in Lucretino otiantē. Celeritas ac res gestæ Cæsaris cōsulere eum qete nō sinūt. ab Attico cōsiliū petit. Inuehit in Cæsaris amētiā: eiusq; sexcenta scelera. Improbat consiliū Pompeii quod urbem reliq̄rit q̄uis Themistoclis cōsilium secutus sit. Episcopon se factum orat.

Cāpanæ ait Cicero: q acqescit sæpissime literas Attici legēs. ℄ Interptetatio.

TENEbræ. Oboritur aīo meo. nihil uideo: nullū cōsiliū habeo. Cingulū. Ciuitas Piceni notissima unde hodie multi cingulani optimi ueniūt. De Cingulanis Plinius meminit libro. iii. na. hist. sed prius de Cāpanis mox de his: de qbus nūc Cicero sic. Intus auximates: cingulani: plyniēses: ricinēses: quos uulgo recanatēses appellamus. Anconē. Ciuitatē fa migeratā ueneri dicatā de qua Satyrus. Quam dorica sustinet Ancon. Ita scribebat Thermus ad Senatum illinc expulsus de quo Lucanus. Iusq; sui pulso iam prodidit umbria Thermo. Cæsare. Ergo hoste & barbaro ut a quo legatus iuste discedit. Alias nefariū esset ducem relinquere.

Cingulū. Ancon. Termus.

Vmbra.

Vmbram nō uiderit. Nec in sōnis quid sit ęquū ac bonū uidit / quare Plautus umbram amici: debilem amicū uocat. Plutarchus περὶ πολυφιλίας Menandrū citat: qui beatum dixerit eū: q uel σκίαν φίλου idest amici umbram habeat. Apud Atheneū parasitus quispiam panes rancidos & atros in conuiuiū illatos ἄρτων σκίας / quasi umbras panū nō panes. τοῦ καλοῦ. Recti & boni. Dignitatis: suæ tuendæ causa. Nam cū uidisset stratos in ciuili acie tot milites / exclamauit / sic uoluerūt / Ego imperator tot annorū / nisi ab exercitu auxiliū implorassem merita dignitate: triūphoq; fraudatus essem. Honestas. Nihil utile & illustre sine honestate.

Num honestū. Est O Cæsar. Disputat ac euētilat causam Cęsaris / tāquā Cęsar adsit. Nullo publico consilio. Sine auctoritate Senatus ac populi. χρεῶν ἀποκοπὰς. Tabulas nouas: exulū restitutiones: subintellige. honesta ne hæc putas? τὴν θεῶν. Dearum maximam ut obtineat tyrānida.

Tyrānidis laus.

Est senarius Euripidis in phœnissis. Apricationem. Ambulationem ī aprico hoc est aperto sole. Persius senes uocat apricos / quoniam insolatione gaudent. Insolari est ad solem exponi. Apricari uerbum. Lucretinū. Lucunense: si dici potest: campanię de quo sic Horatius. Dulce & amęnū sæpe Lucretilem Mutat lycęo Bacchus. Istiusmodi. Tyrānunculorū & felicitū īfelicitū. Illiusmodi. Tale / quippiam ab omni abhorrens humanitate ac pollitica: honestaq; uita. Quid si tu uelis? Tacitę Attici obiectiōi respōdet inquiēs: Esto quod uelles O Cicero: Cæsar esse non posses tñ. Struthio natus es / nō aqla. Atq; inquit Cicero: nolo: cogitareq; & ista uelle / accedit ad inhumanitatem. Ea. Sola. Miserior. Isto uelle deterior. Adipisci. Consequi tyrānidē. Ita. Inhumane

Apricatio.

Apricari.

Po. Ro. an de Annibale loquūtur? O hominē amentem: & miserum: qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ uiderit. atq; hęc ait omnia se facere dignitatis causa. Vbi est aurē dignitas: nisi ubi honestas? Num honestū igitur habere exercitum nullo publico consilio? Occupare urbes ciuium: quo facilior sit aditus ad patriam. χρεῶν ἀποκοπὰς. φυγάδων καθόδους. sexcenta alia scelera moliri. τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα. Sibi habeat suam fortunā. Vnā mehercule tecū apricationem in illo Lucretino tuo sole malim: q̄ oīa istiusmodi regna: uel potius mori millies: quam semel illiusmodi quicq̄ cogitare. Quid si tu uelis inquis? Age quis ē: cui uelle nō liceat? Sed ego hoc ipsum uelle miserius esse duco: q̄ in crucem tolli. Vna res est ea miserior: adipisci: quod ita uoluerit. sed hæc hactenus. Libēter .n. in his molestiis ἐγχολάζω. Redeamus ad nostrū. per fortunas quale tibi consilium Pompeii uidetur? Hoc quæro: quod urbem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ. Tum nihil absurdius: urbem tu relinquas? Ergo idem si Galli uenirent. Non est inquit in parietibus Resp. at in aris: & focis. fecit idem Themistocles. fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una nō poterat. At idem Pericles nō fecit annū fere post quinquagesimū: cum præter mœnia nihil teneret. Nostri olim urbe reliqua capta: arcem tñ retinue/

ac turpiter uolueris. ἐνσχολάζω. Otiū cōtero. Ad nostrū. Pompeiū. Satis de Cæsare / ad Pōpeium nostrū trāseamus. Per fortunas. Adiurandi interrogatio Ciceroni familiaris / ut alia. Per opes tuas. Per geniū / oculos / bonaq; tua rogo: peto Attice. Quod urbem reliquerit. Themistoclēū secutus exemplū. Vrbem. Lucanus. Pro qua pugnabis urbe? Ἀπορῶ. Hęreo: subdubito de Pōpeii cōsilio. Tū. Vetusti codices tñ. Relinquas? O Pompei. Ergo idē faceres: urbē relinqueres: Cæsar. n. uniuersis Gallis est Barbarior. Ar. Sed. Rñsio Pōpeii. Sūt in statu deliberatiuo dialogi. Themistocles. Persis Xerxis auspicio græciā inuadentibus / Themistocles exemplū secutus oraculi / quo iubebanē Athenięses mœnib. ligneis patriā circūdare: iterpratus ē bello nauali eē pugnādū. apud Salamina pugnatū ē cū psis / Themistocle duce. apud Atheniēses uictoria stetit patria ac fortitudine ducis. Quare dixit alibi Cicero / tēpora & rē Romanā eguisse potius cōsilio pclis q̄ Themistoclis. Fluctū. Imperiū. Adducit rōnem quare Themistocles athenas reliquit: ingressus mare. Ferre. Sustinere. Idē. Quod Themistocles urbē relinqre. Post quinquagesimū. Inuadētib. Athenas Peloponēsib. & Lacedæmoniis / perstitit Pericles ac urbem rutatus est cōstanter & fortiter. Historiam Plutarchus explicatius enarrat in Pericle. Nihil. Agri ac opidorū. Nostri. Maiores. Arcem. In quā seniores iuuentutem miserūt aptā rei nauādæ.

Themistocles.

Pericles.

οὔ τω του. Adeo nos pteritorũ desiderio tenemur: si maiorũ consilio Remp. nõ administramus. Vel quod magis arridet pterita Respu. ut est ista/quæ nũc est/displicere nõ possit. Dolore municipali. Ex dolore ciuitatum: quæ pp Pompeii fugam diripiũtur. Cõuenio. Colloquor. Hoc consiliũ. Pompeianũ/Themistocleũ. Nescio istic. Quid hic in urbe dicatur. Esse. Est ne decorum? Alia. Diuersa a prima. Meliorẽ nũc causam Pompeius habet. Causa. Multi Pompeiũ credebãt esse causam bellorũ ciuiliũ/nũc oio uident esse Cæsarẽ. Nihil concedendũ. Omnia iniusto Cęsari deneganda censent.

rũt οὔτωτου τῶν ἔμπροσθεν ἐπιθυμοῦμεθα. Rursus autem ex dolore municipali: sermonibusq; eorum: quos conuenio: uidetur hoc cõsilium exitiũ habiturum. Mira hominum querela est. nescio istic. sed facies: ut sciã sine magistratibus urbem esse: sine Senatu. Fugiẽs deniq; Pompeius mirabiliter homines mouet. Quid quæris? alia causa facta. nihil iã cõcedendũ putant Cæsari. Hæc tu mihi explica: qualia sint. ego negocio præsum nõ turbulẽto. Vult. n. me Pompeius esse: quẽ tota hæc Cãpania: & maritima ora habeat ἐπίσκοπον: ad quem delectus: & negocii summa referatur. Itaq; uagus esse cogitabam. te puto iam uidere: quæ sit ratio uiæ Cęsaris. qui populus: qui totius negocii status. ea uelim scribas ad me. Et quoniã quidẽ mutabilia sunt: quã sępissime. acquiesco. n. & scribens ad te: & legens tua. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Nam adhuc a te Epistolam acceperam datam. XII. Calen. Iun. in qua significabatur: aliã te ante dedisse: quã nõ acceperam. sed quæso: ut scribas: quã sæpissime: nõ modo siquid scies: aut audiens: sed etiã siquid suspicabere. maximeq; quid nobis faciũdũ: aut non faciũdũ putas. nam quod rogas: curem: ut scias: quid Pompeius agat: ne ipsum quidẽ scire puto. nostrũ quidẽ nemo. Vidi Lentulũ Cos. Formiis X. Calen. Iun. uidi Libonem. plena timoris: & erroris omnia. Ille iter larinũ: ibi enim cohortes: & Luceriæ: & Teani: reliquaq; in Apulia. Inde utrũ consistere uspiã uelit: an mare transire: nescitur. Si manet: uereor ne exercitũ firmum habere non possit. Sin discedit quo: aut qua: aut qd nobis agẽdũ sit: nescio. nam istum quidem cuius φαλαρισμὸν times: oĩa teterrime facturum puto. Nec enim rerum prolatio:

Præsum. Erat Episcopus oræ Cãpanæ. Nõ turbulẽto. Quieto potius. Ἐπισκοπόν. Quos ad sibi subditas: obnoxiasq; ciuitates mitterent Athenienses spectatũ qd in quaque re fieret: Episcopos fuisse uocatos ac Phylacas. ἐπίσκοπον ἐριούνιον Mercuriũ Episcopũ Leonidas poeta uocat. Episcopon & Scopon pro eodẽ accipit Eustathius. Arcadius Episcopũ intelligit Pani: & cęteris uenalibus pfectũ: quæ ad quotidianũ uictũ spectẽt. Certaminũ psides inuenio appellatos mõ ephoros: mõ epoptas/nũc etiã Episcopos. Harmosyni: quod obiter dictum uelim: spartæ fuere magistratus cõpescendo muliebri mũdo creati. Delectus. Cõscribendorum militũ ordo. Vagus. Ambulator: quod officiũ Episcopi esse solet. Oratio. Legẽdũ, ratio: quo Cæsar diriget iter suũ. Mutabilia. Singulis horis/imo horarum momentis/fortuna mutatur in bellis. Adquiesco. Respiro.

¶ Argumentum.

ROGAT amicũ ut q̃ uerissime & q̃ sepissime scribat: ac q̃escere se tñ perlectis amici literis.

¶ Interpretatio.

NEMO. Scit. Libonẽ. De quo Lucanus ita canit. Gens etrusca fuga trepidi nudata libonis: Iusq; sui pulso iã pdidit umbria Thermo. Oĩa. Põpeius facit. Larinũ. Municipiũ Apuliæ parum a mari distans a Teano. xviii. mil. ut ait Cicero pro Flacco: adhuc durat regiõ q; ab Vrsinorũ familia. Luceriæ. Dauniorũ opidũ. Tu quoq; cõmissæ nudatã deseris arcẽ Scipio Luceriæ. Teani. Paulo ĩfra de Teano plura leges. Vereor ne possit. Dubito qd nõ habebit. Quo. Eũdũ. Qua. Via: rõne. Quid. An hũc an illũ sequar/an qetẽ meditet. φαλαρισμόν. Tyrãnidẽ. De Phalaride Tyrãno Agrigẽtinorũ qs nescit: Qui cõcursu populi trucidatus ẽ: & lapidatiõe obrutus. Rerũ platio. Asportatio militũ & hostiũ. Iuxta illud Plautinũ i captiuis.

Episcopos. Phylaces. Scopos. Harmosyni. Libo. Larinum. Luceria. Teanum. Phalarismos.

Res platę sunt nostris dctib. hoc ē pcul latę. Nec spat dilatio belli ciuilis Pōpeio iā se accingēte: uel quod res ciuiles abductæ sunt fugiente cedente ue Pompeio quē Cæsar pleqtur. Dimittā. Scribendū demittā.i.pfractius imergā. In causam. In aleam belli. Deterreor. Terrore dimo/ ueor. Tergiuerser. Dissimulē. Muginari prisci dicebāt. Cicero inferius. Dū muginaris cępi con/ siliū domesticū. Iis me dem. Cæsari. A'ιδέομαι. Vereor Troianos hoc est populi in me latra/ tus/ne timidiculū uel amicū Tyrāni uocēt. Apud Homerū libro.vi. Iliados Hector dissuasus ab uxore ne cū aliis exiret urbē sic i/ qt. Ista quidē oia uxor: quæ cōnu merasti: eadē ipse cogito/ eisdem moueor. sed Troianos/ Troia/ nasq; erubescēs uereor: si uelut i/ bellis quidā eminus a cęteris sub terfugiā pugnā: & nihilominus non patitur animus ignauiæ sibi esse conscius: & ne mihi dissimilis sim: qui cōsueui semper gnauiter agere: & in primis strenue pugna re: ut & mihi & patri magnæ glo riæ essem. Amici. Pompeii.

Tergiuer/ sor. Muginari. Vereor Troianos.

Officio. Amore. Reuocor. Retrahor a Cęsare fouēdo. Et si. Particula: si: supuacanea est.

Puerorū. Charitatis domesti/ cæ/ne rebus Pompeii fractis: li/ beri mei egeant: ut olim Themi/ stoclis filii. Vt igif. Scribendū tu. Eū finē. Seq Pompeiū do/ nec erit in Italia. Explicari. Or dinari q̄ iste triūphi apparatus. Nihil dū. Est parelcon dum. Videat. Tibi. Erit deliberatio. A'πορίαν. Hęsitationē. Ab illo. Cæsare. Pœnitere. Quod ad Pompeiū imparatissimū tran siuit. Finibus. Curā rei dome/ sticæ nō egrederis. Scriptites. Freqntissime scribas/& si inaccu/ rate & incōposite. Sidonius. Ma gis locus erit ubi dormites: q̄ ubi dormias.

Aporia.

Scriptito.

¶ Argumentum.

TRANsiuisse ad Pom/ peiū Labienū gaudet: saltē quod Cæsari dolo rē fecit. De ciuili bello nonnulla. Cæsaris uiolētiā improbat. Igna uiā Pōpeii damnat: & impitiā rei militaris. Difficultate etiam dele ctus. De domesticis amandandis cogitat: Dolabellæ tamē cōfidit. Res uēnonianas in principio hu ius Epistolæ uocat res cuiusdam uennonii paruas & ignotas.

¶ Interpretatio.

LAbienū. Ad Cęsarem trāsfugisse. Vt aliud

Vt aliud

nec Senatus: magistratuūq; discessus: nec ærarium clausum tardabit. Sed hæc: ut scribis: cito sciemus. Interim uelim: mihi ignoscas: quod ad te scribo tā multa toties. Acquiesco enim: & tuas uolo elicere li teras: maximeq; consiliū: quid agam: aut quo pacto geram. dimittā ne me penitus in causam. Non deter reor periculo: sed dirūpor dolore: tam nullo consi lio: aut tam cōtra meū consiliū gesta esse omnia. An cūcter: & tergiuerser: & iis me dem: qui tenēt: qui po tiūtur. αἰδέομαι τρῶας nec solum ciuis: sed etiā amici officio reuocor. & sic frangor sæpe misericor dia puerorū. ut igitur ita prurbato: etsi te eadem soli citant: scribe aliquid: & maxime: si Pompeius Italia cedit: quid nobis agēdū putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus una) eum finem statuit. L. Torquatus eūdem. Me cū multa: tum etiā Lictores impediunt. nihil uidi unquā: quod minus explicari possit. Itaq; a te nihildum certi exquiro: sed quid uideatur. De niq; ipsam ἀπορίαν tuā cupio cognoscere. Labienū ab illo discessisse propemodū constat. Si ita factum esset: ut ille Romā ueniens magistratū: & Senatum Romæ offenderet: magno usui causę nostrę fuisset. Damnasse enim scelens hominem amicum Reipu. causa uideretur: quod nunc quoq; uidetur: sed mi nus prodest. Non enim habet: cui prosit: eumq; arbi tror pœnitere. nisi forte id ipsum est falsum: discessis se illum. nos quidem pro certo habebamus. & uelim (quanq̄: ut scribis: domesticis te finibus tenes) for mam mihi urbis exponas: & quod Pompeii deside rium: & quæ Cęsaris iniuria appareat: etiam quid cē seas de Terentia: & Tullia: Romæ eas esse: an mecū: an aliquo tuto loco. Et hæc: & si quid aliud: ad me scribas uelim: uel potius scriptites. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Vēnonianis rebus tibi assentior. La bienū iudico facinus iādiu nullum ciui le præclarius: qui/ut aliud nihil: hoc ta men profecit: dedit illi dolorē: sed etiam

nihil. Dato qd ob aliud nõ profecerit: ob hoc tñ profecit. Ad summã. Ad uniuersæ causæ profectũ. ut/agit̃ de summa rerũ: rebellione Iabieni ad euentũ uniuersæ causæ ꝓfecimus. Profectũ aliqd. Nos aliquod fecisse lucrũ. Genero. Cæsare. Visum ire. Scribat̃. iri. hoc est. nõ dubito quin uideat̃. Graue. Ingratũ. Quẽ nõ dubito grauiter laturũ Cæsaris imperiũ inciuilẽ. Ciuile. Ab uno ꝑdito ciue Cæsare. Is. Cæsar. Oia. bona. Cõcupiuit. Vetusti codices/cupiũt. utraq͂ lectio defendi põt. Sine senatu. Principale uerbũ est. ne simulare qdem poterit. Ne simulare.

Nihil.

ad summam profectum aliquid puto. A me etiã Pisonem: cuius iudicium de genero suspicor uisum iri graue: quãquam genus belli: quod sit: uides. Ita ciuile est: ut nõ ex ciuiũ dissensione: sed ex unius perditi ciuis audacia natũ sit. Is aũt ualet. Exercitũ tenet multa spe: & promissis. oĩa omniũ concupiuit. Huic tradita urbs est: nuda ea præsidio. referta copiis. Quid est: quod ab eo nõ metuas? qui illa tẽpla: & tecta non patriã: sed prædam putet? Quid autem sit acturus: aut quomodo: nescio: sine Senatu: sine magistratu: ne simulare quidem poterit quicquam πολιτικῶς. Nos autem ubi exurgere poterimus: aut quãdo? quorum dux: quam ἀστρατήγητος tu quoq͂ animaduertis: cui ne Picena quidem nota fuerint: quam item sine consilio res stet. Vt etiam alia omittam decem annorũ peccata: quæ conditio non huic fugę præstitit? Nec uero nũc quid cogitet scio: ac non desino per literas sciscitari. Nihil esse tardius constat: nihil perturbatius. Itaq͂ nec præsidiũ: cuius parandi causa ad urbem retentus est: nec locum: ac sedem præsidii ullam uideo. Spes omnis in duabus inuidiose retentis pene alienis legionibus. nam delectus adhuc quidem inuitorum est: & a pugnãdo abhorrentiũ. Conditionũ autem amissum tempus est. Quid futurũ sit: non uideo. cõmissum quidẽ a nobis certe est: siue a nostro Duce: ut e portu sine gubernaculis egressi: tempestati nos traderemus. Itaq͂ de Ciceronibus nostris dubito: quid agã. nam mihi interdum emandandi uidentur in Græciã. De Tullia autem: & Terentia: cũ mihi barbarorũ aduentus ad urbem proponitur: omnia timeo. Cũ autem Dolobella uenit in mentem. paulum respiro. sed uelim consideres: quid faciendum putes. Primũ πρὸς τὸ ἀσφαλές. Aliter. n. mihi de ipsis: ac de me ipso cõsulendũ est. deinde ad opiniones ne reprehẽdamur: q͂ eas Romę uelimus esse in cõmuni bonorũ fuga. qn etiã tibi: & Peduceo (scripsisti. n. ad me) qd faciatis uidendũ est. Is. n. splẽdor est uestrũ: ut eadẽ postulẽtur a uobis: quæ ab amplissimis ciuib. sed de hoc tu

Non solũ uere perficere. sed nec umbrã ueritatis/ciuilis ue status implere. Prisci codices nõ habẽt simulare/sed somniare/nec in sõnis quidem iustam causam ꝓtendere. πολιτικῶς. Vbi Senatus ac Ciues/ibi Roma. Animaduertes. ἀστρατήγητον eẽ Pompeiũ ac iacentem. Ne Picena. Res in Piceno gestę. Rebellio Piceni.

Quã aũt. Sũt qui legũt: item. Res. Respublica. Stet. Repete aiaduertis. Quæ cõditio. Melius fuit qualẽcũque conditionem accipere q̃ ita fugere. Pręstitit. Anteponẽda fuit. Sciscitari. Indagare. Timidius. Alii codices: Tardius/hebetius: utrũque quadrat. Pręsidiũ. Video.

Inuidiose. Odiose. alii codices: insidiose/quoniam simulauit Põpeius cũ repetiuit a Cæsare se uti uelle ĩ bello parthico. uel quia uidebãtur a Cæsare repeti: quoniã Pompeius Cæsari inuidebat/si legimus inuidiose. Conditionum. Inefidæ pacis. E portu. Metaphora nauigantium. Sine gubernaculis. Bellicis instrumentis. Emandandi. Extra urbem mittendi. Alii amãdandi legũt. Idem erit. Dolabella. Gener meus. legatur tamen in patrio casu Dolabellæ. Est. n. phrasis cultior atq͂ latinior. πρὸς τὸ. Ad securitatem. Vicerit utilitas.

De ipsis. Aliter consulendum de pueris ac domesticis infirmis. Grãmatici certãt an hic legatur: filiis: an ipsis. Ac de me. q̃ de me. Ad opinionem. Ad effugiendum infamiam hominũ male opinantium. Splendor. Fax pręcurrens. Eadem postulentur. Eadem uos optimates sequi debeatis: quæ Peduceus.

Emãdare.

Videbis. Legitur & uideris. Acta. Subitellige scio. μάντις. Optimus es uates. Aenigma Oppiorũ. Oppii ciues uelienses. Est.n. Velia in Lucania:q sub Cæsare militarũt in Gallia Agtani ca:ubi sunt populi Sãctones. Martialis. Sanctonica medicata dedit mihi pocula uirga. Hodie Episcopũ Italũ hñt:& eodem nomine uulgo dicũtur. In æstu. Ciuiliũ bellorũ freto. Videbat̃ significare Atticus Ciceroni/ne fideret his duobus fratribus Veliensibus. quoniam milites Cæsaris in Gallia fuerant. Aut die. Lege cum priscis exẽplaribus fuisse. Quo aperte. Per Sanctones Veliæ te significare fratres sub Cæsare in Gallia militantes: Patet ille Gryphus. Sũma. Vniuerso ordine. Numero Platonis. Hyperbole prouerbialis: quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiã/pcipue in Timæo. Cicero de legibus. Negat Plato mutari posse musicas leges sine imutatione legũ publicarũ. De numeris Platonicis meminit Magnus Albertus in libro de aialibus:& Boethius. Tu numeris elementa ligas: ubi doctus interps multa scitu digna. Sũma. Vniuerso ordine. Minturnis. Inter Sinuessam & Formias Minturnæ/nunc castellũ Traiecti dicitur. Interfluit emis amnis: Clanis dictus. Sacrosanctã uacationem habent ob cęli grauitatẽ. Liuius libro. x. Non ad homines. Non uidebatur ad Pompeium Cæsar scribere. sed ad eos: quos tanti faciebat/quãti faciendæ sunt Scopæ solutæ. Cicero in pfecto oratore. Isti cũ dissoluunt orationem: i qua nec uerbũ ullũ est/nisi abiectũ/ nõ Clypeũ/sed ut in prouerbio est/& si humilius dictum est/ tamen consimile est: Scopas/ ut ita dicam mihi uidẽtur dissoluere. Scopæ.n. dissolutæ nullius sunt usus. Ille. Cæsar. Huic. Homini nihili. Hæc dictio facit ut supius legerim/nõ hominem: sed Scopas solutas.

Arrepto. Per occasionẽ. Teanũ. Sine aspiratione ciuitas est in uia Appia: quę a Campania Brũdusiũ usq protenditur. Venafri. In uolicis. Sic hodie uocant.

Velia. Sãctones. Numerus Platonis. Minturnæ. Clanis. Scopę solutæ. Teanum.

uidebis. qppe cũ de ipso: ac de me ista cõsiderare uelim. reliquũ est: ut et qd agat̃: quoad poteris: explores: scribasq ad me et quid ipse coniectura assequare: quod etiam a te magis expecto. nam acta oibus iis nũtiãtibus a te expecto futura μάντιος δ᾽ ἄριστος: loquacitati ignosces: quæ & me leuat ad te quidem scribẽtem: & elicit tuas literas. Enigma Opiorum ex Velia plane non intellexi. Est.n. numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum ęnigma. Opios enim de Velia Sanctones dicis in eo æstu: aut die: quo aperto reliqua patebãt: et cũ Terẽtiæ summa cõgruebãt. L. Cæsarẽ uidi Minturnis ad. VIII. Calen. Febr. mane cum absurdissimis mandatis: nõ hominem: sed Scopas solutas: ut id ipsum mihi ille uideatur irridendi causa fecisse: qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit: & hic sermone aliquo arrepto pro mãdatis abusus sit. Labienus uir mea sententia magnus: Theanum uenit ad VIII. Calen. Febr. ibi Pompeium: cõsulesq conuenit. qui sermo fuerit: & quid actum sit: scribã ad te: cum certum sciã. Pompeius ab Theano Larinũ uersus profectus est: ad. VIII. Calen. Eo die mansit Venafri. Aliquantũ animi uidetur nobis attulisse Labienus. sed ego nondũ habeo: quid ad te ex his locis scribã. ista magis expecto: quid illinc afferatur: quo pacto de Labieno ferat. quid agat Domitius in Marsis. Tignii Thermus. P. Accius Cinguli. quæ sit populi urbani uoluntas. quæ tua coniectura de rebus futuris. hæc uelim crebro: & quid tibi de mulieribus nostris placeat: & quid acturus ipse sis: scribas. Si scriberem ipse: longior Epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. Vale.

Tignium. Ferat. Aequanimiter an furenter agat Cæsar de Lasileni discessu. Teranius. Sunt qui Thermus scribunt. Cæsar primo cõmentario belli ciuilis. Interea certior factus Tignium Thermum prætorem cohortibus quinq tenere: Opidum munire: omniũq Tigninorũ optimam erga se uoluntatem. Aliqui scribunt. Thermus Tignii. Nunc Tignium Sancta Maria in Georgio uocatur. Cingulum. In umbria. lege Strabonem libro Quinto Geographiæ pro monte.

Argumentum.

CONDitiones pacis affert: quæ cũ sępe fuerint iteratæ: non steterunt.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD.VI. Calen. Febr. Capuam Calibus proficiſcens: cum leuiter lippirem: has literas dedi. L. Cæſar mandata Cæſaris detulit ad Pompeium ad. VIII. Calen. Cum is eſſet cum Coſs. Theani. Probata conditio eſt: ſed ita: ut ille de his oppidis: quæ extra ſuã Prouinciam occupauiſſet: præſidia deduceret. Id ſi feciſſet: reſponſum eſt ad urbẽ nos redituros eſſe: & rem per Senatum confecturos. Spero etiam in præſentia pacem nos habere. nam & illum furoris: & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet. Me. Pompeius Capuã uenire uoluit: & adiuuare delectũ: quo parum prolixe reſpõdent Campani Coloni. Gladiatores Cæſaris Capuæ ſunt: de quibus ante te falſum ex Torquati literis ſcripſeram. Sane commode Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum. Scutorum in Ludo. M. fuerunt: bis eruptionem facturi dicebantur. Sane multum in eo Reipub. prouiſum eſt. De mulieribus noſtris: in quibus eſt tua ſoror: quæſo uideas utrum ſatis honeſtum nobis ſit: eas Romæ eſſe: cum cæteræ ulla dignitate diſceſſerint. Hoc ſcripſi ad eas: & ad ipſum antea. uelim eas cohortere: ut exeant: præſertim cum ea præſidia in ora maritima habeamus: cui ego præſum: ut in his pro re nata non incommode poſſint eſſe. Nam ſi quid offendimus in genero noſtro: quod quidem ego præſtare non debeo: id fit maius: quod mulieres noſtræ præter cæteras Romæ remanſerunt. Tu ipſe cũ Sexto ſcire uelim: quid cogitas de exeundo: de totaq; re quid exiſtimes. Pacem quidem hortari non deſino: quę uel iniuſta utilior eſt: quam iuſtiſſimum bellum in ciuibus: Sed hæc: ut fors tulerit. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VT ab urbe diſceſſi nullum adhuc intermiſi diem: quin aliquid ad te literarũ darẽ: nõ quo haberẽ magnopere quid ſcriberem: ſed ut loquerer tecũ abſens: quo mihi cũ coram id nõ liceret: nihil eſt iucũdius.

¶ Interpretatio.

CALIBVS. Opidũ in irpinis. Iter populo nõ debetur: Ager eius militibus fuerat aſſignatus. Poſtea iuſſu Cæſaris Auguſti militibus nominis ſui eſt renormatus. Auſones hoc opidũ prius habitarũt. Originẽ habuit a Calai Boreæ filio poſt curſum Argonautarũ illuc applicantiũ auctore Silio: cuius ii ſunt uerſus. Quẽ genuere Cales. non paruus cõditor urbis Vt fama eſt: Calais. Illũ. Cæſarẽ. Hũc noſtrũ. Põpeiũ. Copiarũ. Exigui exercitus. Suppœnitet. Modice pœnitet. Capuam. Lucanus. Interea trepido diſcedens agmine Magnus Mœnia dardanii tenuit campana coloni. Parum prolixe. Nõ copioſe. Scutorũ. Alii ſecutorũ legunt. Genus eſt gladiatorũ: de q̃bus Satyrus. Gracco iuſſus pugnare ſecutor. Eruptionem fuiſſe. Vetuſti codices. Bis eruptionem feciſſe. Videas ut. Videas utrum. Vlla dignitate. Quæ ſunt ĩ aliquo gradu poſitę. Pro re nata. Prout contigerit. Offendimus. Pompeiũ. In genere. Scribe. In genero hoc eſt Dolabela: qui eſt apud Cęſarem. Quod quidem ego p̃ſtare nõ debeo. Dicũtur per parẽtheſim. p̃ſtare uox Ciceronis in hoc loco ſignificat promittere pro aliena fide. lingua uernacula ſtare ante dicit. Fit maius. Si delictum aliquod meum eſt in Dolabela: augetur ſecuritate mea, quia tãquã credere Cæſari familiam meam uideor: quam Romę reliqui. Alii codices habent, fit maius, hoc eſt fieret, eſſet. Exeundo. Roma uel Italia. Sed hæc. Feremus. Vt fors tulerit. Pro conditione temporum.

Cales. Suppœnitet. Secutores. Pręſtare.

¶ Argumentum.

VT AB urbe. Ait ſe Capuę conſules cõueniſſe: cõſulares, ſenatores cupere pacem cum Cæſare p̃ter Fauoniũ. Cato pugnare nõ uult. Fãnius in Siciliam mittitur. Cęſarẽ nõ ſtaturũ conditionibus pacis.

¶ Interpretatio.

QVO MIHI. Quo iucundius nihil eſt mihi, cum coram id non liceret.

Capuam cum uenissem ad. VI. Calen. pridie: quam
has literas dedi. Coss. cōueni: multosq; nostri ordi-
nis. Omnes cupiebant Cæsarem abductis præsidiis
stare conditionibus his: quas tulisset. uni Fauonio
leges ab illo nobis imponi non placebat: sed is audi-
tus nō ē ī cōsilio. Cato. n. ipse iā seruire: quā pugna-
re mauult: sed tamen ait in Senatu se abesse uelle: cū
de conditionibus agatur. Si Cæsar adductus sit: ut
præsidia deducat: ita quod maxime opus est: in Sici
liam ire non curat: quod metuit: ne absit. In Senatu
esse uult. Posthumus autem: de quo nominatim Se-
natus decreuit: ut statim ī Ciliciā iret: Fufanoq; suc
cederet: is negat se iturū sine Catone: & suam in Se-
natu operam: authoritatēq; quam magni æstimat.
Ita res ad Fānium peruenit. Is cum imperio in Sici-
liam premittitur. In disputationibus nostris summa
uarietas est. Pleriq; negant Cæsarem in conditione
mansurū: postulataq; hęc ab eo interposita esse: quo
minus: quod opus esset: ad bellū: a nobis pararetur.
Ego autem eum puto facturum: ut præsidia dedu-
cat: uicerit enim si Cos. factus fuerit: & minori scele-
re uicerit: quam quo est ingressus. sed accipiēda pla-
ga est. sumus enim flagitiose imparati cum a militi-
bus: tum a pecunia: quam quidem omnem: non mo
do priuatam: quæ in Vrbe est: sed etiam publicam:
quæ in Aerario est: illi reliquimus. Pompeius ad le
giones Actianas est profectus. Labienum secum ha
bet. Ego tuas opiniones de his rebus expecto. For-
mias me continuo recipere cogitabam. Vale.

Tulisset. Obtulisset. Fauo-
nio. Aemulo Catonis. Audi-
tus in cōsilio. Vetusti codices. sed
is adhibitus nō est ī cōsilio. Ser
uire. Temporibus. Adductus.
Persuasus. Ita qđ maximū opus
est. Parēthesis. Quod ita fore ma
xime est opus, nobis uidelicet ut
præsidia deducat. Non curat.
Cato. Quāmagni. Maximi fa-
cit. prisci codices nō habent, q̄.

Ita res. Prouincia Sicilia. Vi
cerit eum. Legendū. enim. præsi-
dia deducet Cæsar, ac ei satis erit
uicisse. Quo est igressus: Quo
cępit. Flagitiose. Deterrime uel
propter scelera quorundam. In
gratio. Propter fugā Lentuli con
sulis. lege Cæsarem primo. com-
ment. Ciuil. hæc est causa quare
flagitiose dixit. Actianā. Quas
habet Actius. Cæsar in primo cō
mentario dicit se hūc Actiū Var
rum apud Auximū inuenisse & i
uasisse in eū. Ille aūt fugit. Sed cū
modicū discessisset, reliquerūt eū
copiæ. Captus igitur erat, postea
missus. Pompeius pro iis accipiē-
dis copiis: iuerat: de quo nūc me-
minit Cicero. uel intelligit de le-
gionib. quas Actius Varrus pręses Auximi delectū toto Piceno
circūmissis senatoribus habendo
coegerat. Nam Auximū Actius
tenebat cohortibus, nō legionib.
quas cohortes amisit auximo a-
misso. Fugiens. n. Actius Varrus
a militib. desertus est: qui ad Cæ-
sarem defecerunt.

Flagitiose.

Actius uarrus.

¶ Argumentum.

OMNES. Literas ab At
tico peruerso ordine ac
cepit. Expectatur quid
acturus sit Cæsar: cū. L. mandata
cōsuli ad eū tulerit. Pompeium
breui se firmū exercitū habiturū
spōdet. Accusat Pompeiū qui cū
scriptor luculētus esset Sestio ho
mini minime eloquenti gesta sua
scribenda mandauerit. Ex literis
Pōpeii colligit Cæsari nihil eorū
quæ petit negari: quæ tamen nō
accipiet. Qui per Trebatiū Cice
ronem monet ut sit ad urbem. Seponere pueros suos in græcia uult si bellum erit.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

OMneis arbitror mihi tuas Literas reddi
tas esse: sed primas præpostere: reliquas
ordine: quo sunt missæ per Terentiam.
De mandatis Cæsaris: aduentuq; La-
bieni: & responsis Cos. ad Pompeiū scripsi ad te lite
ris his: quas ad. V. Calen. Capuæ dedi. Pluraq; præ
terea ī eādē Epistolā conieci. Nūc has expectatiōes
habemus duas. Vnā: quid Cęsar acturus sit: cū acce
perit ea: quæ referēda ad illū data sunt. L. Cęsari. Al
terā: quid Pompeius agat: qui quidē ad me scribit:

¶ Interpretatio.

CAPVAE. Alii legūt Capua. Pręter ea. Iūctim scribe, pterea. Referēda. Per Ro-

paucis diebus se firmũ exercitum habiturũ: spemq; affert: si in Picenũ agrũ ipse uenerit: nos Romã redituros esse. Labienũ secũ habet nõ dubitantẽ de ibecillitate Cæsaris copiarũ: cuius aduentu Cn. noster multo animi plus habet. Nos a Coss. Capuã uenire iussi sumus ad Non. Feb. Capua ꝓfectus sum Formias ad. III. Calẽ. eo die: cũ Calibus tuas literas hora fere nona accepissem: has statim dedi. De Terentia: & Tullia tibi assentior ad quas scripserã: ad te ut referrẽt. si nõ dum profectæ sunt: nihil est: quod se moueãt: quoad ꝓspiciamus: quo loco sit res. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Væ literæ mihi gratæ: iucũdæq; sunt. De pueris in Græciã trãsportãdis: tum cogitabã cũ fuga ex Italia quæri uidebatur. nos. n. Hispaniã peteremus: illis hoc æque cõmodũ nõ erat. Tu ipse cũ Sexto etiam nũc mihi uideris Romæ recte esse posse. Etenim minime amici Põpeio nostro eẽ debetis. nemo. n. unq̃ tantũ de urbanis præsidiis detraxit. Vides ne me ẽt iocari? Scire te iã oportet. L. Cæsar quæ respõsa referat a Põpeio: quasq; ab eodẽ ad Cęsarẽ ferat literas. Scriptæ. n. & ita datæ sunt: ut proponerẽtur in publico. in quo accusaui mecũ ipse Pompeiũ: qui/cũ scriptor luculentus esset: tantas res: atq; eas: q̃ in omniũ manus uenturæ essent: Sestio nostro scribẽdas dederit. Itaq; nihil unq̃ legi scriptũ σεστιωδέστερον. Perspici tñ ex literis Põpeii põt: nihil Cęsari negari: oĩaq;: & cumulate: quæ postulet dari: q̃ ille amẽtissimus fuerit: nisi acceperit: præsertim cũ impudẽtissime postularit: Quis. n. tu es: qui dicas: si i Hispaniã profectus erit: si præsidia dimiserit: tñ cõceditur: minus honeste nũc q dẽ: uiolata iã ab illo Rep. illatoq; bello: q̃ si olim de rõne habẽda impetrasset: & tamẽ uereor: ut his ipsis cõtẽtus sit: nã: cũ ista mãdata dedisset. L. Cæsari: debuit eẽ paulo quietior: dũ respõsa referrẽtur. Dicit aũt nũc eẽ acerrimus. Trebarius quidẽ scripsit: se ab illo. IX. Cal. Feb. rogatũ esse: ut scriberet ad me: ut essem ad urbẽ. nihil ei me gratius facere posse. Hæc uerbis pluribus intellexi ex dierũ ratione: ut primũ de discessu nostro Cæsar audisset: laborare eũ cœpisse: ne omnes abessemus. Itaq; non dubito: quin ad Pisonem: quin ad Seruiũ scripserit.

scium pretorem & .L. Cæsarem. Ad te referrent. Te cõsulerẽt. Quo loco. Prisci codices/quo loci hoc priore latinius.

Quo loci.

❡ Argumentum.

NOnnulli uolũt hoc eẽ alterius epistolæ principium: cuius in superiori argumentum explicatum est.

❡ Interpretatio.

HAEC. Scribendũ: hoc. Ire uidelicet i hispaniã. Nemo unq̃ de urbanis. Scribendũ Nemo unq̃ tantum de urbanis. quoniã Atticus Terentiã & reliquas fœminas Ciceronis abire iusserat. Iocus ꝑ cõtrariũ. nulli ꝑsidio sunt fœminæ ad impediendum natę. Iocari. Dolor bellos facit & facetos.

Scriptor luculentus. Ex eius literis apparet/ac Plutarchi aliorũque testimonio. Σεστιωδέστερον. Magis sestiane. Fuit. n. Sestius Pompeii scriptor/sed infantissimus si Pompeio comparet. Nescio an hũc Sestium Plinius intelligat ita scribens libro duodeuigesimo nat. histo. Democritus coempto oleo diues euasit. sed diuitias spreuit/contẽtus ita probasse opes sibi/cũ uellet: in facili fore. hoc Sestius postea e Romanis sapientiæ sectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occasio est. Quis. Agon ac declamatoria Ciceronis disputatio cum Cæsare: qua concludit M. Tullius/inuerecũdissima esse postulata Cæsaris. Quis tu es? Rex ne tu Cæsar aut Dictator populi Romani qui habeas dicere. Sic uolo: sic iubeo. Præsidia. Duas legiones: quarum præsidio etiã in toga Pompeius utebatur. Nunc quidem. Conceditur quod petit Cęsar. quoniam nunc armis coacti facere iubemur. Ratione. Triumpho.

Sestiodesteron.
Sestius.

Vt sit. Hæc particula uario ac multifario dicendi colore per orationem latinam serpit/& ne significat: iungiturq; in hoc significatu cum metuo/uereor/timeo. Terentius. Metuo ut substet hospes. Cæsar in commentariis. Vt

Vt pro ne.

satis commode supportari posset/timere dicebant. Cicero pro Milone. Accepi a te litteras: quibus ueteri uideris/ut Epistolas illas acceperim. Horatius. O puer ut sis Vitalis metuo. Difficile. Adesse: Romam concedere.

ἐπικτέμενος. Exponens siue seponens. Illius. Cæsaris. In duciæ. Pax seq̃stra ac tẽporaria.

¶ Argumentum.

MVLIERES & Cicerones. M. Tullius in loco tutissimo esse uoluit. in Formiano uidelicet. Ipse cum fratre Capuã ad Consules tetendit. Cæsar acerrime delectũ habet q̃uis mandata de pace. L. Cæsari dederit: cuius perdita latrocinia detestatur. De græculo Dionysio nonnulla. De nominibus Quinti cum Attico non pauca.

¶ Interpretatio.

TVRPE. Turpi scribendum uel cæci uident: Misere. Plures codices habent/misero. Quæ quidem ille. Turpe mendum. Lege. Quæ quidem si ille. Tacebit. Martialis. Ordea quæ non det tacituris accipe mulis. Si repudiarit. Subintellige/uolabit: miscebit cuncta ferro & igne. Est figura Anantapodoton/uno schemate defecta: de qua alibi multa.

Anantapodoton.

Responderem. De conditionibus/me has probare uel improbare. Anconæ. Scribendum Ancone pro Ancona. A nobis. Nomine Reipublicæ. Negotium utile. Anconam tenere. Cæsarem. Transit ad alia. Miror Cæsarem. Tamen. Nihilominus. Vinciri. Muniri: sunt qui scribunt uincire/quoniã dixit habere. Vix ullo otio. Vllo ueterno desidiæ: ulla pace defide & otiosa. idest nulla pax impetrata a Cæsare hanc posset delere notam.

Illud admiror nõ ipsum ad me scripsisse: nõ per Dolobellam: non per Coelium egisse: quãquã nõ aspernor Trebatii literas: a quo me unice diligi scio. Rescripsi ad Trebatium: nam ad ipsum Cæsarem: qui mihi nihil scripsisset: nolui: quam illud hoc tempore esset difficile: me tamen in prædiis meis esse: neq; delectum ullum: neq; negocium suscepisse. in quo quidem manebo: dum spes pacis erit. Sin bellũ geretur: non deero officio: nec dignitati meæ: pueros ἐπεκτέμενος in Græciã. Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. Tantum malum excitatũ partim ex improbis: partim ex inuidis Ciuibus. Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra respõsa respõsis intelligentur: quorsum euasura sint. Tum ad te scribam plura: si erit bellum. Sin autem etiam induciæ: te ipsum: ut spero. uidebo. Ego. IIII. Non. Feb. quo die has literas dedi in Formiano: quo Capua redieram mulieres expectabam: quibus quidem scripseram: tuis literis admonitus: ut Romæ manerent: sed audio maiorem quẽdam in urbe timorẽ esse. Capuæ Non. Feb. esse uolebam: quia Coss. iusserant. Quicquid huc erit a Pompeio allatum: statim ad te scribã: tuasq; de istis rebus literas expectabo. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVarto Non. Feb. mulieres nostræ Formias uenerunt: tuaq; erga se officia plena tui suauissimi studii attulerunt: eas ego quoad sciremus utrum turpi pace nobis: an misero bello esset utendum: in Formiano esse uolui: & una Cicerones. Ipse cum fratre Capuã ad Coss. (Nonis enim adesse iussi sumus.) Tertio Non. profectus sum: cum has literas dedi. responsa Pompeii grata populo: & probata concioni esse dicuntur. Ita putaram: quæ quidem si ille repudiarit: tacebit: si acceperit. Vtrum igitur inquies: mauis: respõderem: si quemadmodum parati essemus: scirẽ. Cassium erat hic auditum: expulsum Ancone: eãq; urbem a nobis teneri. Si bellum futurũ est: negociũ utile. Cæsarem quidem. L. Cæsare cum mãdatis de pace misso: tamen aiunt acerrime delectum habere. Loca occupare: uincire præsidiis. O perditum latronem. uix ullo ocio cõpensandam hãc Reip. turpitudinẽ. Sed stomachari desinamus. tẽpori pareamus.

In malis.Inter duo mala hoc est minus. Alterũ. Primũ:quo radices egit ac Galliam sortitus est. Ne data quidẽ occasione.Bibulo Consule:qui tũc infirmũ Cæsarẽ deturbare nitebatur:populiq; & Senatũ ad id hortabatur. Fugit.Excidit. Rogatus.Vt cũ filio remaneret. A grę cis.Perfidis/omniũ uitiorũ genitorib. quorũ ut inqt Tacitus: ingenia temporaria sunt. Si erit. Dionysius. Molestissimus.Mihi ob leuitatẽ greculã. Inuitus.Stultitia est:auctore Plauto:uenatũ ducere inuitas canes. Vt quod debet. Scribendum. Vt quod tibi debet. Ab Egnatio.

cum Pompeio in Hispaniã eamus. Hæc opto in malis: quoniam illius alterum consulatum a Repub. ne data quidem occasione: repulimus. Sed hæc hactenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere. sed ita constitui expectare responsa Cæsaris: ut si ad urbem rediremus: ibi nos expectaret: sin tardius id fieret: tum eum accerseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga. quid docto homine: & amico dignũ fuerit: cũ præsertim rogatus esset. Sed hęc nõ nimis exquiro a Græcis. Tu tamen uidebis: si erit (quod nolim) accersendus: ne sit molestissimus: inuitoq; fratre. Frater laborat: ut ibi: quod debet: ab Egnatio: soluat: nec Egnatio uolũtas deest: nec parũ locuples est: sed cũ tale tẽpus sit: ut. Q. Titinius (multũ.n.nobiscũ est) uiaticũ se neget habere: idẽq; debitoribus suis denunciarit: ut eodem fœnore uterentur: atq; hoc idem etiã. L. Ligus fecisse dicatur: nec hoc tẽpore: aut domi numos Quintus habeat: aut exigere ab Egnatio: aut uersurã usquã facere possit: miratur te non habuisse rationem huius publicæ difficultatis. Ego autem: & si illud ψευδησιόδειον (ita enim putatur) obseruo: μὴ δέδοικα præsertim in te: a quo nihil unq̃ uidi temere fieri: tamẽ ne illius querela mouebar. Hoc quicquid est: te scire uolui. Cura: ut ualeas.

Aere egnatii debitoris. Tale. Periculosum. ψευδησιόδειον. Falso adscriptum Hesiodo. Μὴ δέδοικα. Integrum est. μὴ δὲ δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Ne causam ante iudicaueris q̃ utriusque partis sermonem audiueris. Phocylidem auctorem adducit Lucianus in libello de calumnia. Aristophanes in Vespis. ἦ που σοφὸς ἦν ὅστις ἔφασκε πρὶν ἂν ἀμφοῖν ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις. Sapiens fuit is quisquis dixit: anteq̃ partẽ audieris utrãq;: ne iudica. Eadem sententia est apud Euripidem in Heraclidis. Inter gręcas sententias est hic senarius: ne quẽpiam punito: rem ni expenderis. Aliqui scribunt. μὴ δέδοικα, hoc est non timui. Nullius. Nec q dem fratris. alii codices. ne illius. Mouebat. A necessitudine ac amore nostro.

Cã nõ iudicanda ante ptẽ auditã.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NIbil habeo quod ad te scribã: qui etiã eam Epistolam: quã etam elucubratus: ad te non dedi. erat enim plena spei bonæ: quod & concionis uoluntatem audieram: & illum conditionibus usurũ putabam: præsertim suis. Ecce tibi. IIII. Non. Febr. mane: accepi literas tuas: Philotimi: Furnii: Curionis ad Furium. quibus irridet. L. Cæsaris legationem. Plane oppressi uidemur: nec quid consilii capiã: scio, nec mehercule de me laboro. de pueris quid agam: non habeo. Capuam tamen proficiscebar hęc scribens: quo facilius de Pompeii rebus cognoscerem. Vale.

Argumentum.

DESPERationis Epistola plena, Lucio Cæsare contempto, ac pacis cõditionibus spretis.

Interpretatio.

ERAM Elucubratus. Elucubraueram, ante lucem uidelicet scripseram. Concionis. Populi de pace. Putaram. Alii putabam.

Suis. Quas ipse Cæsar attulerat: & Lucio cõmiserat. Ecce. Nouum significat: improuisum: insperatum. Tibi. Parelcon. ut illud apud Plautum in comœdia Amphitryone suo sibi telo malitia abegit a foribus. Vernãt hæc parelia in latinis uocibus, ac dulcissime recinunt, ut spreto in tempore grãmatico rigore emergat suauitas incredibilis.

Elucubrari

Ecce.

Tibi.

¶ Argumentum.

BREVI scito pacẽ esse despatã. Ducis Põpeii sũma est ignauia. Consules nihili sunt: inanes: imparati. Põpeius est Luceriæ cũ cohorticulis. Cæsar ruit. Paratus est cõmori Pompeio in Italia. Extra uero Italiã cõsulit Atticũ. Cicerones cũ mulierib. in Formiano sunt.

breuiloqntẽ significat multa in pauca referentẽ. Tẽpus. Impacatũ ac turbulentũ. Bellum. Nõ pparãt bellũ/ & in spe pacis nõ uersanť. Minoris. Pretii: magis floccifaciẽdos. Illũ. Cæsarẽ. Ruere. Alibi. Cæsar uolare dicit. hoc monstrũ mira celeritate pręditũ est. Manũ cõserat. Pugnet. Qui cum. Cum quo manũ cõserat cũ relictis omnib. Põpeius fugæ se cõmiserit. Fugã. Põpeii. Intercludat. Ne in græciã trãsire possit. In Italia. Nisi Põpeius Italiã deserat. Sub intellige uolo uel possum. Καὶ συνάποθανεῖν. Etiã cõmori possum. Cõsulo. Non peto a te si Põpeius erit ĩ Italia qd agere debeã. Sin extra. Italiã Põpeius erit/ a te peto quid acturus sim. Quid ago? Quid agere debeo?

Ad manendũ. In Italia hortãtur. Amicitia Cneus. Scribe Cneii hoc est Põpeii: uel amicitię ac fidei numina & amicus Cneus singulari uirtute. Phalari. Violẽtissimũ/ optimatũ hostẽ. Pisistratũ. Ciuilẽ uirũ & amicũ nobilitatis ĩ tyrãnide/ eloqntia qua fulgebat incredibili populũ deleniuit/ ut eũ ad ultionẽ inimicorũ fictis uulneribus irritauerit. Pepcit iuueni/ auctore Maximo Valerio/ qui publice filiam osculatus esset/ dicens amantibus non esse iniuriã inferendam. sed hostib. Literas enixe fouit/ bibliothecã publicauit/ & Homerũ in partes: formãq; quam habemus digessit. Si plura de Pisistrato audire experis/ lege Trogũ lib. ii. historiarũ. Regnauit ann. xxxiii. Tempore Seruii docente Gelio. Explices. Extriches: apertas: enodes. Istic. Romæ. Carere. Consilio in rebus turbidissimis. Quãtum. Parum uel multum consilii mihi impartito. Scies. Ad te scribam. Suas nonas. Indictas: quæ uere nonæ fuerunt/ hoc est ferales. Ad has. Hodie scriptas. Cicerones. Nepotem tuum & filium meum.

Pisistratus.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

BReuiloquẽtem iam me tẽpus ipsum facit. pacem. n. desperaui. Bellum nostri nullũ administrãt. Caue. n. putes quicquã esse minoris his Coss. quorũ ego spe audiendi aliquid: & cognoscendi nostri apparatus: maximo imbri Capuã ueni prid. Non. ut eram iussus. Illi aũt nõ dum uenerãt: sed erant uẽturi: inanes: imparati. Cn. aũt Luceriæ dicebatur esse: & adire cohorteis Legionũ uicinarũ nõ firmissimarũ. At illũ ruere nunciant: & iam: iãq; adesse: nõ: ut manũ conserat (qui cũ enim?) sed: ut fugam intercludat. Ego aũt in Italia κὰι συμαποθαμεῖμ. nec te id consulo: sin extra: quid ago? ad manẽdum hyems: lictores: improuidi: & negligentes Duces. ad fugã hortatur amicitia Cne. causa bonorũ. turpitudo coniungendi cũ Tyrãno. Qui quidẽ incertũ est Phalarimne; an Pisistratũ sit imitaturus. Hæc uelim explices: & me iuues cõsilio. Etsi te ipsum istic iã carere puto: sed tñ q̃tũ poteris. Ego siqd hic hodie noui cognoro: scies. iã. n. aderũt Coss. ad suas nonas. Tuas quotidie lr̃as expectabo. Ad has autẽ: cũ poteris: rescribas. Mulieres: & Cicerones ĩ Formiano reliq. Vale.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

DE malis nostris tu prius audis: quã nos: istinc enim emanant. boni autem hinc

¶ Argumentum.

CICERO Capuã cõuolat Nonis ad cõsules: inanes rerum omniũ. nullũ delectũ/ nullos cõquisitores habere. In optimatib. deficit non modo uoluntas/ sed spes. Totus iacet Põpeius: turpissime cuncta ac timidissime agit: ignorat non modo hostiles copias/ sed suas. Consules reuocãtur ad urbem/ ut pecunias ex sanctiore ærario auferant. Picenũ iam esse amissum narrat. Cn. trans mare fugere cogitat. Consilium petit in tanta rerum omnium perturbatione.

¶ Interpretatio.

ISTINC. Ab urbe. Hinc. A partibus optimatum ac senatus omnia desperantis.

Nihil in cōsulib. Subintellige spei est. Delectū. Cōscriptionē militū. φαινοπροσωπεῖν. Facilem lętā ostēdere: apparere: prodire, ut hodie dicitur. Prouerbialiter. n. dicit. ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς, in oculis pudor. Quæ cęca sunt, pudore uacāt: ac erubescētes oculos tegūt. Causam refert Aristoteles in problematis. Conquisitores. Qui delectui pręerāt: dimissiq; fuerāt ad cōscribendos milites. Plautus in Amphitruone. Vt conquisitores singuli in subsellia eant p totā caueā: in alia tū sed noua significatione. Ille. Cæsar. Adsit. Pręuenerit aduentū nostrorū. Noster dux. Pompeius.

Phenoprosopin.
In oculis pudor.
Cōquisitores

quod expectes: nihil est. Veni Capuam ad Nonas Feb. ita ut iusserant Coss. Eo die Lentulus uenit sero: alter Cos. omnino non uenerat. VII. Iduum. Eo enim die ego Capua discessi: & mansi Calibus. Inde has literas postridie ante lucem dedi. Hæc: Capuæ dū fui: cognoui. Nihil in Coss. nullum usquā delectū: nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent: cū ille adsit: cōtra quem noster dux nusquam sit: nihil agat: nec nomina dant. deficit enim non uoluntas: sed spes. Cn. aūt noster. (O rem miseram & incredibilem) ut totus iacet. non animus est. non cōsilium. non copiæ. nō diligētia. Mitto illam fugam ab urbe turpissimā. timidissimas in oppidis conciones. ignorationem nō solum aduersarii: sed etiā suarum copiarum. Hoc cuiusmodi est? VII. Iduū Feb. Capuā. C. Cassius Tr. Pl. uenit. attulit mandata ad Coss. ut Romā uenirent: pecuniā de sanctiore ærario auferrent: statim exirent urbe relicta. redeāt: quo præsidio? deinde exeāt: quis sinat? Cos. ei rescripsit: ut prius ipse in Picenū. At illud totū erat amissum sciebat nemo præter me ex literis Dolabellæ. Mihi dubium non erat: quin ille iam: iāq; foret in Apulia. Cn. noster in naui: Ego quid agam? σκέψιν magnū: neq; mehercule mihi quidē ullum: nisi oīa esse acta turpissime. Neq; ego ullius consilii particeps. sed tamē quod me deceat: Ipse me Cæsar ad pacem hortatur. sed antiqores literæ: quā ruere cępit. Dolabella: Cœlius me illi ualde satisfacere: mira me ἀπορία torquet. Iuua me consilio: si potes: & tamen ista quantū potes: peruide. Nihil habeo tanta rerū perturbatiōe: quod scribā. Tuas literas expecto. Vale.

Nusq̄ sit. deficiat uirib. ac aio. Nec noia dāt. In militiā. Vt. Suspensim legendū. O q̄tū exat matus. Iacet. Torpet. Copiæ. Milites. Hoc cuiusmodi ē? Quid tibi uidet? Sanctiore. Secretiore, primo iā bellis ciuilibus exhausto. hos Cæsar pręuenerat. Sanctū incorruptū. Turnus lib. xii. aen. Tuq; O sanctissima coniūx Felix morte tua: unde sanctę leges: quæ pœnæ sanctione corrūpi uetātur. Eodem modo sanctius ęrariū ab antiquis dictū est: quod prorsus itactū erat, ex quo nihil promi licebat ob annuas necessitates Liuius libro. vii. secūdi punici belli. Aurū uigesimariū: quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabat: pmi placuit. Cicero in Verrem actione. v. Sic Quintilianus sanctius ęrariū uocat, unde ciuilem scientiam tem sanctissimā dixit Vlpianus. Nescio an sanctius ęrarium sit: quod Iustinianus Cimeliarchium. idest sanctius conditoriū rerū toto orbe eximiarum: appellet. Redeant? Interrogatio plena stomachi ac tristitionis in Pompeiū: qui urbem ab aduersariis teneri ignorabat. Quo præsidio? Redeāt: cum omnia teneantur ab hostib. Sinat. Exire. Ei. Pompeio.

In Picenum. Iret: ac milites cōscriberet. Ille. Cæsar. In naui. Vt in grǽciam trāsiret. σκέψιν. Consideratio. Vllum. Sub intellige, uerbum unq̄ credideris. Acta. A Pōpeio. Quod me deceat. Quæ res meæ personæ quadrat. Literæ. Quæ me ad pacem hortantur, sunt. Ruere. Vi pręcipiti ac maxima uenire. Satisfacere. Cæsari scribunt. Ἀπορία. Hæsitatio.

Sanctius ęrariū.
Cimeliarchiū qd locus iuris pitorū.
Aporia.

¶ Argumentum.

CONq̄ritur iam totam sub nutu Cæsaris esse Italiam. excludi turpissime Pompeium.

Anátapodoton.

Interpretatio.

EXCEPTVM iri puto. Excipief / fugiens arripietur. Huius aût nostri. Est Anátapodoton figura / ut illa supior. Respõsa Põpeii grata populo & probata concioni: quæ qdé & reliqua. Est schema græcũ: quod Anátapodoton dicit / Atticæ linguæ propriũ / oratio scilicet uno schemate defecta. Aristophanes in Pluto utit / hoc quoq Cicero i Bruto. hoc schema tribus modis usurpat / in principio / in medio / & fine: ut docet interps Aristophanis in Pluto. In supiori ad Atticũ exẽplo est Anátapodoton a fine. hic in medio. hac figura usus est Lucas Euãgelista. huius nostri subintelligatur: ueternũ merũ: ignoratio infinita.

Eũ. Pompeiũ: quẽ tñ amo.

Nõ quo. Nõ ut. Ad diuturnitatẽ. Si uult diuturnus i regno uiuere. Nullũ uiolentũ ppetuũ.

Adeo.

Quorũ. Malorũ: sanguinariorũ. Adeo. Significat hic ẽt / aliqñ: potius. Cicero pro Cluentio. Clamore hominum de foro / atq adeo de ciuitate esse sublatũ. In Catilina. Eorq castrorq imperatorẽ: ducẽq hostium itra mœnia / atq adeo i Senatu uidemus. Plautus in Casina. Esurio atq adeo nunc haud parũ sitio. Liuius. Nõ peterẽ / atq adeo absentẽ / ẽt creatum credidere.

Fac.

Fac. Pone casum hodie barbare dicũt. Tuto. Esse. Multi enim hortantur. Parenthesis. Nũ honeste? Traiiciã. Ipse. Tu scribe.

Argumentum.

EXERCITVM Firmũ Domitius habuit / sed amisit / q̃uis frustra reuocatus sit a Põpeio prudentissimo duce / ut confluerent: ac cõmuni cõsilio rem gererent.

Interpretatio.

EVM. Cæsarem. Idẽ. Veteres codices habent: id. Super hoc Cæsar primo cõmentario ciuilium. Re cognita Domitius ad Pompeiũ in Appuliam peritos regionũ: magno proposito præmio cum literis mittit: qui petant atque orent ut sibi subueniat. Cæsarem duobus exercitibus: & locorum angustiis facile intercludi posse: frumentoq prohiberi: quod nisi fecerit: se cohortesque amplius triginta / magnumque numerum Senatorum / atque Equitum Romanorum in periculum esse uenturum. Persequi. Epiphonema stomachanter prolatum. subintellige expedit credibile ne est?

Quid. Vt quid.

Quid. Vt quid: ad quid hodie dicunt & aliquando Cicero.

M.T.CICERO.T.P, ATTICO.S.

REdem in Italia uideo nullũ esse: qui nõ in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil: eũq nisi in nauim se cõtulerit: exceptum iri puto. O celeritatem incredibilem. Huius autẽ nostri. Sed non possum sine dolore accusare eum: de quo angor: & crucior. Tu cædem non sine causa times: non quo minus quicquã Cæsari expediat ad diuturnitatem uictoriæ: & dominationis. sed uideo: quorũ arbitrio sit acturus. Recte sic cẽseo cedendũ de oppidis iis. egeo cõsilii. quod optimũ factu uidebitur: facies. cum Philotimo loquere. atq adeo Terẽtiã habebis Idibus. Ego quid agã? qua aut terra: aut mari psequar eũ: qui ubi sit: nescio? Etsi terra quidẽ: qui possum? Mari: quo traiiciã? Igitur istic me fac posse tuto. Multi. n. hortãtur: nũ ẽt honeste. Nullo modo quidẽ a te petã cõsiliũ: ut soleo. Explicari res nõ põt: sed tñ siquid ĩ mentẽ uenit: uelim scribas. & ipse quid sis acturus. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVinto Iduũ Febr. uesperi e Philotimo literas accepi. Domitium exercitum firmum habere. Cohortes ex Piceno: Lentulo: & Thermo ducentibus: cum Domitii exercitu cõiunctas esse. Cæsarem intercludi posse: eũq id timere. bonorũ animos recreatos: Romæ improbos quasi perculsos. Hæc metuo equidem: ne sint insomnia. sed tamen. M. Lepidum. L. Torquatum. C. Cassium Tri. Ple. (Ii enim sunt nobiscum: idest in Formiano) Philotimi literæ ad uitam reuocarunt. Ego autem illa metuo: ne ueriora sint: nos omnes pene iã captos esse. Pompeiũ Italia cedere: quem quidem (O rem acerbã) persequi Cæsar dicitur. Persequi Cæsar Põpeiũ? Quid? ut interficiat? O me miserum: & non omnes nostra corpora

opponimus! In quo tu quoq; ĩgemiſcis. ſed quid faciamus! uicti: oppreſſi: capti plane ſumus. ego tamẽ Philotimi literis lectis mutaui conſiliũ de mulierib. quas: ut ſcripſerã ad te: Romã remittebam: ſed mihi uenit in mentem: multũ fore ſermonem: me iudiciũ iã de cauſa publica feciſſe: qua deſperata: quaſi hũc gradũ mei reditus eſſe: quod mulieres reuertiſſent. De me aũt ipſe tibi aſſentior: ne me dẽ incertæ: & piculoſæ fugæ: cum Reip. nihil proſim: nihil Põpeio: pro quo emori tum pie poſſum: tum libenter. Manebo igitur: etſi uiuere nõ liceat. Quod quęris: hic qd agatur: tota Capua: & omnis hic delectus iacet. deſperata res eſt: in fuga omnes ſunt: niſi quid eiuſmodi fuerit: ut Põpeius iſtas Domitii copias cũ ſuis cõiungat. Sed uidebamur oĩa biduo triduo ue ſcituri. L. Cęſaris literarũ exemplũ tibi miſi. rogaras. n. cui nos ualde ſatiſfacere multi ad me ſcripſerũt. Quod patior facile: dũ: ut adhùc: nihil faciã turpiter. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PHilotimi literæ me quidẽ nõ nimis: ſed eos: qui in his locis erant: admodũ delectarunt. Ecce poſtridie Caſſii literæ Capua a Lucretio familiari eius: Nigidiũ a Domitio Capuã ueniſſe: eũ dicere: Vibulliũ cũ paucis militib. e Piceno currere ad Cn. cõfeſtim inſequi Cęſarẽ. Domitiũ nõ habere militũ uim. Idẽ ſcripſit Cos. capua diſceſſiſſe. Nõ dubito qn Cn. ĩ fuga ſit. modo effugiat. A cõſilio fugiẽdi: ut tu cẽſes: abſũ. (Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm dediſſem ad te literas triſteis: & me tuo ne ueras de Lucretii ad Caſſiũ lr̃is Capuã miſſis: Cephalio uenit ad nos. attulit etiã a te literas hilariores: nec tamẽ firmas: ut ſoles. Omnia facilius credere poſſum: quam quod ſcribis: Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert: oĩaq; quæ nolim. Rem miſerã. malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam: niſi illud! eum neſciſſe. neq; enim erat

Opponimus. Pro ſalute uiri maximi. Sed mihi. Pro quin: certe, more grecorũ: apud quos ἀλλὰ eſt aliqñ principiũ dialogi Luciani Samoſatæ. Iudicium: Prẹiudiciũ, ꝓiudiſſe cladẽ publicã. De cã publica. De bello iſto & optimatib. de Senatu. Dicit ſe nõ remiſurũ mulieres ut deſtinauerat: ne ꝓiudiciũ de cã publica feciſſe uideaẽ. Qua. Cã publica. Eſſe. Credũt hoies. Gradũ. Introitũ: argumẽtũ: procedẽdi tenorẽ. Reditus mei. Quod ego reuerti uolo cã publica deſpata. Quod. Qm̃. Cũ pie. Partim pie. Pietas nõ deſperatio uel crudelitas eſſet oppetere pro amico. Manebo. In Italia. Et ſi uiuere nõ licet. Quoniã acerbitas dolorũ me torq̃t. Priſci codices habent. Et ſi triſte ſit uiuere. Iacet. Friget. Niſi quid eius fuerit. Niſi aliqd tale ſuccedit hodie dicit. nõnulli ſcribũt. Niſi qs deus iuuerit. L. Cęſaris. Alii codices. C. Cæſaris. Cui. Cæſari. Quod facile patior. Satiſfacere Cæſari gere uiuẽdo ac bñ operãdo. Vt adhuc. Eſt a me factũ.

¶ Argumentum.

LITERAE a Philotimo optimã ſpẽ attulerũt, Caſſianæ peſſimã. Vibulliũ uidelicet Cęſarẽ ꝑſeq̃ntẽ fugere. Domitius uim militũ nõ hẽt. Cn. ẽ ĩ fuga. Cice. fugere recuſat.

¶ Interpretatio.

NON Nimis. Delectarunt. Caſſi. Qui tunc erat in partibus Cæſaris: cui ſcribebaẽ a Lucretio. Caſſius audit a Lucretio, Lucretius a Nigidio. Eũ. Nigidiũ. Currere. Fugere. Vim. Magnũ numerũ uel uires militũ tãq̃ cohortes Domitii eẽnt ex tyrõib. Idẽ. Caſſius. Modo. Dũmõ, utinã.

¶ Argumentum.

HILARIS Attici ac leta nũtiãtibus literis nõ credit Cicero, dicẽs cũ Ouidio, Perſtat. n. fortuna tenax: noſtriſq; maligniũ Opponit uotis inſidioſa pedem.

¶ Interpretatio.

AD NOS. Vetuſti codices a uobis. Nolim. Affertur. Malas. Iniuſtas cãs Põpeius. In optima. Dũ fouet optimates. Eũ. Põpeiũ. Sciſſe. Huc iſta eruptura, ſed uoluit

apire uiam satis/ut solus oppresso Cæsare regnaret. Difficilis. Sciebat Pompeius & nesciebat. Sciebar Cæsarem moliturum noua. sed prouidere nesciebat.

¶ Argumentum.

DICIT se nasci quotidie pluries:& pluries quotidie mori:imitari herbã plautinã solstitialẽ.

¶ Interpretatio.

EXORIOR. Spiritũ recipio rebus secũdis auditis. Romæ. Scribe:Roma. Picẽtũ. Quæ Vibullius trahebat a Spinthere. Cæsaris uiterdicta. Prohibitiones ut oẽs sibi caueãt. Si te. Quicũq; fugam explicas. Secũdo lumine. Dic. Beroaldus/limine legit. Hic. In fuga. Offẽdero. Reperero. Respuũtur. Negligunt. oia spei plena. Integrũ. Neutralem hodie uócãt. Ad turpẽ. Cæsarianã. Rectius fuit. Cum Catilinianos oppressi. Fraudẽ: Damnum. Liuius libro. iii. Plebs sciuit/ne cui fraudi esset seccessio.

Integer.

Fraus.

Plane eum qn noster. Scribe. Plane eum cum noster/de altero cõsulatu referret & triumpho. At quibus uerbis? Subintelligetetulit. Gestis amplissimis inimicũ. Irridet Pompeiũ qui hostẽ armatũ cũ quo postea pugnaret & uinceret. Noluerã. Ornarũ a Põpeio & instructũ:& sua uirtute uictorẽ. Partes. Officia mea. Desiderabũtur. A Põpeio & a Repu. Et ego. An hyematurus illic sim. Quid. Quicquid uel si quid. Fœdissimũ. Pernefarium. Parthicus. Nisi parthi irrumpant in imperium Romanum/& necessaria pax timore hostium sequatur:quos parthos scis esse in armis. Si Pompeius mittatur in Parthos:res componi poterit. Immo si bellum ostenretur/& statim sepeliat/ut de Parthis cõtigit/qui bellũ minati sunt/mox euanuerunt. Idem Cicero libro octauo harum Epistolarũ. Vtinã aliquid simile parthicis rebus faciat Cæsaris per Appuliam transitus. Mallo tamen legere panicus/hoc est repentina consternatio incerto auctore:cuius pan creditur esse semper impulsor. De quibus panicis terroribus nos latissime in nostris commentariis in Flaccum.

difficile hoc nescisse. Erat.n.ars difficilis recte Rẽp. regere: Sed iam:iãq; omnia sciemus:& scribemus ad te statim. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NVnc uenit idem usu mihi: quod tu tibi scribis:quoties exorior.ego.n.nũc paulum exorior:& maxime quidẽ his literis:quæ Roma afferũtur: de Domitio: de Picenũ cohortibus.oĩa erãt facta hoc biduo lætiora.Itaq; fuga:quæ parabatur repressa est. Cæsaris interdicta. Si te secũdo lumine hic offendero:respuẽtur. Bona de Domitio:præclara de Afranio fama ẽ. Quod me amicissime admones: ut me integrum: quoad possim: seruem: gratum est. Quod addis: ne propẽsior ad turpem causam uidear: certe uideri nõ possum. Ego me Ducẽ in ciuili bello: quoad de pace ageretur: nolui esse: nõ quin rectũ esset: sed quia: quod multo rectius fuit: id mihi fraudem tulit. Plane eum cũ noster de altero cõsulatu referret: & triũpho: at quibus uerbis! prorsus gestis amplissimis: inimicũ habere noluerã. Ego scio & quem metuam: & quã ob rem. Sin erit bellũ: ut uideo fore: partes meæ non desiderabuntur. De HS.XX. millibus Terẽtia tibi rescripsit. Dionysio dum existimabã uagos nos fore: nolui molestus esse. Tibi aũt crebro ad me scribẽti de eius officio: nihil rescripsi: quod diem ex die expectabam: ut statuerem: quid esset faciẽdũ. Nũc: ut uideo: pueri certe in Formiano uidentur hyematuri: num & ego! nescio. Si enim erit bellũ: cum Põpeio esse cõstitui. quod habebo certi: faciã: ut scias. Ego bellum fœdissimum futurum puto: nisi qui (ut tu scis) parthicus casus extiterit. Vale.

¶ FINIS LIBRI. VII.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER OCTAVVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVM Ad te literas dedissem: redditę mihi literæ sunt a Pompeio. Cętera de rebus i Piceno gestis: quę ad te Vibullius scripsisset de delectu Domitii: quę sunt uobis nota: nec tam læta erant in his Literis: quas ad me Philotimus scripserat. Ipsam tibi Epistolam misissem: sed iã subito fratris puer proficiscebatur. cras igitur mittam. Sed in ea Põpeii Epistola erat in extremo ipsius manu. Tu censeo Luceriam uenias. nusquam eris tutius. Id ego in eam partem accepi. Hæc oppida: atq; oram maritimã illũ pro derelicto habere. nec sum miratus eum: qui caput ipsum reliquisset: reliquis membris non parcere. Ei statim rescripsi: hominẽq; certũ misi de comitibus meis: non me quærere: ubi tutissime essem: si me uellet sua: aut Reipub. causa Lucenã uenire: statim esse uẽturum. hortatusq; sum: ut oram maritimam retineret: si rem frumentariam sibi ex Prouinciis suppeditari uellet. Hæc me frustra scribere uidebam: sed uti in urbe retinenda tunc: sic nunc in Italia nõ relinquenda testificabar sententiam meam. Sic enim parari uideo: ut Luceriam omnes copiæ contrahantur. Et ne is quidem locus stabilis: sed ex eo: ipsi si urgeamur: paretur fuga. Quo minus mirere: si inuitus in eã causam descendo: in qua neq; pacis: neq; uictoriæ ratio quæsita sit unquã: sed semper flagitiosæ: & calamitosæ fugæ: Eũdum: ut quęcũq; fors tulerit casum: subeã potius cũ iis: qui dicũtur esse boni: q̃ uidear a bonis dissentire. Etsi propediem uideo bonorũ: idest lautorũ: & locuplerũ urbẽ refertã fore: municipiis uero his relictis: refertissimã: quo ego in numero essem: si hos Lictores molestissimos nõ haberẽ. Nec me. A. Lepidi: Luceii: Volcatii: Ser. Sulpicii comitũ pęnitet: quorũ nemo nec stultior est: q̃. L. Domitius: nec inconstantior: quã Ap. Claudius. Vnus Pompeius me mouet beneficio: non authoritate. quã enim ille

EXPLANATIO.VIII. Epistolarũ Ad Atticũ Pio Bononiẽsi interpręte.

Argumentũ.

A POMPEIO se scribit euocatũ Luceriã: quo ire neglexit: eũq; hortatus est ne hanc oram contemneret: ut res frumẽtaria sibi ex ipso uiso suppeditaret. Tandem ad Pompeium tempestiue transiturum se affirmat.

Interpretatio.

CAETERA. Vetusti codices certa/subintellige erãt in literis Pompeii. Ad se. Põpeiũ. De delectu. Militib. scribendis. Scriptũ erat in literis Pompeii. Sed iã. Lege. Sed tã. Puer. Stator: cur sor. Subintellige ut dare nõ possem. Ipsius. Pompeii. Tu. O Cicero. Illũ. Pompeiũ. Pro derelicto. Pro possessis ab hoste. Eũ. Põpeiũ. Caput. Vrbẽ Romã. Reliqs mẽbris. Ciuitatib. Ei. Põpeio. Certũ. Ob hoc solũ negotiũ. Non q̃rere. Prisci codices/ me non quærere. Nõ relinq̃nda. Quod relinq̃re non debebat. Sic parari. Hæc uia a Põpeio muniri. Is locus. Luceria. Sed. Luceriã hoc aio copias contrahit. Ipsi. Iũge cũ paretur. A b ipso Pompeio paret fuga. Si urgeamur. Nos optimates: qui cũ populo militamus. In eam causam. Ad sequendũ Pompeiũ. Flagitiosæ. Turpis: inhonestæ. Eundũ. Erit. Boni. Optimates. Bonorũ. Consuetudine uernacula: uulgatioq; bonos interp̃tamur diuites. Refertam. Conuocato a Cæsare Senatu. Refertissimã. Ciuibus Romanis: qui hæc municipia relinquent. Quorum nemo. Horum nemo non sequendo Pompeium stultus appellatur quod fecit. L. Domitius/nec incõstãter haberet deserẽdo Põpeiũ quod fecit Appius. Bñficio. Ope priuata: qua me adiuuit.

Boni.

Habeat. Habere debeat. O/mnes. Nos. Eadem causa. Si somnũ capere non potes. Re/munerere. Impartiare prægnan/tes ac ponderosas.

Argumentum.

ATTICO non placuit Ciceronem ad Cæsarẽ scripsisse / respõdet. M. Tullius se nõ scripsisse / sed rescri psisse cũ magna laude Põpeii.

Interpretatio.

DILIGENTIA. Prudẽtia: quæ nõ negligit fa/mã ac honorẽ amicitiã. Breuis. Breues illas unas cam panas. Sententia. Sentẽtia & conclusio illarũ literarũ erat simi lis literis meis: qbus hortabat eũ ad concordiã cum Pompeio. Po liticos loqbantur. Eas si quo il le misit. Verba sunt exempla At tici / supple periculum imminetet O Cicero. In publico ponat uelim. Verba Ciceronis respõdẽ/tia superiori semiclausulæ. Al/teras. Literas ad Cæsarem dedi. Quo. Die. Ad te. Subintel lige dedi. Ipse. Cæsar. Earũ. Mearum ad Cæsarem. Si qua erunt. Repñdenda. Effugere. Detractores: qui inocentissimos allatrant. Inquies. Hoc pacto linguas effugere poteris. Fin/gere. Fucate ueritatem atq; puer tere. Facturũ. Ne heroica facta mea turpiter uiuendo decolorẽ. Scriptorũ. Præsertim de Rep. Ne sibi turpiter oratio dissentiat: si uixerimus aliter atq; loqmur. Atq; q̃. Amico. Pompeio. Vicẽ. Casum. Inuitis. Quo niam nolunt ministri consulũ ac Pompeii. Cogeris sequi bonos: quoniam proclamatũ est / ut qui neutrarum partium esse uelit / cõ sules ue sequi rebellis ac hostis. Quisquam. Excogitari potest? Quotãnis. Propter febrem Cã panam / de qua Satyrus. Prouida Pompeio dederat Campania fe/bres Optandas. Euocati. Ab homine profugo.

habeat authoritatem in hac causa: qui cũ omnes Cæsarem metuebamus: ipse eum diligebat? Postquã ue ro ipse meruere cœpit: putat oẽs hostes illi oportere esse. Ibimus tamen Luceriã: nec eũ fortasse delecta bit noster aduẽtus: dissimulare. n. nõ potero mihi: q̃ adhuc acta sunt: displicere. Ego / si somnũ cape pos sem: tã longis te Epistolis nõ obtũderem. Tu: si tibi eadem causa est: me remunerere sane uelim. Vale.

M.T. CICERO. T.P. ATTICO. S.

MIhi uero omnia grata: & quod scripsisti ad me: quæ audieras: & quod non cre dis ea: quæ digna diligentia mea non eẽnt: & quod monuisti: quod sẽtiebas. Ego ad Cæsarem unas Capua literas dedi: quibus ad ea rescripsi: quæ mecũ ille de gladiatoribus suis egerat: breueis: sed beneuolentiã significantes: non modo sine contumelia: sed etiam cũ maxima laude Pompeii. Idem enim illa sententia postulabat: qua illum ad cõcordiam hortabar: Eas si quo ille misit: ĩ publico proponat uelim. Alteras eodẽ die dedi: quo has ad te nõ potui non dare: cum & ipse ad me scri psisset: & Balbus. Earũ exemplũ ad te misi. nihil ar bitror fore: quod reprehendas. si qua erunt doce me. Quomodo. n. effugere possum? nihil inquies omni/no scripseris: quo magis effugias eos: qui uolent fin gere. Verũtamen ita faciã: quoad fieri potent. nam quod me hortaris ad memoriã factorũ: dictorum: scriptorum etiam meorum: facis amice tu quidem: mihiq; gratissimum: sed mihi uideris aliud tu hone/stum: meq; dignum in hac causa iudicare: atq; ego existimem. mihi enim nihil ulla in gente nũquã ab ullo authore Reipu. ac Duce turpius esse uidetur fa ctum: quam a nostro amico factum est. cuius ego ui cem doleo: qui urbem reliquit: id est patriã / pro qua: & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi uide ris: hæc quanta sit clades. es. n. etiã nunc domi tuæ: sed inuitis perditissimis hominibus esse diutius nõ potes. Hoc miserius? hoc turpius quicquam? Vaga mur egentes cũ cõiugibus: & liberis. In unius homi nis quotannis periculose ægrotantis anima: positas omneis nostras spes habemus. nõ expulsi: sed euo cati e patria: quã nõ seruãdam ad reditũ nostrũ: sed diripiendam: & inflãmandam reliquimus. Ita multi

Nobiscũ sunt. In fuga. Et si sunt. Scribe. Et si nũc sunt. Si sunt aliqui nũc in suburbanis & in hortis. Non erũt. Paulopost. Ne Capuæ qdem. Erimus: quæ ciuitas auctore alibi Cicerone: locũ implo pſtare potuit: ob naturales opes ac dotes. Luceriæ. Erimus. Expectauimus. Frustra. Alii codices habẽt expectabimus. Hic. Nũc. In me. Vt ex professo pugnẽ cõtra Cæsarẽ, & sequar bonos. Nihil. Loquamur de aliis: nõ de nobis. Viderint. De me. Hic quidẽ. Scribendũ hoc: qd sibi uult hic sermo. Boni. Cũ quisq; bonus sit domi suæ: & bellũ fugiat: hortantur tñ me ad arripiendã cũ Pompeio fugã. Quis tũ. Ante bellũ cũ de belli cõditionib. agebatur, ostendebãt oẽs: ac se proferebant. Quis nunc. Cũ re ac aio pſenti est opus. Aiaduertito. Cõsiderato. Illũ locũ. Illã ptẽ.

nobiscum sunt non in suburbanis: non in hortis: nõ in ipsa urbe. Et si nũc sunt: nõ erunt. Nos interea ne Capuæ quidem: sed Luceriæ: & oram quidem maritimam iam relinquemus. Afranium expectabimus: & Petreium. nam in Labieno parum est dignitatis. Hic tu in me illud desideras. nihil de me dico: alii uiderint. Hic quidem quid est? domi uestræ estis: & eritis oẽs boni. Quis tũ se mihi nõ ostendit? quis nunc adest hoc bello? sic iam. n. appellandum est. Vibullii res gestæ sunt adhuc maximę. id ex Pompeii literis cognosces: in quibus animaduertito illum locũ: ubi erit ipse. Videbis: de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet. Quo igitur hæc spectat oratio? Ego pro Pompeio libẽter emori possum: facio pluris omniũ hominũ neminem. sed non tamen ita meo iudicio: spem de salute Reipu. Significas. n. aliquãto secus: q̃ solebas: ut etiam Italia si ille cedat: putes cedẽdũ. quod ego nec Reip. puto esse utile: nec liberis meis. Præterea neq; rectum: neq; honestum. Sed cur? poteris ne uidere tyrãnum? quasi ĩtersit: audiã: an uideã: aut locupletior mihi sit quærẽdus author: q̃ Socrates: qui cum triginta tyrãni essent: pedem porta non extulit. Est mihi præterea præcipua cã manendi: de qua utinã aliquando tecũ loquar. Ego. XIIII. Cal. cum eadem lucerna hãc Epistolã scripsissem: qua in flãmaram tuam: Frmiis ad Pompeiũ: si de pace ageretur: profecturus: eram: si de bello uidero. Vale.

Vbi erit ipse. Supbe & arrogãter dictũ. Scribere debuit ueni Cicero ubi Cõsules erũt, scripsit, Pompeius erit: uel ex uerbis Põpeii aiaduertes ubi erit ipe Cęsar. q̃ ppe nos. Vibulius. Qui Põpeiũ in his literis nõ uideẽ maximũ ducẽ significare. Spem habeo in eo tantã q̃rũ amorẽ. Secus. Aliter. qm Atticus ut infra uidebis, semp dixit in Italia Ciceroni non cedendũ. Locupletior. Grauior. Triginta Tyrãni. De qbus paulopost diceẽ. Porta. Domestica. Non extulit. Ne tyranno ut portento occurreret, adeo illi res iuisa Tyrãnis fuerat. Præcipua. Peculiaris & domestica. Lucerna. Lucubratoria. Inflãmarã. Exuseram ne forte qd emanaret. De rebus erat scripta grauissimis. Formiis profectus. Discesserã Formiis ad Pompeiũ iturus. Profectus. Deest uerbũ eam. De bello. Si ageẽ. Quid erit. Prisci codices hñt uidero. diligentius considerabo. Alii quid pro aliqd interptanẽ. i. aliqd erit: ut quis pro aliquis sępe a Cicerone & aliis ponitur.

Socratis exemplum.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MAximis: & miserrimis rebus perturbatus sum. coram tecum mihi potestas deliberandi nõ est: sed uti tamen tuo consilio uolui. Deliberatio autem omnis hæc est. Si Pompeius Italia excedat: quod eum facturum esse suspicor: quid mihi agendum putes: & quo facilius consilium dare possis: quid in utranq; partem mihi in mentem ueniat: explicabo breui.

¶ Argumentum.

DELIBerat cum Attico uiro sapiẽtissimo ac prudẽtissimo: si Põpeiũ Italia decedẽtẽ seq nec ne oporteat. ordo. ptturbatus sum, cũ mihi de liberãdi pt́as corã te nõ datur de maximis & miserrimis rebus.

¶ Interpretatio.

VTI. AD Cęsarẽ tãquã ad turpẽ cãm nõ iclinare. Deliberatio. De cõsilio capessendo cõsultatio: q̃ pẽdet adhuc: ac sub icude formaẽ. In utrãq; ptẽ. Cedendũ mihi sit

Deliberatio.

Cum merita Pompeii sũma erga salutem meam: familiaritasq̧: quæ mihi cũ eo est: tum ipsa Reip. causa me adducit: ut mihi uel consiliũ meum cum illius consilio: uel fortuna cõiungenda esse uideatur. Accedit illud: si maneo: & illum comitatum optimorũ: & clarissimorũ ciuium desero: cadẽdum est in unius potestatem: qui/& si multis rebus significat se nobis esse amicũ: & ut esset: a me est (tute scis) propter suspitionem huius impendentis tẽpestatis multo ante prouisum: tamen utrũq̧ considerandũ est: & quãta ei fides sit habenda. & si maxime exploratũ sit: eum nobis amicũ fore: sit ne uiri fortis: & boni ciuis esse in ea urbe: in qua: cũ summis honoribus: imperiisq̧ usus sit: res maximas gesserit: sacerdotio sit amplissimo præditus: non futurus sit sui iuris: subeundũq̧ periculum sit cum aliquo forte dedecore: siquando Pompeius Rẽpub. recuperauerit. In hac parte hæc sunt. Vide nunc: quæ sunt in altera. Nihil actum est a Pompeio nostro sapienter: nihil fortiter. adde etiã nihil: nisi contra consilium: authoritatemq̧ meam. Omitto illa uetera: quod istum in Rẽpub. ille aluit: auxit: armauit ille legib. Cecilii Metelli cõtra auspicia ferendis author. ille Galliæ ulterioris adiunctor: ille Gener. ille in adoptando. P. Clodio augur. ille restituendi mei: quam retinendi studiosior. ille Prouinciæ propagator. ille absentis ĩ omnibus adiutor. Idem etiam tertio consulatu: postquã esse defensor Reip. cępit: cõtẽdit: ut decẽ Tr. Pl. ferrẽt: ut absentis ratio haberet̃. quod idẽ ipse sanxit lege quadã sua: Marcoq̧ Marcello Cos. finiẽti Prouincias Gallias Cal. Martii restitit. Sed ut hęc omittã: quid fœdius? quid perturbatius hoc ab urbe discessu? siue potius turpissima fuga? Quæ conditio non accipienda fuit potius: q̃ relinquẽda patria? Malæ conditiones erãt: fateor: sed nũquid hoc peius? At recuperabit Rẽpu.

Italia nec ne. Cũ. Partim. Causas adducit quare Italia cedẽtẽ Põpeiũ seq debet. Cadẽdum. Præcipitãter ac misere ueniẽdũ. Si maneo. In Italia subsisto. Vnius. Cæsaris: q nũc Italia potitur. Tempestatis. Belli ciuilis: quod Cicero altius ut e specula puidit. Ei. Cæsari. Adhibẽda. Quoniã Tyrãnus amorem necessitate ac utilitate metit̃. Alii codices/habenda seruant.

Et si. Quãuis nobis exploratũ & compertũ sit de amore Cæsaris / de quo merito ut Tyrãnico dubitari potest & debet. Eũ. Cæsarem. Sit ne uiri. Cõsiderandũ est nũqd ptineat ad uirũ fortem qualẽ me populus iactat/ab añacta uita discedere. Vsus sit. Vir ille fortis ac bonus ciuis qualis ego sum. Sacerdotio. Auguratu. Erat. n. augur Cicero.

Sui iuris. Sed Cæsariana ĩ Tyrãnide. Istũ. Cæsarẽ. Ille. Põpeius. quãdo iratus optimatibus quod nolebant decreta Pompeii cõfirmare. Auxit. Consulatu.

Armauit. Procõsulatu gallicano cũ renouatione quinq̃nnii.

Cecilius Metellus.

Serui mei. Scribendũ. Cecilii Metelli. Suetonius in Cæsare dictatore. Cęterũ Cecilio Metello Tribuno plebis turbulẽtissimas leges aduersus collegarũ intercessionẽ ferenti/auctorẽ propugnatorẽq̧ se ptinacissime pstitit: donec ambo administratiõe Reip. decreto patrũ sũmouerentur.

Adiũctor. Citeriori. Ille. Põpeius gener Iulii Cæsaris ducta ĩ matrimoniũ Iulia Cæsaris filia: q̃ mox abortu periit. Optando. Adoptando inimico meo/unde Cicero in fortunis omnibus grauissimã aleã subiit. Augur. Pro augure/ut auspicato arrogatio teneret. Clodius a. C. Herẽnio fuit adoptatus. Retinẽdi. In urbe. malũ dedit Ciceroni Põpeius: ut pstare beneficiũ posset. Ille. Põpeius. Prouiciæ. Galliæ. Propagator. Prorogator in alterum quinq̃nniũ. Tertio consulatu. Suo/Põpeiano uidelicet. Absentis. Cæsaris. Ratio. De petendo consulatu. Sanxit. In ęs icidit. Quadam. Peculiari. Cũ enim auctore Tranqllo modum procõsulib. Põpeius imposuisset: nec Cæsare quidem legibus exẽpto: lege iam in ęs incisa/addidit præter Cæsarem. Finienti. Limitãti tempus ne diutius Cæsar esset in Gallia/cæteriq̧ magistratus prouinciales / Marcellum Pompeius impediuit/ac Cæsarem in Gallia confirmauit: unde fons ac fomes mali. Malæ conditiones. Quæ offerebantur a Cæsare utpote uictore nobis uictis. Hoc. Fuga. Recuperabit. Per hypophoram & antipophoram / interrogationem uidelicet ac responsionem ista dicuntur. Rempub. Pompeius armis.

Quādo.Cicero Attico respondet. Ad eā spem.Vt recuperare possit Rēpu.Pōpeius. Est parari.Viriū psentiū. Publica.Sanctiore ęrario Cæsari relicto sup qua re extant luculenti apud ardentē poetā uersus. Priuata:Cū urbs Roma ac Romani oēs a Pōpeio fugiente destituti sint in manu Cæsaris. Aduersario.Cęsari. Causa.Color iuris. Sedes.Pręsidiū. Delecta.a Pōpeio. Inanissima.Vacua/pastoritia. Impetu.Cōlectu telorū/cū necesse sit in ppinqs locis eē ad Cęsarianos ipetus retūdēdos:Pōpeius i deserta refugiet. Opportunitas.Loca portuosa.Pōpeio exploratū erat eū fore uicto rē:q dñs maris fuisset:itcluderetq studebat cōmeatus. Quęri.A Pōpeio. Desparatiōe.Absentiū uiriū. Cępi.Elegi. Capuā.Episcopiū cāpanię. Munus.Prefecturā. Sine cā.Nulla utilitate: sine necessitate uel effectu. Nullus.Dolor. Nemo q uicē ordinis senatorii doleret. Dolor.Sympathia Pōpeii ruētis.Oderūt oēs uetemū urbis. Esset.In qua cēt.

Quādo?aut quid ad eam spem est parati? Non ager Picenus amissus?nō patefactū iter ad urbem?nō pecunia omnis & publica: & priuata aduersario tradita? Deniq nulla causa:nullæ uires:nulla sedes: quo concurrant?qui Rēpu.defensam uelint? Appulia delecta est inanissima pars Italiæ: & ab impetu huius belli remotissima.fuga:& maritima opportunitas uisa quæri desperatione. Inuite cœpi Capuā: nō quo munus illud defugerem: sed sine causa: in qua nullus esset ordinū:nullus apertus priuatorū dolor. bonorum aūt erat aliquis: sed hebes: ut solet: & ut ipse sensissem: multitudo:& infimus quisq propēsus in alterā partē. Multi mutationis rerū cupidi. Dixi ipsi me nihil suscepturū sine præsidio: & sine pecunia. Itaq habui nihil oīno negocii: quod ab initio uidi: nihil quæri præter fugā:eā si nūc sequor:quo nam? cū illo nō:ad quē cū essem profectus cognoui i his locis esse Cæsarem: ut tuto Luceriā uenire non possem. Infero mari nobis incerto cursu: hyeme maxima nauigandum est. Age iam cum fratre:an sine?cū filio?an quomodo? In utraq enim re summa difficultas erit summus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos absentes: fortunasq nostras? acrior: quam in cæterorum. quod putabit fortasse in nobis uiolandis aliquid se habere populare. Age iam has compedes:fasces inquā hos laureatos. hæc ferre ex Italia q̄ molestū est? Qui autem locus erit nobis tutus: ut iam placatis utamur fluctibus: ante q̄ ad illū uenerimus? Qua autem: aut quo: nihil scimus. At si restitero: & fuerit nobis in hac parte locus: idem fecero: quod in Cinnę dominatione: & Marii Tyrānide

Aliqs.Capuę. Hebes.Integrū se ad utrasq cōseruans ptes: nō acutus aut promptus ad ptes pōpeianas.nos tepidū uocamus. Vt solet. Esse quis uit bonus. Sensissem.Scribendū:sensi rē: ut ego acute itrospexi. Alterā.Cæsaris. Iuxta illud Papinianū. Et q mos populis uēturus amaf. Pręsidio.militib. Susceptu/rū. Munus publicū obeūdum. Habuit.Legendū habui. Vidi.Me nō habiturū Pōpeio fugā parāte. Eā.Scribaf eū:Pōpeiū uidelicet. Quo nā.Sequar. Cū illo?Fugiā nec?Rñdet/nō/scilicet fugiā/qm nō pōt/nec decet. Alii codices hñt.Cū illo num? subintellige fugiendū est? Infero.Tusco.Superū ē hadriaticū. Age. Dic. Cū fratre.Ite ne debeo? Illius.Cæsaris. In cæterorū. Fortunas. In nobis.Senatoribus ac optimatibus. Populare. Acceptū populo:qui ab ineunte ęuo semp nobilitatē odit. Cōpedes.Honera:instrumēta triumphi/quæ Ciceronem a fortissimo consilio retardabant.sed tandem retinere non potuerunt. Ferre.Transportare. Vtamur.Dato posito quod utamur nauigatione secūda. Locus tutus.Portus non infestus. Qua.Via soluemus ad Pompeium? Quo.Quoniam Pompeius modo hic/modo alibi est. Sciemus.Cum erimus in articulo nauigandi. Scimus habent uetusti codices. Restitero.In Italia mansero. Locus.Accessus.Admittar.elegerimus hanc partem seruare nos integros. In Cinnæ dānatione.Legendum:in Cinnæ dominatione & Marii Tyrannide Philippus.C.Corn.Cinna cum turbulētas leges in tribunatu ferret/pulsus ē armis ab Octauio collega/abrogato iperio pfugit ab urbe:in quā mox a ruinis Carthaginis mēdicāte Mario accersito/bellū nefariū focis ac patriæ intulit:receptusq itra urbē/cūcta cædibus impleuit.Octauiū Consulem.M.Antoniū oratorem.L.Cæsarem & Crassum trucidauit.

Hebes.

Inferum. Superū mare.

De Cina & Octauio.

Philippus : quod . L. Flaccus : quod . Qu. Mutius: quoquomodo ea res huic quidem cecidit: qui tamē ita dicere solebat: se id fere uidere: quod factum est: sed hoc malle: quam armatū ad patriæ mœnia accedere. Aliter Thrasibulus : & fortasse melius : sed est certa quædā illa Mutii ratio: atq; sententia. est etiam illa Philippi. Et cū sit necesse seruire tempori: & non amittere tempus: cū sit durū. sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. Sit. n. nobis amicus: quod incertū est: sed sit, deferet triūphum: nō accipere ne periculosum sit? an accipere inuidiosum ad bonos? O rem inquis difficilē: & iexplicabilem. Atqui explicāda est. Qui. n. fieri potest? ac ne me existimaris ad manendū esse propēsiorem : quod plura in ea parte uerba fecerim : potest fieri : quod fit in multis quæstionibus : ut res uerbosior hæc fuerit: illa uberior. Quamobrem ut maxima de re æquo animo deliberanti: ita mihi des cōsiliū uelim. Nauis & in Caieta est parata nobis : & Brundusii. Sed ecce nuntii scribente me hæc ipsa noctu in Calleno: ecce literæ: Cæsarem ad Corfinium : Domitium Corfinii cum

Philippus. Philippus. Orator acerrimus: qui cū Flacco ac Mutio Scæuola dicere solebat se cernere ultorē Cinæ cædem bonorū, tū Cinam recipiendū: ne resistendo uel fugiendo psentes impetus cū armis ueniendū esset ad oppugnandā, ut Cinæ resisterent: patriā. Quoquomodo. Vel bono uel malo. Ea res. Materia ciuilis. Huic. Philippo. Cecidit. Casu euenit. Philippi opinio tandē habuit aliquē exitū qualēcūq;. Restitit tū in urbe quomodocūq;: Nos adhuc iopes cōsilii pēdemus: nec certe uiui: nec certe mortui. Fere uidere. Quasi pſagire. Id. Crudelitatē Cinanā si intromitteretur. Sed malle. Scribatur. Sed hoc malle: intromittere uidelicet Cinā, & si casum qualē qualē uel acerbū timeat. Armatū. Philippū: Mutiū: & Flaccum. Mœnia. Oppugnāda ut Cina excluderet. Thrasibulus. Hic Atheniēsis exul cōparato exercitu triginta Tyrānorū dominationē Athenis sustulit, iuuante Lysandro Lacedæmoniorū duce: exulesq; reduxit. insup plebiscito tulit: quā [illegible] uocant: qua iniuriarū memoria deleret, exulib. iureiurādo adactis: cuius Valerius: & Cicero Philippica prima ita meminit. Quantū in me fuit ieci fundamenta pacis: atheniensiūq; renouaui uetus exemplū, græcū etiā uerbū usurpaui, quod tū in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas illa. Melius. Qui ad optimū opus ad patriæ mœnia ruit armatus. Certe. Tū cū Philippo sic sensit Mutius Scæuola: potius ciues armatos intromittendos, q̄ cū armis ad patriā oppugnandā ruere. Sūt q legūt certa. Est tū firma & unica illa Mutii sentētia, nūc barbare dicimus aliqualis. Est etiā. Certa. Et nō amittere. Subintellige certū est. Tēpus. Opportunitatē. In hoc ipso In Arpinēda occasione fugæ. Iidem fasces. Procōsulares, cū lictoribus laureatis. Molestiā. Turba: ut fertur: turbulēta est. Sit enim. Si maneo in Italia, Romā cōmeandū erit iubente Cæsare, fac eū nobis offerre triūphū, oblatū si accipimus, bonos offendimus, unaq; Pompeiū, si nō accipimus Cæsarē. Sit, ex pone fac ut sit. Amicus. Cæsar. Sed sit. Esto, fac quod sit. Deferet. Mihi ut amicus. Ne

Inuidia. Inuidentia. piculosum sit. Subintellige uidendū. Inuidiosum. Odiosum. Passiue inuidia, inuidētia actiue auctore. M. Tullio in Tusculanis. Fortunæ facies inuidiosa tuæ. Atq;. Sed. Qui. n. fieri potest? Vt expliceṯ quō fieri pōt, & tū explicāda est. iuxta illud Horatianū. Qui fit Mœcenas. Ad manendū. In Italia. In ea parte. Scribe. In eam ptem. manendi uidelicet in Italia. Res. Materia: manēdi sentētia. Illa. Pars abeundi ac Italia decedēdi. Verbosior. Pluribus uerbis explicata.

Aequo aio. Nec in hāc, nec i illā ptem, magis odio uel amicitia propēso. Nauis. Ne me magis ad manēdū in Italia esse propēsum putes. Corfiniū. Oppidū in pelignis, gnimo Pelignorū Metropolis. hodie mōs niger appellaṯ. Corfiniū ideo dictū putāt quod sit ueluti cōfiniū pelignorū. Hoc opidū in bello Marsico Italicū appellatū, uniuersis Italicis ciuitatib. a matre Roma desciscentibus receptaculū, propugnaculūq;. Prope Sulmo ouidi patria. Sulmonenses Antonio Duci Cæsaris portas apuerūt. Domitius: auctore Cæsare libro primo bellorū ciuiliū, per se circiter uiginti cohortes, ex Alba & Marsis & Pelignis & finitimis ab regionib. coegerat. Secessione militū Domitius tradiṯ Cæsari: quē Clemētissimus princeps dimittit incolumē: aurūq; quod adduxerat: atq; in publicū disposuerat, allatū, ad se ab iis uiris Corfiniensibus Domitio reddidit, ne incōtinētior in uita hominū q̄ in pecunia fuisse uideretur. & si eam pecuniā publicā esse cōstabat, datāq; a Pōpeio in stipēdiū. Milites Domitianos sacramētū apud se dicere iubet, atq; eo die castra mouet.

Corfiniū.
Sulmo.

Trebonio. Duce Cæsaris. Sic fama ferebat. Suum. Lege summa/ut sũmatim loquar. Leptam. Nomen proprium. Misi literas. Legitur. Misi & literas. Sunt qui Letam scribunt pro ciuitate Macedoniæ ex Stephano. Ne quo inciderem. Ne in aliquem casum inciderem.

¶ Argumentum.

TANDEM mores Pędagogi detegit ac execratꝰ hominẽ īs.dũ/gręculũ/igenii tẽporarii.

¶ Interpretatio.

firmo exercitu: & pugnare cupientem. nõ puto etiã hoc Cne. nostrum cõmissurum: ut Domitium relinquat. Etsi Brũdusiũ Scipionem cũ cohortibus duabus præmiserat: legionem Fausto conscriptam in Siciliam sibi placere ab Coss. duci: scripserat ad Cos. sed turpe Domitium erit deserere implorantem eius auxiliũ: & quædam spes mihi quidem non magna: sed in his locis firma. Afranium in Pyreneo cũ Trebonio pugnasse: pulsum Treboniũ: etiam Fabium tuũ trãsisse cũ cohortibus. summa: autem: Afraniũ cũ magnis copiis aduẽtare. Id si est: in Italia fortasse manebitur. Ego autem: cũ esset incertum iter Cæsaris: quod uel ad Capuã: uel ad Luceriã iturus putabatur: Leptam ad Pompeiũ misi literas: ipse nequo inciderem: reuerti Formias. Hæc te scire uolui: scripsiq; sedatiore animo: q̃ proxime scripserã: nullum meũ iudiciũ interponens: sed exquirens tuũ. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Dionysius quidem tuus: potius q̃ noster: cuius ego cum satis cognossem mores: tuo tamen potius stabã iudicio: q̃ meo: ne tuũ quidẽ testimoniũ: quod ei sæpe apud me dederas: ueritus: superbũ se præbuit in fortuna: quam putauit nostrã fore: cuius fortunæ nos quantũ humano cõsilio effici poterit: motũ ratione quadã gubernabimus. Cui qui noster honos! quod obsequiũ! quæ etiã ad cæteros cõtempti cuiusdam hominis cõmendatio defuit! ut meũ iudiciũ reprehendi a. Q. Fratre: uulgoq; ab oĩbus mallem: q̃ illũ nõ efferre laudibus! Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri: q̃ me alium magistrũ quærere. ad quem ego quas literas Dii ĩmortales miserã! quãtũ honoris significãres! quantũ amoris! Dicæarchum mehercule: aut Aristoxenũ diceres accersiri: nõ unũ omniũ loquacissimũ: & minime aptũ ad docẽdum.

TVI Testimonii. Scribe Tuum Testimonium. Sensus. Vide homũculum nequam/ qui non est ueritus Testimonium tuũ apud me/ de moribus suis/ immo quod te pręstare uitæ integritatem eius dixisti: hoc contempsit perfidia in me usus plus q̃ punica. Quod. Testimoniũ. Ei. Pro eo. In fortuna. Optimarũ partibus aduersa. Quam putauit nostrã. Cuius aduersæ fortunę putauit nos fore participes. Cuius motum. Cuius fortunæ uices alternas ac mobiles. Cui. Dionysio defuit. Cõmemorat beneficia in Dionysium collata. Qui. Quantus illi habitus. Cuiusdam. Nescio cuius Dionysii. cõmendabam eũ tãq̃ uirum maximũ. Vt mallem. Cõmendabam Dionysium fratri mallens iudicium meũ dãnari q̃ illum uiuere inhonoratũ. Subdoceri. Pro parte erudiri. Potius fungebar in pueris nostris erudiendis hypodidascali officio: q̃ alium magistrum quærerem. Quærere. Videret/ tãq̃ uel de eius doctrina uel officio dubitarem. Quas literas. Quam honorificas. Dii immortales. Epiphonema stomachi plenũ. Aristoxenum. Auctore Suda græco interprete/ duo fuerunt Aristoxeni: Tarentinus primus: Philosophus & medicus nobilissimus. pceptorem Aristotelem post obitũ conuitiatus est: quod ei Theophrastum in scholæ successione p posuit. Musica scripsit. hic animã dixit esse harmonicam Cicerone in Tusculanis auctore. Secũdus fuit Cyrenęus adeo delicatus/ ut lactucas mulso irrigaret. Aptũ. Q m̃ furẽter traicit/ quod uitiũ auctore Hieronymo: eruditioni ac institutioni pniciosum est.

Aristoxenus.

Sed est memoria bona. Verba Attici. Me decet. Esse meliore, qm̃ fidelius iniurias meminero. Alii/ dicet: emendant. Faxo dicet. Quibus literis. Meis. Inquit Cicero se dedisse literas phonorificas Dionysio ut aduolaret ad puerorũ suorũ pędian/ ostendit hõ gręculus pſracte: se nolle uenire/ qm̃ ut dicere Stanislaus Sarmata flos hominũ solebat/ nõ placeret. Vt ego nemini. Nõ respondeo: qñ ab aliquo reo etiã humillimo rogor ut eius causam suscipiã/ nũq̃ respondeo/ nolo patrocinari. Sed uidero/ si potero faciã/ uel aliqd tale. At rusticulus homũcio græculus/ respõdit pſracte/ se nolle.

Stanislaus.

Cuius causam. Patrociniũ meũ ab aduersario puẽ/ rũ. Pręcise. Pręfracte/ abrupte. Exceptione. Excusatiõe/ si potero/ si dabit. Præcidit. Spem meã substulit. In quo uitio. Ingratitudine. Ingratus fontẽ benignitatis exhaurit/ ut Cicero i quadã oratione testatur/ ubi docet nihil malle q̃ gratum esse & uideri. Nihil mali non. Omne malũ. Ingratum ægyptii significare uolentes colũbulũ pingebant: q cũ adoleuerit in oculos matris inuadebat. Duas. Scribe/ Tuas: q̃ ad tuas respondeãt/ binas diceretur de literis nõ duas: nisi duo elemẽta significaremus. Actium Pelignũ. Cæsaris uerba sunt hæc libro primo cõment. ciuiliũ. Interim Cæsari nũtiaẽ Sulmonenses: cupe ea facẽ q̃ uellet. Sed a. Q. Lucelo Senatore & actio Peligno prohiberi: q id opidũ septẽ cohortum pſidio tenebãt. Mittit eo. M. Antoniũ cũ legionis octauæ cohortibus quinq;. Sulmonẽses portas apuerunt. Lucetius & Actius de muro se deiecerũt. Cęsar Actiũ ad eũ pductũ icolumẽ dimisit. Lucretiũ. In cõmentariis Cæsaris est Lucetius: ut in alterutro fit error. Quo Cn. noster. Abiit ex improuiso. Desertum. Ab eo. Confecta res est. Actum de partibus.

Ingratus.

Actius.

sed est memoria bona. me decet esse meliore. Quibus literis ita respõdit: ut ego nemini: cuius causam nõ reciperem (semper enim si potero: si ante suscepta causa non impediar) nũquã reo cuiquã tam humili: tam sordido: tam nocenti: tam alieno: tam pręcise negaui: q̃ hic mihi. Plane sine ulla exceptiõe præcidit. Nihil cognoui ingratius: in quo uitio nihil mali nõ inest. Sed de hoc nimis multa. Ego aũt paraui tuas literas: tamen expecto: ut sciam quid respondeant consultationi meæ. Sulmone. C. Accium Pelignum aperuisse Antonio portas: cũ eẽnt cohortes quinq;. Q. Lucretium inde effugisse scis. Quo Cn. noster Brundusium desertum. Confecta res est. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

℄ Argumentum.

DE REditu Dionysii/ q ueluti faceret artẽ ludicrã/ mõ ibat/ mõ redibat: ut uerũ sit illud/ nullũ eẽ maximũ igeniũ: sine specie demẽtię.

CVm ante lucem. VIII. Calen. ad te literas dedissem: uesperi eodem die ad nos uenit ipse Dionysius authoritate tua pmotus: ut suspicor. Quid enim putem aliud? & si solet eum: cum aliquid furiose fecit: pœnitere. nũquam autem certior fui: quam in hoc negocio. nam quod ad te non scripseram: postea audiui a tertio miliario: tũ eũ isse πολλὰ ματειρ καὶ ῥάθυ μεὺρ Δῆτα. Multa inquam mala cum dixisset suo capiti (ut aiũt) sed meæ mãsuetudinis coniecerã in fasciculũ una cum tua uenientem ad illum Epistolã. hanc ad me referri uolo. nec ullam ob aliam causam Pollucẽ seruum a pedibus meis: Romã misi. Eo autem ad te scripsi: ut/ si tibi forte reddita esset: mihi curares referẽdam: ne in illius manus perueniret. noui siquid esset: scripsissem. pendeo animi expectatione

℄ Interpretatio.

QVID Enim putem aliud. De homine inofficioso/ qui tam præfracte negauerat. πολλά. Multa dicere & segnem post id eẽ. Capite. Lege capiti. Se deuotauerat/ quod ita furenter ac præfracte respondit. Meæ mãsuetudinis. Scripseram ad eum Epistolam mãsuetissimæ naturæ indicem/ personã potius meã respiciens/ q̃ mores pcipitis ac furentis homũculi. Pollicem. Alibi Pollex seruile nomen. Pollex: inqt de hoc Cicero/ nõ index. A pedibus. Hodie parafrenarios uocãt. hoc ẽ quod in Canonicis/ ad frenũ ministrare dicũt. Mart. Cur nõ mẽsa tibi ponĩ a pedib. Circũpedes Cicero uocat. Noui. Ordo. Scripsissem aliqd noui/ si qd esset.

Apedibus. Ad frenũ ministrare. Circũpedes.

Corfiniensi. De exitu Domitii ęnobarbi. Descriptus. Inscriptus/directus ut hodie dicunt. Tyronem. Aegrotum. Curio. De quo supra sępiuscule. Peti. A Curio/ut Curiū petat ro/ga si quid Tyroni opus erit in sumptum & alimenta.

Argumentum.

AIT SE legisse exemplū literarū Pompeii/quibus Domitium rogabat q̄ primū omneis copias in unū locū contraheret/quid rescripierit Domitius se legisse refert. Tacite Curii in Tyronē illiberalitatē uellicat.

Corfiniensi: in qua de salute Reipu. decernitur. Tu fasciculum: qui est.. M. Decurioni descriptus: uelim cures ad eum perferendū. Tironemq; Curio cōmendes: ut ei si quid opus erit: in sumptum roges. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

OBsignata iā Epistola: quā de nocte daturus erā: sicut dedi (nā eā uesperi scripserā). C. Sosius Pr. in Formianū uenit ad. M. Lepidum uicinum nostrum: cuius quæstor fuit. Pompeii literarum ad Coss. exemplum attulit. literæ mihi a. L. Domitio ad. VIII. Calendarum Martii allatæ sunt. earum exēplum infrascripsi. nūc (ut ego nō ne mea sciebā sponte ītelligere) scio quanti Reip. sit omnes copias in unum locū primo quoq; tempore conuenire. Tu si tibi uidebitur: dabis operam: quāprimum ad nos uenias. Præsidii capuæ: quātū cnostituens esse satis: relinquas. Vale. Deinde supposuit exemplum Epistolæ Domitii: quod ego ad te pridie miserā. Dii īmortales: qui me horror perfudit. quā sum solicitus: quidnā futurum sit. hoc tamen spero: magnum nomen Imperatoris fore. magnum in aduentu terrorem. spero etiam: quoniam adhuc nihil nobis obfuit: nihil mutasse: ī negligētia hoc: quod tum fortiter: at diligenter: nunc fert etiā herculee. Modo etiā audiui quartanam a te discessisse: moriar: si magis gauderem: si id mihi accidisset. Pyliæ dic: non esse æquum: eam diutius habere: nec id esse nostræ concordiæ. Tironem nostrum ab altera relictū audio: sed eum uideo in sumptū ab aliis mutuatū. Ego autem Curiū nostrum: si quid opus esset: rogarā. Malo Tironis uerecundiā in causa fuisse: q̄ illiberalitatem Curii. Vale.

Interpretatio.

OBSIGNATA. Annulo signatorio impssa. Literarū. Sūt uerba literaꝝ Pōpeii ad Cōsules. Hoc principiū est. Nūc ut ego. Emenda. Nunc (ut ego non nesciebā tua spōte itelligere) scio quāti/& reliqua. Ordo. Nūc scio quāti Reip. sit oēs copias i unū locū cōuenire/ut ego nō nesciebā te tua spōte intelligere. Primo quoq; tēpore. Quāprimū. Phrasis saporē urbis uernaculū redolēs. Horror. Timor imanis. Magnum nomen. Famam Pōpeianā. In aduētu. Domitii coniungentis se Pōpeio. Terrorem. Hostibus. Obfuit. Pōpeius Reip. Nihil mutasset. Scribendū mutasse: hoc ē degenerasse. Nec regentia. Lectio uetus hēt/negligētia. Rńdet tacitæ obiectioni sic: Pōpeius semp fortē operā Reip. nauauit/qd si ī re Cęsaris/eiusq; fortunis nō mō alēdis/sed augēdis peccauit/negligentia peccauit & cōnuētia/nō infirmitate. nūc uero qn̄ herculeis uirib. opus erit/se pstabit herculē. Hoc. Parauit malū. Mehercule. Emēda. Fert herculee/uel herculanee. Pōpeius asciā propriis crurib. impegit: cū Cæsarē armauit/mira Pōpeii fortitudo apparet: qd̄ errorē suū: unde fons tāti mali emersit: fortissime fert/ut in tot ęrumnis/alter Hercules uideat. Adiuuat quod scribit Appianus Herculaneos dictos fuisse Pōpeianos/Cæsarianos uero uenereos. Eam. Pyliā uxorē. Habere. Pati febrē. Nec id. Vt tu sis febris imunis: uxor uero unanimis ac indiuidua: febricula æstuet. Esse. Pertinere. Vestræ concordiæ. Ad uestram concordiam. Si concordes ac pares sunt uir & uxor/pariter conualescere debent: nec discordi fato tabescere. Altera. Febri. Fortassis duplicata febri uexabatur. In sumptum. Ad sumptum & alimenta. Ab alio. Non A Curio. Mutuatum. Mutuam accepisse pecuniam. Rogaram. Mutuaretur Tyroni. Tyronis. Non facile reposcentis. Liberalitatem. Scribendum illiberalitatem/hoc est illiberalem Curii naturam.

Herculanei Venerei.

Habere febrem.

¶ Argumentum.

MIRATVR Pompeiũ in anguſtiſſimis rebus nõ ſubuenire Domitio: quod timoris & ui rium imbecillium ſignum eſſe putat. Sed perperam cum Pompeius adhuc copiis Cæſa/ ri paratiſſimo impar eſſet.

¶ Interpretatio.

AD OMNE dedecus. Ad omnẽ infamiã ſubeundã/ ut a nulla turpitudine uacet. Nõ puto. Venturũ/ quoniã in paratiſſimos / quare: ut ait Cæſar in cõmentariis: Ca/ to iratus erat Pompeio quod in/ tempeſtiuo tẽpore ac imparatiſ/ ſimus ad bellũ ſe accingeretur.

Eos. Nobiles Romanos de q bus ſupra. Ex ipſo. Ex Pompe ianis militibus / uel ære Domitii priuato cõſcriptas: publico tamẽ ſupra oſtendimus ære compara/ tas. Quem fugiam. Cæſarem.

Quem ſequar. Quoniã Pom/ peius torpet. Iactatur hæc Cice/ roniana ſententia: qua audita Põ peius exclamauit/ Vellem. M. Ci cero ad Cæſarem trãſiret/ ut nos timeret. Cũ hoc. Pompeio nõ Pompeio/ ſed ſimulachro Pom/ peiano. Quo. In quam partem fugiat. Si malui. Vinci tunc cũ Pompeio. Contigit tunc. Tũc dicere illud poteram / quoniam Pompeiũ agebat/ nõ fugitiuum: uel tunc cũ dixi/ malo uinci: &c̃. Tunc cõtigit & uictus ſum cum Pompeio / cum Pompeius urbẽ reliquit. Bis cũ Põpeio nolo uin/ ci. Satis eſt ſemel eſſe uictum.

Põpeii di/ cterium.

Scripſi. Pecuniam pro itinere mittat. A moneta. Vbi pecunię cuduntur. unde monetarius mo/ netam cudens / & monetale ab Ambroſio quod ad monetã atti net. Et triũuiri monetales apud iuriſperitos ni memoria labor.

Moneta. Monetales

Appoſita. Quæ tu addidiſti ĩ Epiſtola tua. Alii legunt appoſi/ te aduerbialiter.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VNum etiã reſtat amico noſtro ad omne dedecus: ut Domitio non ſubueniat: at nemo dubitat: quin ſubſidio uenturus ſit. Ego non puto. Deſeret igitur talem ciuem? & eos una: quos is ſecum habeat? præſertim ex ipſo cohorteis triginta? Domitius (niſi me omnia fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit. nihil ſpectat: niſi fugam: cui tu (uideo enim quid ſentias) me co/ mitem putas debere eſſe. Ego uero quem fugiam: habeo: quẽ ſequar: non habeo: Quod enim tu meũ conſiliũ laudas: & memorandum dicis: malle quod dixerim: me cum Pompeio uinci: quã cum iſtis uin/ cere. Ego uero malo: ſed cũ illo Pompeio: qui tum erat: aut qui mihi eſſe uidebatur. Cũ hoc uero: qui ante fugit: quã ſciat: quem fugiat: aut quo: qui no/ ſtra tradidit: qui patriã reliquit. Italiam deſeruit. Si malui: contigit tunc: uictus ſum. quid ſupereſt? nec iſta uidere poſſum: quę nũquam timui ne uiderem: nec mehercule iſtũ: propter quẽ mihi non mõ meis: ſed memetipſo carẽdũ eſt. Ad Philotimũ ſcripſi de uiatico: ſiue a Mõeta: nemo. n. ſoluit: ſiue ab Oppiis tuis cõtubernalib. Cętera appoſita tibi mãdabo. Va (le.

¶ Argumentum.

POMPEII negligẽtiam accuſat in hoſte Cæſare alendo/ ut cum fortiore pugnaret.

¶ Interpretatio.

EA RE Miſeram. Alii ſcribũt: Te miſerã. Alii & eã rẽ miſerã. Culpa. Sua nõ pfidia. Cõpegerat. Vt p Cæ ſarẽ illata cõiecerat. Impingo & cõpingo uiolenta uerba/ ut ĩpactus in carcerẽ. Ἀπροσηγορήτους. Inſalutatos. Expres. Nõ participes. Sui cõſilii. Vrbẽ deſerẽdi. Tã iuſitati. Inſo liti/ memoriaq; hominũ ĩauditi. Quis fando audiuit patriã relinq plenã auri/ & omniũ clariſſimo/

Aproſego/ riti.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CRem turpem: & ea re miſeram. Sic enim ſentio id demum: aut potius id ſolum eſſe miſerum: quod turpe ſit. Aluerat Cęſarem: eundem repente timere cœpe rat: conditionem pacis nullam probarat. nihil ad bel lum pararat. Vrbem reliquerat. Picenum amiſerat culpa. in Apuliam ſe compegerat. ibat in Græ/ ciam. omnes nos ἀπροσηγορήτους: expertes ſui tanti: ac tam inuſitati conſilii: reliquerat. ecce ſubito

rum ordinum. Fulsisse. Affulsisse/incipere iam cernere quid sibi uellet honestũ/& in Italia uelle persistere. Καλὸν. Honestum uel rectũ/natura dictante ut propria prius tuearis:dein aliena op/pugnaũ si eas. Ad oculos. Prisca exemplaria/ob oculos .i. circa. ποιήσω. Faciam quod opus est/& cõminiscar mecum & fabricabo/quod enim bene est mecum est. Erant hæc uerba alicuius uiri commonentis/prudentem uirum debere quod aiunt/omnem lapidem mouere anteq̃ desi/stat ab opere. Cũcta prius tentanda/sed immedicabile uulnus ense recidendum est. Ille. Pom/peius uero cõtrariũ sentẽtiolę adductæ molitus. πολλά. Longũ ualere honestati dixit. hoc est cal cato honesto turpissimã fugã cœpit. Dices. Scribendũ cũ Beroaldo dicens. Tradidisse. Cæsari/immo traditi sunt uincti a perfidis militibus & opidanis. In/tercludor. Respirare nõ possum. Quo. Quare.

Calon.

De prudẽ/te.

Literæ Domitii ad illum:ipsius ad Coss. fulsisse mihi uidebatur τὸ καλὸν ad oculos eius:& exclamasse ille uir:qui esse debuit ποιήσω ὅ τι χρή: καὶ παραμάσω, καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοί, καὶ τεκταμῶ. τὸ γὰρ σὺ μετ' ἐμοῦ. at ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicẽs: pergit Brundusiũ. Domitiũ autem aiunt re audita: & eos qui una essent tradidisse. O rem lugubrem. itaq; intercludor dolore. Quo ad te plura scribam:non habeo. tuas literas expecto. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EPistolam meam quod peruulgatam scribis esse: nõ fero moleste. quinetiam ipse multis dedi describendam. Ea enim & acciderant iam:& impendent: ut testarũ esse uelim: de pace quid senserim. Cum autem ad eam hortarer eum præsertim hominem: nõ uidebar ullo modo facilius moturus: q̃ si id: ad quod eum hortarer: cõuenire eius sapientiæ dicerem. eam si admirabilem dixi:quo eum ad salutem patriæ hortabar:non sum ueritus:nec uiderer assentari:cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Qua autem est: aliquid impertias temporis: non ut de pace: sed de me ipso: & de meo officio ut aliquid cogitet. Nam quod testificor:me expertẽ belli fuisse:etsi id re perspectum est:tamen ea scripsi:quo in suadendo plus authoritatis haberem:eodẽ pertinet: quod causam eius probo. Sed quid hæc nunc:utinam aliquid profectum eẽt. næ ego istius literas in concione recitari uelim. Siquidẽ ille ipse ad eũdem scribẽs in publico

¶ Argumentum.

CICERONIS Epistolam ad Cæsarẽ missam supius nõ probauit Atticus/dicẽs si forte inuulgaretur piculũ ei instare. puulgatã nunc esse refert/tñ abest ut Cicero doleat/ut etiã testetur multis eã dedisse describendam.

¶ Interpretatio.

PERVVlgatam. Publicatam. Describendã. Transscribẽdã ut aiũt. Ea. Talia. Impẽdent. Instãt futura. Eam. Cæsaris sapiẽtiã. Quo. In eo quo. Hortabar. Cæsarẽ ad pacẽ epistolari sermone. Tali in re. Pro impetranda pace. Abiecissem. Accidissem. Qua autem ẽ. In ea parte Epistolæ qua dicebã. Cæsar in hac re pensitãda/aliquid tẽporis impartias. Nõ loq̃bar ut eam animi curam in hac pace defigeret. sed officiũ meũ consideraret. Aliquid impartias tẽporis. Erant uerba in Epistola. M. Tullii posita. Nõ est. Verbũ illud impartias. De pace. Vt Cæsar:se totũ huic paci cõsiderãdæ indulgeat. De me ipso. De rebus meis erat sermo.

Describere

Officio. Quod erga eũ officiosus eram. Cogitet. Cæsar de me:q in rebus honestis ad eius nutũ sum paratus. Exptẽ. Immunẽ. Belli. A suadẽdo bello. Id. Me fuisse exptẽ belli. Eo. Ideo. Quo. Vt. Haberem. Docilẽ auditorẽ reddendo:quod est artis nostræ. Eodẽ. Ad idẽ propositũ. Quod probo. Nõ improbo. Causam eius. Quod arma sumpsit/nõ in Rẽpu. Sed qd. Sed cur nũc ista apologia utor in bono opere. laudẽ meruisse arbitror/nedũ uacare culpa.

Aliqd. De pace. Profectũ. Impetratũ. Nę. Certe. cũ diphthõgo. Literas. De pace. In cõcione. Corã populo. Ille. Põpeius. Cur meã Epistolã in laudẽ Cęsaris scriptã Põpeius improbaret/q de cõditiõib. pacis ad Cęsarẽ respõderẽ/illũ Africano pponit/ut uer: sit illud Ouidianũ. Magne tuum nomen rerum est mensura tuarum. Sed qui te uicit maxime maior erat.

Illam. De cōditionibus pacis. Pro tuis rebus. Verba sunt Pompeii ad Cæsarē. Cur nos uitu-perms? Suis. Scribe. meis. i. Pompeianis. Ferebat. Regebat/reposcebat necessitas. Noscēdū est tempus & occasio: quam Pompeius arripuerat Cæsarem laudans. nō improbandus ergo Pō/peius: nec ego pariter. Si qdem. Repnsus ab Attico noīe Senatus Cicero nomine suo Senatū castigat: q Cæsari uenienti Romā & cūcta turbaturo duos Senatorios uiros obuiā miserat. Vos. Magni orbis Domini. Duos Taleis. Subitellige uiros senatorios obuiā misistis Cæsari ad quintū lapidē. Quid ad hūc ipsum? Cur ad Cæsarē misistis? Vnde. A ferro: flāma: cæde: opidorū ac uillarū nostrarū incendio. Recipienti. Reuertenti obuiā misistis. Quid agēti. Miscēti aquā igni. Quid acturo. Romam ac Italiā depopulaturo. Quanto. Vos togati longe peccastis incō/sultius/quoniā cum uidebit Cæsar se dignū habitū legatiōe Romana/tāquā tacite probata causa sua exultabit: nec finem prosequendi optimates faciet. Frequentes. Magno agmine. Viderit. In urbe. Peccamus. Emēda peccauimus nos illā de pace Epistolā mittentes. Vos qdē. Peccastis. Signa. Argumenta: indicia. Sensus est. Si Cæsari lætī occurrimus: fuerūt illa signa læti animi/nō tamen erat letitia i aio. Aliud est significare ac pferre lætitiā/aliud est esse lætū. Cōtur bantur. Velantur ac tegūtur/ut auto ferrū obducitur & incrustatur/ut ferrū aurū uideat/nec tamen est aurū. Voluntas. Vestra. Posset distingui. Diuersa haberi. A simulatione. Ab inuolucris ac tegumentis animi. signa illa amoris fuere: non amor: Simulata omnia non uolūtaria: cogente metu: qui in constantem hominem cadit & fortem. Senatus consulta. Laudis congestę in Cæsarem. Illa. Omittere potuistis. Aptius. Tracto. Cęperam molli brachio rem tāgere & inuere/acerbius insto. Ego. Verba stomachi plena/tacite significantia pp fugam Pompeii non esse maximis uiris in urbe locum. PR. Lege pridie Kal. Villulas. Ocellos Italiæ. Postea. q̄ Cæsaris aduentū audiui. εὐγενῆ. Generosa. Pro temporibus. Pro tēpore/iuxta conditiones temporū. συνδιημερεύομεν. Simul diem traducimus/uel terimus. Quod. Terete diem simul.

Senatus duos Cæsari obuiā misit.

propofuit Epistolam illam: in qua est: pro tuis rebus gestis amplissimis: amplioribus ue: quam meis: q̄ Africani. Ita tempus ferebat. siquidem etiam uos duos taleis ad quintum milianum: quid ad hunc ipsum: unde se recipienti: quid agenti: quid acturo. quanto autem ferocius ille causæ suę confidet: cum uos: cum uestri similes non modo frequenteis: sed læto uultu gratulanteis uiderit? Num igitur peccauimus? minime. uos quidem. Sed tamen signa conturbantur: quibus uoluntas a simulatione distingui posset. Quę uero. S. C. uideo? sed apertius quā proposueram. Ego Arpini uolo esse Pridie Calendarū. deinde circum uillulas nostras errare: quas me uisurum postea desperaui. εὐγενῆ tua consilia: & tamen pro temporibus non incauta mihi ualde probantur. Lepido quidem (nā fere συνδιημερεύομεν: quod gratissimum illi est: nunquam placuit ex Italia exire ullo modo. multo minus mouebant minæ. Crebro enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum sententiæ minus mouebant: minus multa dederant illi Reipub. pignora. Tua mehercule auctoritas uehementer mouet. Affert enim & reliqui temporis recuperandi rationem: & pręsentis tuendi. Sed obsecro te: quid hoc miserius: q̄ alterum plausus in fœdissima causa q̄rere? alterū autē offensiones

Villulæ.

Pro tēporibus.

Illi. Lepido. Iuuat lepidū mecū uiuere. Mouebant. Minę Pompeii in illū. Illius. Pompeii. Ab aliis. Ad quos Pōpeius scribit/uel qui ad Ciceronē scribūt. Illorū. Qui nolebant Italia excedere. Cicero inquit se Italia non excedere/quod alii non excedant. Minus. q̄ nos. Illos ego æmulari nō debeo: qui si aliquod: ut hoc: patriæ signū dent/singulare & unū dederūt. Illi. Qui ut aliquod dent Reipub. pignus: se in fugā cum Pompeio dare uolūt. Reliqui tēporis. Amissi dum in Campania subsisto. Recuperandi. Lucrandi: reuocandi a nota infamię ab bonam famā.

Tuendi. Sustinendi/defendendi. Alterū. Cæsarē. Plausus. Laudes cōuocando senatū: ac mille huiusmodi factitādo. Alterū. Pōpeiū. Offensiones. Iras hominū ac inimicitias/hūc & illum inuitos trahendo in bellum. hoc dictum est propter hæc uerba Cęsaris libro primo cōment. ciuiliū. Pōpeius discedens ab urbe in Senatu dixerat/eodē se habiturū loco: q Romæ remāsisset: & qui in castris Cæsaris fuisset. Contra Cæsar suarum partium edicit: qui neutras sequerentur.

in optima: alterum existimari conseruatorem inimicorum: alterum desertorem amicorum? Et mehercule quamuis amemus Cn. nostrum: ut et facimus: & debemus: tamen hoc: quod talibus uiris non subuenit: laudare non possum. nam siue timuit: quid ignauius? siue: ut quidam putant: meliorem suã causam illorum cæde fore putauit: quid iniustius? Sed hæc omittamus. augemus enim dolorẽ retractando. VI. Calẽ. uesperi Balbus minor ad me uenit: occultauit occurrens ad Lentulũ Cos. iussu Cæsaris: cum literis: cum mandatis: cum promissione Prouinciæ: Romam ut redeat: cui persuaderi posse non arbitror: nisi erit conuentus. idem aiebat: nihil malle Cæsarem: q̃ ut Pompeium assequeretur. id credo: ut rediret in gratiam: id non credo: & metuo ne omnis hæc clementia ad unam illam crudelitatem colligatur. Balbus quidem maior ad me scribit: nihil malle Cæsarem: q̃ principe Pompeio: sine metu uiuere. Tu puto hæc credis? sed cum hæc scribebam. V. Cal. Pompeius iam Brundusium poterat uenisse. Expeditus enim antecesserat legiones. XI. Luceria. Sed hoc τέρας horribili uigilantia: celeritate: diligentia est plenum. Quid futurum sit: nescio. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DIonysius cum ad me præter opinionem meam uenisset: locutus sum cum eo liberalissime. tẽpora exposui. rogaui: ut diceret: quid haberet ĩ animo: me nihil ab ipso inuito contẽdere. respondit: se: quod in nummis haberet: nescire quo loci esset. alios non soluere. aliorum diem nõdum uenire. Dixit enim alia quædam de seruulis suis: quare nobiscum esse non posset: morem gessi dimisi a me: ut magistrum Ciceronũ nõ libenter: ut hominem ingratum: non inuitus. Volui te scire: quid ego de eius facto iudicarẽ. Vale.

T.P.ATTICO.

QVod me magno animi motu perturbatũ putas: sũ eqdẽ: sed nõ tã magno: quã tibi fortasse uideor. Leuatur. n. oĩs cura: cũ aut cõsistit cõsiliũ: aut cogitãdo nihil explicatur. lamẽtari aũt licet. illud tamẽ totos dies: sed uereor: ne: nihil cum proficiã: etiã dedecori sim. In studiis: ac literis nostris consumo omne tempus: considerans quãta uis sit illius uiri: quẽ nostris

Alterũ existimari. Cæsarẽ qui parcebat inimicis. Talibus. Vt Domitio & Lentulo. Minor. Nepos. Erat & patruus auctore Plinio lib. v. na. hist. Occultauit. Noluit quicquã mihi apire.

Vt redeat. Dũmodo redeat. Cõuentus. Nisi Romã cęteri cõuenient optimates. Alii codices habent circũuentus. Cęsarem. In hoc Cæsar conatũ postremũ expitur. Assequeretur. Cõtinuaret: adiũgeret potius. Id credo. Cæsar Põpeiũ asseqtur. qm̃ uolare dicit. Crudelitatem. Vtitur clementia in cæteros Cæsar: ut credẽti Põpeio imposturã faciat: ac in eum sit fœdissime crudelis.

Maior. Patruus. Expeditus. Cũ leui armatura. τέρας. Mõstrũ hoc ẽ Cęsar: ex uariis naturę reb. cõpaginatus. Mõstrũ qñq; ĩ bonã ptẽ. Mõstrũ Aristoteles ob. ĩsignẽ doctrinã ab Hiero. dictus. Teras. Monstrũ.

¶ Argumentum.

ECCE Dionysius iterũ ad tẽpora: quẽ Cicero tãdẽ libẽtissime dimittit ut hoiem ĩgratũ ac merꝫ Calli

¶ Interptatio. (pidẽ.

LIBERalissime. Vetusti codices liberrime. Tẽpora. Dura ac minime multis amica. In aĩo. Manendi uel abeũdi. Cõtẽdere. Petere.

In nũmis haberet. Fœnerator erat. Quo loci. In qua cõditione: pecuniã nõ bñ collocasse. hoc accidit his q nõ sunt usuris semis sib. cõtenti. Esse. Venisse. Seruulis. Hæc diminutio ętatis non placet. Pudori notã ĩfligit. Morẽ gessi. Indulsi abire uolẽti. Facto. Ingratũ iudico.

QVOD me. Perturbatũ Cicero orbe turbato: nõ oino tñ. Cõsistit cõsiliũ. Nõ turbat animus sed mẽs qeta ac ordinata uiget. Nihil explicatũ. Impedimẽta nõ tolluntũ: iuxta illud eiusdẽ Ciceronis. hñt hũc finẽ q̃relę qd q̃ri pudet. Illius uiri. Iusti: quẽ lib. xii. p° sic pinxit.

Ac ueluti magno ĩ populo si forte coorta est Seditio: sæuitq; aĩs ignobile uulgus: & quæ sequũtur. Orator.

Ille regit dictis animos:ac pectora mulcet: ubi auctore Fabio oratorē describit. Libris. De Rep. Repu. Scribe/Reipublicæ. Quo. Ad quam utilitatem Reip. Huius operis. Salutis Reip. Illum. Politicū uirū. Perfectiorem. Lege perfectorem/molitorem & operanū. Hoc. Officium boni moderatoris a me descriptū in Repu. cui beata ciuiū uita proposita est. Pompeius contrariū fecit. uagamur egentes cū uxorib. Dominatio. Tyrānis. Non id actum. Non illud cōsiderarūt. Ille. Pompeius/qm̄ necessitati: ut græco inoleuit adagio: neq; dei repugnant. A primo. A principio. Mos loquendi Ciceroni familiaris. Sullani. Syllam Pompeius imitari uult/Cæsar Phalarim uel Cinam. Cupientib. Syllanas proscriptiones. Inter eos. Cæsarē & Pompeiū. σκοπός. Obiectū:intētio. In uitatus. Immo lacessitus: quæ libēter tacuisse uelim. προθεσπί/ζω. Præsagio:ariolor. Ariolans. Vaticinans. Arioli diuinaculi ac minuti uates. Villia. Emenda piculo meo/ut illa:hoc ē Cassandra: quę nūq̄ est credita Teucris. Vaticinabatur premente phœbo:os aperiente:ac euoluente futura. Coniectura. Quæ humanæ prudentiæ est. Prospiciēs. Procul aspiciens. Ἰλιάς. Contextus: materia qualis homerica fuit super Ilio hoc ē Troiano bello. Ouid. Ilias est fati magna futura mei. Non abludit id Propertianū. Maxima de nihilo nascitur historia. Mox. Magnam condimus Iliada. Scitu digna sunt quę Plutarchus in Alexādro scribit. Alexander & dicendi & legendi cupidus Iliadem: quam rei familiaris uiaticū existimare ac appellare solebat: Aristotele exponente perdidicit. Eam semper una cū pugione sub puluino iacens tenere solitus. Scribit idem Cheroneus sapientissimū poetam in Iliade corporis uires: in Odyssea animi uirtutes executū. Hoc. Eo magis. Nostra. Optimatū. Grauior. Difficilior. Illi. Qui ad Pompeium enauigarunt. Alterum. Cæsarem. Aut utriusq;. Legendum ab utriusq;. Mancipiis. Cæsar primo belli ciuilis cōmentario. Pompeius copias undiq; omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet. seruos: pastores armat atq; his equos attribuit. Irruptio. In Italiā. Obligādo. Circūligādo:ac Italiā strāgulando: unde obligare plantas

Perfectori. *A primo.* *Scopos.* *Ariolor.* *Ilias.* *Alexandri exemplū.* *Obligare.*

libris satis diligenter (ut tibi quidem uidemur) expressimus. Tenes ne igitur moderatorem illū Reip. quo referre uolumus omnia? nam sic quinto: ut opinor: in libro loquitur Scipio. Vt enim Gubernatori cursus secundus: Medico salus: Imperatori uictoria: sic huic moderatori Reipub. beata Ciuium uita proposita est: ut opibus firma: copiis locuples: gloria ampla: uirtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines: atq; optimi illum esse effectorem uolo. Hoc Cn. noster: cum antea nunquam: tum in hac causa minime cogitauit. Dominatio quæsita ab utroq; est: non id actum: beata: & honesta ciuitas ut esset. Nec uero ille urbē reliquit: quod eam tueri nō posset: nec Italiam: quod ea pelleretur: sed hoc a primo cogitauit: omnes terras: omnia mouere. Reges barbaros incitare. Genteis feras armatas in Italiam adducere. Exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iam pridem appetitur multis: qui una sunt: cupientibus. An censes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuisse? Hodie potest: sed neutri σκοπὸς est ille: ut nos beati simus. uterq; regnare uult. Hæc a te inuitatus breuiter exposui. Voluisti enim me / qd de his malis sentirem: ostendere. προθεσπίζω igitur noster Attice: non ariolans ut illa: cui nemo credidit: sed cōiectura prospiciens: Iamq; maiora magno tumultu non multo inquam secus possum uaticinari. tanta malorum impendet Ἰλιάς. atq; hoc nostra grauior est causa: qui domi sumus: quam illorum: qui transierunt: quod illi quidem alterum metuunt: nos utrunq;. Cur igitur inquis remansimus? uel tibi paruimus: uel non occurrimus: uel hoc fuit rectius. conculcari inquam miserā Italiam uidebis proxima æstate: ab utriusq; mācipiis ex oī genere collectis. nec tam irruptio pertimescenda: q̄ Luceriæ multis sermonib. denuntiata est: quā uniuersæ iterum. tātas in obligādo utriusq; uires uideo futuras. Habes coniecturā meā. Tu aūt cōsolationis fortasse aliqd expectasti. Nihil iuenio:

nihil fieri pōt miſerius:nihil perditius:nihil fœdius. Quod quæris:quid Cęſar ad me ſcripſerit.quod ſępe:gratiſſimum ſibi eſſe:quod quierim: oratq; in eo ut perſeuerem. Balbus minor hæc eadem mandara dat.iter autem eius erat ad Lentulū Cos.cum literis Cæſaris:pręmiorūq; promiſſis:ſi Romā reuertiſſet. Verum:cum habeo rationem dierum:ante puto trāſmiſſurum: quam potuerit conueniri. Epiſtolarum Pompeii duarum:quas ad me miſit: negligentiam: meāq; in reſcribendo diligentiam uolui tibi notam eſſe. earum exempla ad te miſi. Cæſaris hic per Apuliā ad Brūduſium curſus quid efficiat: expecto. utinam aliquid ſimile parthicis rebus. Simulatq; aliquid audiero:ſcribam ad te:Tu ad me uelim. Bonorum ſermones Romæ frequentes eſſe dicūtur. Scio equidē te in publicū nō prodire:ſed tamen audire te multa neceſſe eſt. Memini tibi librum afferri a Demetrio Magnete.ad te miſſū ſcio περὶ ὁμονοίας.eum mihi uelim mittas. Vides:quā cām mediter. Vale.

CN.POM.Proconſ.M.T.Ciceroni Imp.S.

Q Vītus Fabius ad me uenit ad.IIII.Id. Febr.Is nuntiat.L.Domitiū cum ſuis cohortib.XI.& cū cohortibus.XIIII. quas Vibullius adduxit ad me iter habere:habuiſſe ī animo proficiſci Corfinio: & ad.V. Id.Feb.C.Hirciū cū.V.cohortib.ſubſequi. Cēſeo ad nos Luceriā uenias.nā te hic tutiſſime puto fore. (Vale.

M.T.CICERO CN.POM.PROCONS.S.

A D.XV. Calen. Martii Formiis accepi tuas literas:ex quibus ea: quæ in agro Piceno geſta erant:cognoui cōmodiora eſſe multo: q̄ ut erat nobis nūtiatū: Vibulliiq; uirtutē:induſtriāq; libenter agnoui. Nos adhuc in ea ora:ubi præpoſiti ſumus:ita fuimus: ut nauē paratā haberemus.ea enim audiebamus: & ea uerebamur:ut quodcūq; tu cōſilium percepiſſes: id nobis perſequendū putaremus. Nūc quoniā authoritate: & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus ſi teneri poſſe putas Taracinā: & oram maritimam:in ea manebo:etſi pręſidia in oppidis nulla ſunt.nemo enim noſtri ordinis in his locis eſt: præter.M. Oppium: quē ego Minturnis eſſe uolui:uigilātem hominem:

epigrammatico in hanc ſententiā. Obligare linguas & obligatio apud Firmicū in hoc ſignificatu. Perditius.Qui ſe noſq; una perdidit. Quierim.Quieuerim: ne me in utraſuis partes implicuerim. In eo.Quieſcendi propoſito. Dat. Mihi ut quieſcam.

Obligatio.

Perditius.

Reuertiſſet.Lentulus. Rationem.Cum tempus computo.

Tranſmiſſurū.Lētulum.Trāſmittere eſt mare traiicere. Cōueniri.A Balbo. Parthicis.Qui uenerūt & euanuerūt. In fine libri ſeptimi.Ego bellum fœdiſſimū futurū puto/niſi qui: ut ſcis: parthicus caſus extiterit. Velim.Reſcribas. Bonorum.Optimatum in laudem modo Cæſaris/modo Pompeii/hoc mihi ſignifica quid tibi uideatur. περὶ ὁμονοίας. De concordia/appoſite quadrabat hic liber concordiam procuranti. Quā cauſam.Cōcordiam ducum/me plurimū liber hic adiuuare poterit.

Homonœa

¶Argumentū.

E PISTOLA Pompeiana perelegans aurei ſæculi flores redolens ac odores hymetios: in qua Pōpeius Ciceronem monet ut Luceriam ad eum ueniat cum cohortibus Domitianis.

¶Interpretatio.

V IBVLLIVS. De hoc Vibullio lege Cęſarem primo commentario ciuili. Proficiſci. Diſcedere.

¶Argumentum.

R ESPONſio Ciceronis ſuperiori Epiſtolæ Pōpeianæ/in qua Vibulli uirtutem dilaudat & induſtriam. Significat ſe Pompeianum conſilium qualecūq; fuerit ſecuturū. Vt oram maritimam teneat/diutius ibi futurum. Tamen mandata Pompeiano non defuturū.

¶Interpretatio.

c Ommodiora.Proſpiora.

Teanũ Sidicinum.

Teano. De quo supra. Sidicino. Cognomẽtũ erat Teani Sidicinũ. Aliqui tamen distingunt ut duo loca intelligantur. Probo tamen priorem sententiam: quoniam Teanum est duplex: in Sãnio alterũ, alterũ in Apulia. hæc Colonia deducta a Cæsare Augusto. iter populo debetur ped. lxxx. Ager eius limitibus Augusteis est assignatus. Delectum. Milites considium conscribere.

Diligentissime. Omnes uidelicet ab eo stipẽdium. Quo. Vt. Ad consules iterum. Subintellige uenire. Vt erat dictum ad Coss. Vt edixerant Consules ut illuc conueniretur. Ne tibi uideor. Lege uidear.

¶ Argumentum.

RESPONsiua Ciceronis ad Pompeiũ: i qua tacite hortatur eum ut in Italia morari uelit, uel ut domi cõcordia procuraretur, aut Respu. summa cum dignitate defenderetur. cũ tamen Pompeiũ discedẽdi & traiiciendi in græciam cupidum uideret, se persequi certum scribit, & fecisse iam pridem nisi Cæsar obstitisset: & exceptum se putasset. Interponit exemplum literarum Pompeii ad Lentulum Consulem: quibus eum ad Corfinium uenturum ad opem Domitio ferendam prędicabat. Interserit causas & metum quo perculsus Pompeium sequi nõ potuit. hortatur ad pacem uel iniqua cõditione accipiendam. Hoc ciuile bellum maxime cũctos afficere: se imprimis, qui in hoc bello plurima amisit: non tamen officio in Remp. defuturum, nec priuatæ amicitiæ spondet.

¶ Interpretatio.

DIALIO. Antiqui codices. D. Aelio habent. Dũ. Vt: donec: quoad.

& industrium. nam L. Torquatum uirum fortem: & cum authoritate Formiis non habemus: ad te profectũ arbitramur. Ego omnino: ut proxime tibi placuerat: Capuam ueni eo ipso die: quo tu Teano Sidicino es profectus. Volueras enim me cum M. Cõsidio proprætore illa negocia tueri. cũ eo uenissem: uidi amplum delectum habere diligentissime. ab eo accipere. Libonem summa item diligentia: & in illa Colonia authoritate. fui Capuę: quo ad Coss. iterũ: ut erat dictũ ad Coss. ueni Capuam ad Nonas Feb. Cum fuissem triduũ: recepi me Formias. Nũc quod tuum consilium: aut quæ ratio belli sit: ignoro. si tenendam hanc oram putas: quæ opportunitatem: & dignitatem habet: & egregios ciues: &, ut arbitror: teneri potest. opus est esse: qui præsit. Sin oĩa in unum locũ contrahenda sunt: non dubito: quin ad te statim ueniam: quo mihi nihil optatius est: idq; tecum quo die ab Vrbe discessimus locutus sum. Ego, si cui adhuc uideor segnior fuisse: dum ne tibi uidear: non laboro: & tamen si: ut uideo: bellum gerendum est: confido me omnibus facile satisfacturũ. M. Tullium meum necessarium ad te misi: cui tu: si tibi uideretur: ad me literas dares. Vale.

CN. POM. Procons. M. T. Ciceroni Imp. S.

TVas literas libẽter legi. Recognoui. n. tuã pristinã uirtutem etiã in salute cõmuni. Coss. ad eum exercitum: quem in Apulia habui: uenerũt. Magnopere te hortor pro tuo singulari: ppetuoq; studio i Rẽp. ut te ad nos cõferas: ut cõmuni cõsilio Reip. afflictę opem: atq; consiliũ feramus: Cẽseo uia Appia iter facias: & celeriter Brundusiũ uenias. Cura: ut ualeas.

M. T. CICERO CN. POP. PROCONS. S.

CVm ad te literas misissem: quæ tibi Canusii redditæ sunt: suspicionẽ nullã habebam: te Reip. causa mare transiturũ: eãq; in spe magna fore: ut i Italia possemus aut cõcordiã cõstituere: qua mihi nihil utilius uidebat: aut Rẽp. sũma cũ dignitate defendere. Interim nõ dũ meis literis ad te platis: ex his mãdatis: quæ Dialio ad Coss. dederas: certior tui consilii factus: nõ expectaui: dũ mihi a te literæ redderentur.

confestimq; cum .Q. Fratre: & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere cœpi. Cum Teanum Sidicinum uenissem .C. Missus familiaris tuus: aliiq; complures attulerunt Cæsarem iter habere Capuã: & eo ipso die mansurũ esse Eserniæ. sane sum cõmotus: quod si ita esset: non modo iter meum interclusum: sed me ipsum plane exceptũ putabam. Itaq; rũ Cales processi: ut ibi potissimũ consisterem: dum certum nobis ab Esernia de eo: quod audieram referretur. At mihi: cum Calibus essem: affertur literarum exemplũ: quas tu ad Lentulum Cos. misisses. Hæc sic scriptę erant. Literas tibi a. L. Domitio ad. XIII. Calen. Martii allatas esse. earũq; exemplum subscripseras: magniq; interesse Reipub. scripseras: omneis copias primo quoq; tempore in unũ locum conuenire: & ut præsidii quod satis esset: Capuæ relinqueret. His ego literis lectis: in eadem opinione fui: qua reliqui omneis: te cum omnibus copiis ad Corfiniũ eẽ uenturũ: quo mihi: cum Cæsar ad oppidum castra haberet: tutum iter nõ arbitrabar. Cum res in summa expectatiõe esset: utrũq; simul audimus: & quæ Corfinii acta essent: & te iter Brundusium facere cœpisse. Cumq; nec mihi: nec fratri meo dubium esset: quin Brundusium contenderemus: a multis: qui e Samnio: Apuliaq; ueniebant admoniti sumus: ut caueremus ne exciperemur a Cæsare. quod is in eadẽ loca: quæ nos petebamus: profectus: celerius etiam quam nos possemus: eo: quo intenderat: uenturus esset. Quod cum ita esset: nec mihi: nec fratri meo: nec cuiquã amicorum placuit committere: ut temeritas nostra non solum nobis: sed etiam Reipub. noceret. cum præsertim non dubitaremus: quin si etiam tutum nobis iter fuisset: te tamen iam consequi non possemus. Inde primo accepimus tuas literas Canusio ad. X. Calẽdarum Martii datas: quibus nos hortaris: ut celerius Brundusium ueniamus: quas cum accepissemus ad. III. Calẽ. Martii nõ dubitabamus: quin tu iam Brũdusiũ peruenisses. nobisq; iter illud omnino interclusum uidebatur. neq; minus nos esse captos: quã qui Corfiniũ uenissent. Neq;.n. eos solos arbitrabamur capi: qui in armatorũ manus incidissent: sed eos nihilominus: qui regiõibus exclusi: intra præsidia: atq; ĩtra arma aliena uenissent. Quod cum ita sit: maxime uellem primũ tecũ semper fuisse: quod quidem tibi ostenderam: cum a me Capua

Eserniæ. Esernia colonia adhuc durat: quæ una cum alba deducta est. Auctor Liuius libro septimo. In libro Coloniarũ Esernia Colonia deducta est lege Iulia. iter populo debetur ped. x. Limitibus augusteis est assignatus. Teanum & Sidicinum iũge duo uocabula & dele copulatiuã: est enim Teanũ Sidicinum unũ nõ duo opida in samnio in Apulia.

Esernia.

Exceptum. Deprensum. Hodie captiuatum dicunt. Literas. Epistola Pompeii ad Lentulum: a qua ueluti ab hastæ Achillis Embolio: miror ac eruditio luculentissimi uiri cognoscitur.

Embolio.

Reliqui omnis. Scribendum omnes. Profectus. Sunt qui ꝑfecturus mallũt. Samio legendũ Samnio ac de Samnitibus intelligendum. Samnitũ populi in Appenino sunt q & Sabelli dicti diminutiuo uocabulo quod a Sabinis orti sunt auctorib. Plinio Strabone q; qui ait duce Tauro ĩ hec loca uenisse Opicis electis. de his Florus lib. primo sic ait. Samnitũ populos ualentes attamen fœdifragos ut qui sepius a Romanis rebellauerit cladibus ipsis animo siores: quinquaginta annos per Fabios & Papirios patres eorũq; liberos urbs Romana subegit. Postremo. primos ad Annibalẽ deficientes iterũ perdomuit. igitur a septẽtrione cũ Apulis a meridie cũ Cãpanis & Lucanis terminant. Caput eorum boianum Ptolemeo: boulanũ Plinio: quod adhuc extat. de quo Liuius in nono. In libro Coloniarũ sic scribitur. Bobianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt: populo iter amplius non debetur q̃ pedum. x. Ager eius per centurias & scamma est assignatus. Capua. Campana exploratione: ac Episcopi magistratu.

Reiiciebam. Abdicabã. Fortissimis. Domitio: Vibullio. Suspicione. Cõiectura in hoc loco. Hęc causa. Optimatũ conspiratio iustissima. Formã. Faciem funestã consulũ ac Senatus fugientiũ. Securus. Emẽda secutus/ qd in hoc cõsilio fugę potissimũ elegeris. Pace iũge cũ retinendo. Iuxta illud Italici. Pax optima rerũ quas homini nouisse datũ est. Vel iniqua cõditione. Etiã pactis nõ ęquis/ sed ꝑgraui Cæsare. De urbe. Retinẽda. Vrbem censebã non esse deserendam. Ostenderas. Inter sermones qd de Italia decerneres. Arbitror. Te nõ latere/ quod nihil mecũ decreueris. Non sumo.

Sumo. Non tantũ adscribo aut uideo. Phrasis Ciceroni ac aureo sęculo familiaris/ dicit & assumo: nunc barbare ꝑsumo. Excitari. Alleuari: in pristinas uires erigi. Excitata pinde dicuntur ędificia cum emergunt. Omni. Omnino. ꝓ totũ/ hodie dicit. In hac causa. Pace. Prę me tuli. Ostendi: significaui. Leuiora. Non ęque grauia: minus molesta. Duxi tecũ. Retuli ad cõsiliũ ac uolũtatem tuã/ ut idem uellẽ ac sentirẽ ꝙ tu. Iuxta tecũ rẽ belli ac pacis haberem. Quã. Rationẽ meã.

Tibi probaturũ. Ostensurũ tibi nõ esse omnino improbabilẽ.

Subiiceret. Scribe subiiceret.

Persona. Persona. Conditio dignitatis ac uitæ meæ. In homine ut sentit Vallensis ꝑsona significat qualitatẽ qua alius ab alio differt: tamen in animo: tũ in corpore: tũ in extrapositis: quæ a Rhetoricis enumeratur i attributis personę. Ideo figuræ & sigilla quędã: quæ rostris aut alia corporis ꝑte aquã fontanã emittũt: quia referũt uarias hominũ facies & gestus/ personæ dicuntur. Vnde Lucretius. Exuitur persona: manet res. Vt ille induit personã liberalis: sordidi/ senis/ amatoris. Rñdit Boethiũ Laurentius qui prodidit personam significare substantiã: qui sermo ãtea fuit iauditus. Sed qd

In Vallensem. O elegantissime Valla responde bis ad hæc Tranqlli uerba in Cęsare dictatore. Lecticarum usum: item conchiliatæ uestis & margaritarũ nisi certis personis & ętatibus: ꝑq; certos dies ademit. In eodẽ significatu iuriscõsulti sũt usi.

reiiciebam. quod feci: non uitandi oneris causa: sed quod uidebam teneri illam urbem sine exercitu nõ posse. Accidere autem mihi nolebã: quod doleo uiris fortissimis accidisse. Quoniã autẽ: tecũ ut essem: non contigit: utinã tui consilii certior factus essem. nam suspitione assequi non potui: ꝙ omnia prius arbitratus sum fore: quam ut hæc Reipu. causa in Italia non posset Duce te consistere. Neq; uero nunc cõsilium tuũ reprehẽdo: sed formã Reip. lugeo. Nec; si ego quid tu sis: securus nõ ꝓspicio: idcirco minus existimo: te nihil: nisi summa ratione fecisse: meaq; semper fuerit sententia: primũ de pace uel iniqua cõditione retinẽda: deinde de urbe. nam de Italia quidem nihil mihi unquã ostenderas. meminisse te arbitror. Sed mihi nõ sumo: ut meum consilium ualere debuerit. securus sum tuum: neq; id Reip. causa: de qua desperaui: quæ & nunc afflicta est: nec excitari sine ciuili perniciosissimo bello potest: Sed te quærebam. tecũ esse cupiebam. neq; eius rei facultatem: si qua erit: prætermittã. Ego me in hac omni causa facile intelligebã pugnandi cupidis hominibus nõ satisfacere. Primũ. n. præ me tuli: me nihil malle: ꝙ pacem: non quin eadem timerem: quæ illi: sed ea bello ciuili leuiora ducebam. inde suscepto bello: cũ pacis conditiones ad te afferri: atq; ad ea honorifice: & tarde responderi uiderem: dixi meam tecũ rationem: quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me esse unum: qui pro meis maximis in Rempub. meritis: supplicia miserrima: & crudelissima pertulissem. me esse unum: qui: si offendissem eius animum: cui tum: cum iam in armis essemus: consulatus tamen alter: & triumphus amplissimus deferebatur: subiicerer eisdem prœliis: ut mea persona semper ad improborum ciuium impetus aliquid uideretur habere populare. Atq; hæc

Argumentum.

QVAMVIS Lippiret Cicero officium tamen cum Attico non potest omittere. Consilium amici per literas petit/ ut decernat tandem an eundum/ an standum sit. omnia sibi esse integra ait/ peccasse nihil. per mare transire non potuit. Calculis & sententiæ Attici stare decernit: & salubribus consiliis eius adherere: quem nouit coniecturæ esse nunꝙ fallacis.

non ego prius sum suspicatus:q̃ mihi palam denũ-tiata sunt:neq; ea tam pertimui: si subeunda essent: quã declinãda putaui:si honeste uitare possem.quoniam breuem illius temporis:dum in spe pax fuit:rationem nostrã uides: reliqui facultatem res ademit. iis autem: quibus non satisfacio: facile respondeo. neq;.n.ego amicior.C.Cæsari unq̃ fui:quã illi:neq; illi amiciores Reipu.quã ego. Hoc inter me: & illos interest:quod/cum & illi ciues optimi sint:& ego ab ista laude nõ absim:ego cõditionibus: quod idẽ te intellexerã uelle:illi armis disceptari maluerũt:quę/ quoniã ratio omissa est:perficiam profecto: ut neq; Resp.ciuis a me animũ:neq; tu amici desideres. Va (le.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Mihi molestior lippitudo erat etiam: quã ante fuerat. dictare tamen hanc Epistolam malui:quã Gallo Fabio amantissimo utriusq; nostrum nihil ad te literarum dare.nam pridie quidem quoquomodo potueram:scripseram ipse eas literas.quarum uaticinationem falsam esse cupio. Huius autẽ Epistolæ nõ solum ea causa est: ut ne quis a me dies intermittatur: quin dem ad te literas:sed etiam hæc iustior: ut a te impetrarem:ut sumeres aliquid temporis:quo/quia tibi perexiguo opus est:explicari mihi tuum consilium plane uolo: ut penitus itelligam. Omnia sunt integra nobis.nihil prætermissum est:quod non habeat sapientem excusationem: nõ modo probabilẽ. Nam certe neq; tum peccaui:cũ imparatam iam Capuam:non solum ignauiæ delectus:sed etiam perfidiæ suspitionem fugiẽs:accipere nolui.neq;:cũ post conditiones pacis per.L.Cæsarem:& Fabiũ allatas: caui:ne animũ eius offenderem:cui Põpeius iam armatus armato Consulatũ: triũphũq; deferret. Nec uero hæc extrema quisquã potest iure reprehẽdere: quod mare nõ transierim.id enim:& si erat deliberationis: tamen obire non potui. Neq; enim suspicari debui:præsertim cũ ex ipsius Põpeii lrĩs: idẽ/quod te uideo existimasse:nõ dubitarim:quin is Domitio subuẽturus esset. Et plane quid rectũ:& quid faciendũ mihi esset: diutius cogitari malui. Primũ igitur hæc:qualia tibi esse uideantur: & si sæpius significata sunt a te:tamen accuratius mihi perscribas uelim.

¶Interpretatio.

Mihi molestior. Ita legẽdum est excluso uerbo nihil/nec te offẽdat uerbum tamen. Sẽsus est Ciceronis. Non libenter ad te aliena manu scripsi/tamen ueniente ad te tam certo nuntio/ malui dictare hoc quantulũcunq;/ q̃ sermones nostros interrumpere: uel omittere statos ac solẽnes. Sumeres. Tẽpusculi subsicitui occasionem aucupareris. Integra. Reseruata: ut hodie dicunt: barbare tamen. Non sum inimicus Pompeii nec Cæsaris. Ignauiæ. Legendum ignauiam. noluit Cicero confide re delectui Cãpano segni & otioso. Nam inde milites suos fœminas eduxit Annibal: quos uiros ad hyemandum introduxerat: unde alibi Cicero in oratione cõtra Pisonem. Dignus Capua. sed illa uetere Capua a Capy Troia no dicta/uel a campestri planitie sumen est & deliciæ Italiæ. De fumine patet/ illic.n.fuit: ut Plinii uerbis utar liberi ceterisq; certamen:tanta soli ubertas ut una nocte prica subnascentibus herbis uelaretur/facilitas soli mira/cum qua colono lucrari necesse non erat.de qua pene illud Ouidianũ dici poterat. Per se parit omnia tellus.Deliciæ inumeræ/rosa pre cox/pestana uireta/citreta/ungẽta loco peculiaria/prȩsertim in io ro seplasia/unde latini seplasiariũ κατ᾽ ἐξοχὴν unguentariũ appellant/equis/ alimentis exquisitissimis abundans/quæ queram finnum imperio propter dotes natiuas date potuit/a Romanis deleta est. Superbissimi insolentissimiq; fuerunt/ausiq; duris temporibus/afflicto strage cãnensi Po. Romano/alterum consulem ut Romæ crearetur petere/quod cũ minime impetrassent/ad Annibalem defeciuerũt. Eius. Cæsaris. Deliberationis. In deliberatione mea positum. Obire. Perficere. Suspicari. Esse trans mare Pompeium.

Integra.

Ecquæ. Num quid aliqua in me. Persona. Qualitas: industria: animi tenor. In bellatore. In armis. Bellator tantū desideretur Mars/ non Mercurius pacificator. Officio metior. Ad officium ac uirtutem redigo. Illorum temporum. Clodianorum/ ut me seruarem integrum. idest neutralem monebis. Calculos. Pristinas rationes/ seruemus nos incolumes. Quos. Rationem uiuendi. Tum. Cum feruebant animi ante experientiam mali. Abiecimus. Spreuimus: sequi recusauimus. Gloriosis. Ad speciem. Præscribo. Tibi ac tuo consilio assigno: limito.

Videbis. Cōsiderabis. Misit. Nescio quis græculus: nec supius mittentis nomen posuit.

Deinde aliquid etiam in posterum prospicias: fingasq;: quem me esse deceat: & ubi me plurimū prodesse Reipu. sentias. ecquæ pacifica persona desideretur: an i bellatore sint omnia. Atq; ego: qui omnia officio metior: recordor tamen tua cōsilia: quibus si paruissem: tristitiam illorum temporum non subiissem. Memini quid mihi tū suasens per Theophanē Culeonem: idq; sæpe ingemiscens: sum recordatus. Quare nūc saltē ad illos calculos reuertamur: quos tum abiecimus: ut non solum gloriosis consiliis utamur: sed etiā paulo salubribus. Sed nihil præscribo. accurate uelim perscribas tuam ad me sententiā. Volo etiam exquiras quam diligentissime potens (habebis autem: per quos possis) quid Lētulus noster: quid Domitius agat: quid acturus sit. quemadmodum nunc se gerant. num quem accusent. num cui succenseant. quod dico num cui: id est num Pompeio. Omnino culpam omnem Pompeius in Domitiū confert: quod ipsius literis cognosci potest: quarum exemplum ad te mitto. Hæc igitur uidebis: & quod ad te ante scripsi. Demetrii Magnetis librū: quē ad te misit de concordia: uelim mihi mittas. Vale.

Argumentum.

EXCVSAtio Pompeii ad Consules de. L. Domitio & de ɔsilio belli.

Interpretatio.

DISPER Sos. Vnde manauit adagium / scopæ solutę. Copia. Pro copiis. Phrasis militaris. Cæsar primo Gallico cōmentario. Tondē numero Pedites uelocissimi ac fortissimi: quos ex omni copia: singuli singulos: suæ salutis causa delegerant. Albæ. De Alba marsiorum intelligit. Est enim Eluiorum Alba: Marsorum & latinorū. Illuc. Ad manifestū extiū cōtra Cęsarē instructissimū.

Canusium. Opidum Apuliæ: unde lanæ ptiosissimæ ueniebāt: quas miratus est epigrāmatista: qui canusinatū canusinā lanam indutum uocat: his propemodū uerbis. Et canusinatus nostro Syrus assere iudet. Duellio. Deducit originē ab eo duellio bellico/ so/ cui a ferocitate bellica nomen est iditū/ quasi bellio unde Duellona Bellona/ duellare bellare.

Copia. Alba Marsorum.

Cn. Pom. Mag. M. Marcello: & L. Lētulo Coss. S.

EGo: quod existimabā dispsos nos: neq; Reip. utiles: neq; nobis præsidio eē posse: idcirco ad. L. Domitiū literas misi. primū ut ipse cū omni copia ad nos ueniret: si de se dubitaret: & cohorteis. XIX. quę ex Piceno ad me iter habebāt: ad nos mitteret. Quod ueritus sum: factū ē: ut Domitius iplicaretur: neq; ipse satis firmus eēt ad castra faciēda: quod meas. XIX. & suas. XII. cohorteis tribus in oppidis distributas haberet. Nā partim Albæ: partim Sulmone collocauit: neq; si uellet: expedire posset: nūc scitote me esse i sūma solicitudine. nā & tot: & taleis uiros periculo obsidionis liberare cupio: neq; subsidio ire possum: quod his duabus legionib. nō puto eē cōmittēdū: ut illuc ducātur. Ex quib. tn̄ nō amplius. XIIII. cohortes contrahere potui: quas Brundusiū misi: neq; Canusiū sine præsidio: dū abessem: putaui esse imittendū. Duellio mādauerā: quod maiores copias spabā nos habituros: ut/ si uobis uideretur: alteruter uestrū ad me ueniret: alter in Siciliā cū ea copia: quam

Capuæ: & circum Capuam comparastis: & cum iis militibus: quos Faustus legit: proficiscerentur. Domitius cum. XII. suis cohortibus eodem adiūgeretur: reliquiæ omnes Brundusium cogerentur: & inde nauibus Dyrrachium transportarentur. Nunc: cum hoc tempore nihilo magis ego: quam uos subsidio Domitio ire possim: seu per monteis explicare: non est nobis cōmittendū: ut has. XIIII. cohortes: quas dubio animo habeo: hostis accedere: aut itinere me cōsequi possit. Quā ob rē placitū est mihi. Aliter uideo cēsen Marcello: & cęteris nostri ordinis: qui hic sunt: ut Brūdusiū ducerē hāc copiā: quā ego habeo mecū. Vos hortor: ut quodcūq; militum cōtrahere poteritis: contrahatis: & eodem Brundusiū ueniatis quāprimū. Arma: quæ ad me missuri eratis: iis censeo armetis milites: quos uobiscū habetis: quę arma superabunt ea: si Brundusium iumentis deportaueritis: uehementer Reipu. profueritis. De hac re uellē nostros certiores faceretis. Ego ad. P. Lupū: &. C. Coponium prætores misi: ut se nobis cōiungerent: & militū quod haberent: ad nos deducerent. Vale.

CN. POM. Procos. L. Domitio Procos. S.

MIror te ad me nihil scribere: & potius ab aliis: q̄ a te de Repu. certiorem me fieri. Nos disiecta manu pares aduersariis eē nō possumus. cōtractis nostris copiis: spero nos & Reipu. & saluti cōmuni prodesse posse. Quā ob rē cū cōstituisses: ut Vibullius mihi scripserat: ad. V. Id. Feb. Corfinio proficisci cū exercitu: & ad me uenire: miror: q̄d causę fuerit: q̄re cōsiliū mutaris. Nā illa cā: quā mihi Vibullius scribit: leuis est: te ꝑpea moratū esse: quod audieris Cæsarē firmo ꝓgressu in castrū Truētinū uenisse. Quāto. n. magis appropinquare aduersarius cœperat: eo tibi celerius agendū erat: ut te mecū cōiungeres: prius: q̄ Cæsar aut tuū iter īpedire: aut me abs te excludere posset. Quam ob rem etiam rogo: & hortor: id quod nō desisti superioribus literis a te petere: ut primo quoq; die Luceriā aduenires ante: quam copiæ: quas instituit Cæsar cōtrahere: in unū locū coactæ: nos a nobis distrahant. sed: si erunt: qui te impediant: ut illas suas seruent: æquum est me a te impetrare: ut cohortes: quæ ex Piceno: & Camerino uenerūt quæ fortunas suas reliquerūt: ad me missum facias. Vale.

Cōmittendum. Scribe. dimittendū. Alteruter. Vel Lētulus uel Marcellus. Copia. Delectu: apparatu. Dirrachiū. Ciuitas notissima, eodem hodie nomine dicta. quoniā peninsulā habet cōfragosam instat Spinæ humanæ sphōdylis asperæ, ideo Dirachiū quasi disrachium dicitur. Rachis enim spina huiusmoid uocitatur.

Dirachiū. Rachis.

Transportarentur. Traiicerentur. Explicare. Expedire ad Domitiū transire. Accedere. Scribendum accidere, hoc est concidere. Placitū. Non ducere copias pro defendendo Domitio.

Cēseri. Iudicari a Marcello ut non iuuarem Domitium, sed copias Brundusiū transportarem.

Superabūt. Supererūt. Militum quod haberēt. Milites oēs quos conscripsissent.

¶ Argumentum.

DOMITium Pompeius hortatur ut ad eum prope scribat, ac copias cōferat. quoniam disiecti pares esse non possumus.

¶ Interpretatio.

dISIECTA manu. Copiis diuisis. Cōtractis. Coactis & conuocatis.

Vibullus. Lege Vibullius: de quo Cæsar primo belli ciuilis cōmentario. Firmo. Ciuitate Italiæ firmana. Progressu. Lege progressum. Castrum. Castellum. Truentinum. De fluuio Truēto cum opido eiusdem nominis quod solum Liburnorū in Italia reliquum est: de quo sic scribitur ī libro coloniarū. Ager Cuprensis: Truentinus: Castranus: Atemensis lege augusta sunt adsignati. Eo agendum. Tanto magis studendū. Primo quoq; die. Confestim: q̄primum. Copias: Copiæ ueteres codices.

Truentū. Castranus ager.

Fortunas. Vt mihi seruirent.

Missum facias. Missas facias: cōmeatum des.

Hærere.

¶ Argumentum.

EPISTOLA Pompeiana ad eũdem Domitiũ scripta eiusdem pene argumenti cum superiori: qua peritissimus scientiæ militaris dux colligitur Pompeius.

¶ Interpretatio.

SECVNDVM. Iuxta. Hęrebis. Implicaberis: attonitus reddens. Satyrus. Hæret Et dubitat alta Chionem deducere sella. Prouerbium apud eundem .M. Tulliũ. hæret i salebra. Anni tempus. fortasse pluuiosum. Ruit hymbriferum uer. Receptum. Præsidium quo me recipiam omnibus prę sidiis abductis: unde natum est Canere receptui pro eo quod est reuocare exercitum in loca tutiora. Fit id etiam cũ bello i uespertino tẽpus tracto nox quietis parẽs admonet lassis militibus iubendũ ut corpora curẽt. hoc. f. canere receptui milites facitare solẽt cũ repentina aduersariorũ impressione ordines suorũ labare uidẽt. Cũ sudore et marte nostro latis et affatim aduersariũ contriuimus: in quã significationẽ uergit illud ouidianũ. Cane musa receptu. Hoc uti ꝑuerbialiter possumus cum fecimus satis desiderio nostro/ nec offõ defuimus/ admoniturí cessandũ iã esse: dicere possumus: cane musa receptu. q̃uis i pollutis igeniosi poetę codicib. recessu nõ receptu legatur: q͛d ex latinissimæ dictionis iscitia cõtingere solet. Describũtur hodie libri mẽdosissimi et mendosissimi ueneũt. simiæ togatæ purpuram induũt: et camelli saltãt: docti irrũpẽtibus idoctis prouinciã emẽdãdi defugerunt: grãmaticulis et pædagogis patet hic cãpus: q q͛d ñ itelligũt: eradũt: et stultitiã suã pdocent. adeoq; crescit i dies hoc malũ: ut malo fuerit hæc ꝑmẽdo rũ noua librorũ industria. Cohercẽdi sunt bibliopolæ ut literatos. et si fieri possent aristarchos adhibeãt describẽdorũ librorũ cẽsores nõ ferulatum plagosos orbilios.

Perrũpere. Egredi ad ꝑcinct ũ.

CN. POM. L. Domitio Procos. S.

LIteras abs te. M. Calenius ad me attulit ad. XIIII. Calendarum Martii: in quibus literis: scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem: et si secundũ mare ad me ire cœpisset: confestim in Samnium ad me uenturum. Sin autem ille circũ istæc loca cõmoraretur: te ei/ si propius accessisset: resistere uelle. Te animo magno: & forti istam rẽ agere existimo: sed diligẽtius nobis est uidendum: ne distracti: pares aduersario esse non possimus: cum ille magnas copias habeat: & maiores breui habiturus sit. Nõ enim pro tua prudẽtia debes illud solum animaduertere: quot in præsentia cohorteis contra te habeat Cæsar: sed quãtas breui tempore equitum: & peditum copias contracturus sit. cui rei testimonio sunt literæ: quas Bussenius ad me misit: in quibus scribit id: quod ab aliis quoq; mihi scribitur: præsidia Curionẽ: quæ in Vmbria: & Thuscis erant: contrahere: & ad Cæsarẽ iter facere. Quæ si copiæ i unum locum fuerint coactæ: ut pars exercitus ad Balbum mittatur: pars ad te accedat: ut non pugnet: sed locis suis repugnet: hærebis: neq; solus cum ista copia: tantam multitudinẽ sustinere poteris: ut frumẽtatum eas. Quam ob rẽ te magnopere hortor: ut quãprimũ cum omnibus copiis huc uenias. Coss. constituerunt idẽ facere. Ego Vetustileo ad te mãdata dedi: prouidẽdũ eẽ: ne duę legiones sine Picẽtinis cohortibus in cõspectũ Cæsaris cõmitterẽtur. Quam ob rẽ nolito cõmoueri: si audieris me regredi: si forte Cæsar ad me ueniet. Cauẽdum enim puto eẽ: ne implicatus hæreã. nã neq; castra propter anni tẽpus: & militum animos: facere possum: neq; ex omnibus oppidis cõtrahere copias expedit: ne receptũ amittã. Itaq; nõ amplius. XIIII. cohortes Luceriam coegi. Coss. præsidia omnia deducturi sunt: aut in Siciliam ituri: nam aut exercitũ firmũ habere oportet: quo cõfidamus ꝑrũpere nos posse: aut regiões eiusmodi obtinere: e quibus repugnemus: id/ quod neutrũ nobis hoc tẽpore contingit: quod & magnam partem Italiæ Cæsar occupauit: & nos nõ habemus exercitũ tam amplũ: neq; tã magnũ q̃ ille. Itaq; nobis prouidẽdũ est: ut summã Reip. rationem habeamus. Etiam/ atq; etiam te hortor: ut cum omni copia: quãprimum ad me uenias.

Possumus etiam nunc Remp. erigere si cõmuni cõsilio negociũ administrabimus. si distrahemur: infirmi erimus. mihi hoc cõstitutũ ẽ. His literis scriptis: Sica a te mihi lr̃as attulit: & mandata: quod me hortare: ut istuc ueniam. id me facere nõ arbitror posse: quod nõ magnopere iis legionibus confido. Vale.

Cn. Pomp. L. Domitio. S.

Literæ mihi a te redditæ sunt ad. XIIII. Calen. Mart. in quibus scribis. Cæsarẽ apud Corfiniũ castra posuisse. Quod putaui: & præmonui fit: ut nec in præsentia cõmittere tecum prœliũ uelit: & omnibus copiis conductis: te implicet: ne ad me iter expeditum tibi sit: atq; istas copias cõiungere optimorum ciuiũ possis cum his legionibus: de quarum uoluntate dubitamus: quo magis etiã tuis literis sum cõmotus. Neq; enim eorum militum: quos mecum habeo: uoluntati satis confido: ut de omnibus fortunis Reip. dimicem. Neq; etiam: qui ex delectibus conscripti sunt: a Coss. conuenerunt. Quare da operam: si ulla ratione etiam nunc efficere potes: ut te explices: & huc quamprimum uenias: ante: quam omnes copiæ aduersariorum conueniant. Neq; enim celeriter: huc homines conuenire possunt: etsi cõuenirent: quãtũ iis cõmittendum sit: quod inter se ne noti qdẽ sunt: contra ueteranas legiones: non te præterit. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus: & eadẽ causa breuitatis: etsi nũc qdẽ: quod scriberẽ: nihil erat. oĩs expectatio nostra erat in nuntiis brundusinis. si nactus hic esset Cn. nostrũ: spes dubia pacis: sin ille ante trãsmisisset: exitiosi belli metus. Sed uides ne: in quẽ hominẽ inciderit Resp. q̃ acutũ? q̃ uigilantẽ: q̃ paratũ? Si mehercule neminẽ occiderit: nec cuiq̃ quicq̃ ademerit: ab iis: q eũ maxime timuerãt: maxime diligetur. multũ mecũ municipales homines loquũtur: multũ rustici ani. nihil prorsus aliud curãt: nisi agros: nisi uillulas: nisi numulos suos. Et uide q̃ conuersa res est. illũ: quo antea confidebant: metuũt: hunc amant: quẽ timebãt. id quãtis nostris

Cõstitutum. Decretum ut ad nos uenias. Legionibus. Nouis & infidis.

Argumentũ.

Vis Consilii expers mole ruit sua: factum est quod sæpe monuerat Põpeius / Domitius hęsit in luto.

Interpretatio.

FIT. Veteres codices: sic fit uel iũge supiori clausule / qđ putaui & p̃monui fit / ut / & reliqua. In præsentia. Exercitũ firmiorem expectans. Conductis. In unum cõtractis. Istas copias. Tibi non sit integrũ tuas copias & Actianas nobiscũ cõiungere. Legionibus. Quas habemus. Volũtati. Lege uoluntate. Explices. Ex his locis. Corfiniensibus euoles. Huc. Corfiniũ. Homines. Turba mea militaris. Cõmittendum. Credendum. Ne noti sunt. Corrige. Ne noti quidem sunt. Præterit. Latet. Ducem suum ignorant & ignorantur a duce.

Argumentum.

DE BELLO coniecturæ. Si Pompeius mare transit / aliqua spes pacis affertur. sed dubia.

Interpretatio.

EADEM. Lippitudo ẽ causa breuitatis. Nactus. Inuenisset nũtius Cæsa. forte Balbus. Hic. Brũdusii. Dubia. Licet dubia. Ille. Pompeius. Transmisisset. Traiecisset. Hominẽ. Cæsarẽ. Acutũ. Aio celeri / nõ acie mentis hebeti uel obesa / Pli. li. vii. nat. hist. Celeritatẽ i Cęs. quodã igne uolucrẽ adminat̃ q cũcta p̃uenie bat / ẽt de seipso nũtios alibi Cic. istud τέρας qua celeritate p̃ditũ est: Cato ex oĩb. q ad occupandã rẽpu. ullo i tpe irruerũt solũ Cęsarẽ solariũ fuisse refert. quem tñ in oratõe p Marcello plausibilit̃ admiratur. Aius tuus his angustiis / quas nobis natura dedit ad uidẽdum nunq̃ potuit esse contentus semp imortalitatis amore flagrauit. Inciderit. Incursauerit. cõploserit. Multũ. In laude Cęs. Cõuersa. Mutata. Illũ. Põp. Quo. In quo. Hũc. Cæs.

Peccatis. Erratis: qui deseruimus Italiã. Impẽdere. Ingruere mali. ℂ Argumentum.

EXCVSatio quod scribit uel potius scriptitat de rebus eisdẽ inaniter. Rẽ sæpius repetitã iterũ cũ Attico: repetit ac euẽtilat, & qm̃ sępe idẽ facit auerat excusat nõ ex p̃ua cã, sed oium maxia aium ancipitẽ, & ꝯtraria mõ sentiẽtem, qm̃ cũ attico loqꝫ tãq̃ secũ. Mox Cęsarẽ male cãæ auctorẽ patiorẽ eẽ fateꝫ. ℂ Interp̃tatio.

REQVIESCO. Respito aures nactus tuas: q̃bus tute cũcta depono.

Multo magis. Regesco. Debuerit. Naturaliter contigerit. Et sit scribit Beroaldus. Multum. Scribe mutum ex Beroaldo. Catullus. Muta omnia sunt: deserta: ostentant omnia lethum. Propius. Sumus. Biduũ. Spatio bidui. Vertitur. Inclinatur in primum uer. Primi. Verni. Video. Colligo uel audio. Feralibus. Parentalibus in Februario: unde nomen inditum mensi. iuxta illud Ouidianũ. Februa Romani dixere piamina patres. Februarius habet solem in aquario. Est in tutela Neptuni. Segetes sarriũtur: Vinearũ superficiũ colitur. Harundo incẽditur. Lupeal. parental. Cara cognat. Terminalia. Feral. parẽtalia dicũtur quod ea die mortuis parentatur. nunc dies mortuorũ dicitur. Ambulat. Vagaꝫ ex libidine sua. His dictis. Talibus persuasionibus.

Feralia. Februa. Supficiũ. Parental. Cara cognatorum.

Nihil. Proficio. Ferẽda. Toleranda a nobis. Nos sequi nõ debuimus. Alii ferenda scribũt. hæc uerba nunc habenda non fuerũt.

Quis est. Tam firmo pectore: Tam rigidus: Tam stoicus: ut in his fortunæ uicibus animũ ac sententiã nõ mutet. Manet. Perseuerat sententia tua. Si tu in sententia perstas. Vices fortunę uariãt sniam nostrã, ac sæpe uirturẽ lubricare cogũt. Pericles prius satis forticulus uicib. fortũę q̃ssatus ẽt fascinũ ac philtra mulierculatũ amuletaq; morbi collo ferebat

peccatis: uitiisq; uenerit: non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendere putarem: scripseram ad te: & iam tuas literas expectabam. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

NOn dubito: quin tibi odiosę sint epistolæ quotidianæ: cũ præsertim: neq; noua de re aliqua certiorem te faciã: neq; nouam deniq; iam reperiam scribendi ullam sentẽtiam. Sed si dedita opera: cũ causa nulla esset: tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem: facerem inepte. euntibus uero domesticis præsertim: ut nihil ad te dem literarũ: facere nõ possum: & simul (crede mihi) requiesco paululũ in his miseriis: cum quasi tecum loquor. Cũ uero tuas Epistolas lego: multo etiã magis omnino intelligo: nullũ fuisse tẽpus post has fugas: & formidines: quod magis debuerit mutũ eẽ a literis: propterea ꝙ neq; Romæ quicq̃ auditur noui: nec in his locis: quæ a Brũdusio absunt propius: q̃ tu biduũ: aut triduũ. Brundusii autem omne certamen uertitur huius primi tẽporis. qua quidẽ expectatione torqueor. sed omnia ante nos sciemus. Eodẽ. n. die uideo Cæsarẽ a Corfinio post meridiẽ profectũ esse: id est Feralib. quo Canusio mane Pompeiũ. Eo modo autem ambulat Cæsar: & his triariis militũ celeritatem incitat: ut timeã: ne citius ad Brũdusiũ: q̃ opus sit: accesserit. Dices: Quid igitur proficis: qui anticipes eius rei molestiã: quã triduo sciturus sis? Nihil equidẽ: sed ut supradixi: tecũ perlibẽter loquor. & simul scito labare meũ consiliũ illud: quod iã satis fixũ uidebatur. nõ mihi satis idonei sunt authores ii: qui a te probãtur. Quod enim unquã eorũ in Rep. forte factũ extitit: aut quis ab iis ullã rem laude dignã desiderat? Nec mehercule laudãdos existimo: qui trans mare belli parãdi cã profecti sunt. quãquã hæc ferẽda nõ erãt. Video. n. quantũ id bellũ: & q̃ pestiferũ futurũ sit. sed me mouet unus uir: cuius fugiẽtis: comes: Rẽp. recuperãtis: socius uideor esse debere. Toties ne igitur sententiã mutas? Ego tecũ tãquã mecũ loquor. Quis autem est: tanta quidem de re: quin uarie secũ ipse disputet? simul & elicere cupio sententiã tuam: si manet: ut firmior sim: si mutata est: ut tibi assentiar. omnino ad id: de quo dubito: pertinet me scire:

In Tiburti aut lepidi. Lege in Tiburti lepidi/ut. Sum in Tusculano Ciceronis. Adipiscendi. Maritimi itineris. Coreni. Coroni scribe. in laconia. Alii coronã uocãt ut Strabo in octauo. Corona.

¶ Argumentum.

R ESPONDET ad Epistolas nõnullas Attici. De Vibullio nõnulla. De Cæsare quẽ uitare cogitat/ Versari se in periculo qm̃ uictoria est incerta:& ad causam deteriorẽ pronior est. Non moueri auctoritate consulũ. Officii deliberatio tantũ cruciat: qm̃ honestior q̃ cautior esse desiderat. Consules traiecerũt. Se a Balbo derideri.

quid Domitius acturus sit: quid noster Lentulus. De Domitio uaria audimus: modo esse in Tiburti Lepidi: cum quo Lepidus accessisset ad urbem: quod item falsum esse uideo. Sed enim Lepidus: cũ nescio quo penetrasse itineribus occultandi sui causa: an maris adipiscendi: ne id quidem scit. ignorat enim de filio. Addit illud sane molestum: pecuniam Domitio satis grandem: quam is Coroni habuerit: non esse redditam. De Lentulo aũt nihil audimus. Hæc uelim exquiras: ad meq; perscribas. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD quintum Non. Mart. Epistolas tuas Aegypta reddidit/unã ueterẽ ad .IIII. Calen. quam te scribis dedisse Pinario/ quem non uidimus/ in qua expectas quidnã præmissus agat Vibullius/qui omnino non est uisus a Cæsare. ĩ altera Epistola uideo te scire ita esse/& quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem/quẽ omnino uitare cogito/ & Anthedonis phycon rendis: cõmutationẽq; uitæ tuæ: quod tibi puto esse faciendum/& ignoras/ Domitius cum fascibus ne sit/quod cum scies/facies/ut sciamus. Habes ad primã Epistolã. secutæ sunt duæ prid. Calẽ. ãbæ datæ/quæ me cõuellerunt de pristino statu/nã tñ/ ut ãte ad te scripsi/labãtẽ. Nec me mouet/quod scribis μεμψήμοιρον nam piculũ in utriusq; iracũdia positũ est. Victoria aũt ita incerta: ut deterior causa paratior mihi eẽ uideatur. Nec me Coss. mouent: qui ipsi pluma: aut folio facilius mouentur. Officii mei

¶ Interpretatio.

PRAEmissus Vibullius. Cæsar in cõmentariis. Lentulus Spinter relictus a suis militibus in itinere incidit in Vibuliũ missum a Pompeio in agrũ Picenũ cõfirmando rũ hominũ cã. Hemonis fugã. Sũt qui scribũt: hęmoniã fuga tẽdit. est.n. hęmonia ciuitas ĩ phrygia. Nõnulli nimis audacter: Anthedonis Phycon tẽdis emẽdãt: & de Glauco intelligunt/ q alga uorata/seu alia herba: quã uocãt fucum/naturam cõmutauit & factus ẽ deus: de quo sic Ouidius. Glaucus

Miraq; quẽ subito fecerat herba deum. historia est apud honoratũ grãmaticũ/significãt hæc uerba Atticũ terrã pro terra quęrere ut fecit Glaucus Anthedonis piscator: quẽ pertesum uitæ prioris gustata herba ĩ mare desiliisse prodũt/ ac uiuendi cõsuetudinẽ cõmutasse: quod Atticus optabat. Cõuellerũt. Remouerũt: Conuelli dicimus & conuulsi. Conuelli.

Statu. Consilio in quo stabã.

Io nupsi meũ. Aldus emẽdat. μεμψίμοιρον. i. q̃rulũ ac uituperatorem/uel quod magis placet: ὁ ἰὼ/ νοῦ μεμψίμοιρον/hoc est infausti ingenii q̃rimonia: significat Atticus Ciceronem frustra Cæsarem modo: modo Pompeiũ uituperare: queri semper & dolere: nihilq; aliud hac querimonia proficere q̃ quod infaustum sibi exitũ struit. Defendi quoq; potest prisci codicis lectio/quæ habet: Ιὼ nupsi. meum. Quid O Cicero tantum affligeris. Fac quod circũspecta matrona: quæ post nuptias qualẽcunq; sortita maritum/exclamat: Ιὼ nupsi. meum uirum habeo. hic uir meus est. ulterius quærere non debeo quod inueni. Itaq; tu alterũ eligito/& uiue & uale. Ιὼ. Vox in matrimoniis usurpata auctore Plauto & Catullo/etiã adeptorum quod optabunt/Ouidio Teste de arte amandi.

Dicite Ιὼ pęan: & Ιὼ bis dicite pęan:

Decidit in casses pręda petita meos.

Meũ. Habeo maritum: Respondet Cicero non esse idem quoniã mala electio posset illũ perdere. Deterior. Cæsariana. Paratior. Munitior: instructior. Officii mei. Quid ad me ptineat.

Deliberatio. Cōsultatio. Traiectio. Transmittere ac trāsire ad Pompeiū. Pauci. Pręponit honestum utili. Vox heroica: principeq; Senatus Cicerone digna: ac literarū uirtutisq; duce. Congressum. Cęsaris ac Pompeii: uultu familiari/ illoq; sermone domestico cuncta putas sanari posse. Transeunt. Ad Pompeiū.

Quo modo nūc est. Prout nūc res se habent. Seronas/ Fauni/us. Scribe/ Serranus/ Fānius uel Fauonius. Eorum. Cōsulum.

Desero. Lege Decerno. Potero. Liber ero a Cęsare in castris Pompeianis. Vicem. Sortem.

¶ Argumentum.

HORTATVR Ciceronem Balbus ut duces ad pacem reuocet: quo Cęsari nihil acceptius facere poterit. Se tamē irrideri putat Arpinas orator.

¶ Interpretatio.

hVC. Ad hāc pacis procurandę curam. Reiicis. Conuertis: Gaditanum uerbū: hoc est uerbi improprietas. Timere. Quoniam generosus animus magis mori uult q̄ uictus supplicare. Victi a poenis/ a Pyrrho Romani pacem respuerunt/ quam uictores nō pernegarūt/ quia tunc accipere/ nūc dare uidebantur. Qui non. Vt non. Miser. Quoniam amico Pompeio maxime afficiebatur.

Ante me. Me longe magis. In consulatu. Procōsulatu potius/ nisi consul creatus nūc erat uel saltem designatus. hic tamen ex inferioribus Marcellus aut Lētulus intelligit. Consulē. Pōponio ambitiosissime honores alienos occupāteq; secū cōsules: ut purpurata mācipia trahebat: priuatę cuna uocis testis erat. hyp/ bolicos & opte Cornelius Balb. i potētiā Pōpeii uellicat: q̄ cōsulari dignitate primaria in urbe Rōa ab utebat/ ut Sylla ad ppulit ada ppria incōmoda/ & odia priuata explēdamō ad decus ac honorē publicū augēdū/ aut recupandū. Vterq; Pōp. Scilicet ac Pōp. mitigare uolebāt nō urbē defēdere

deliberatio cruciat: cruciauitq; adhuc. Cautior certe est māsio. Honestior existimatur traiectio. Malo interdum multi me non caute: quā pauci: nō honeste fecisse existiment. De Lepido: & Tullio quod quaeris. Illi uero nō dubitant: quin Caesari praesto futuri: in Senatūq; uenturi sint. Recentissima tua est Epistola Cal. data: in qua optas congressum: pacem nō desperas. Sed ego: cum haec scribebam: nec illos congressuros: nec si congressi essent: Pompeiū ad ullam conditionem accessurū putabam. Quod uideris nō dubitare: si Coss. trāseant: quid nos facere oporteat: certe transeunt: uel/ quomodo nunc est: transierunt. Sed memēto praeter Appiū: neminē esse fere: qui nō ius habeat trāseundi. nā cū imperio sunt: ut Pompeius: ut Scipio: Seranus: Fauonius: Voconius: Sestius Ipsi Coss. qbus more maiorū concessum est uel oēs adire Prouincias: aut legati sunt eorū. Sed nihil decerno. Quid placeat tibi: & quid propemodū rectū sit: itelligo. Plura scriberē: si ipse possem: sed/ ut mihi uideor: potero biduo. Balbi Cornelii literarū exemplū: quas eodem die accepi: quo tuas: misi ad te: ut meā uicē doleres: cū me derideri uideres. Vale.

L. COR. Balbus. M. T. Ciceroni Imp. S.

OBsecro te Cicero: suscipe curā & cogitationē dignissimā tuae uirtutis: ut Caesarem: & Pōpeiū perfidia hominū distractos: rursus in pristinā concordiā reducas. Crede mihi: Caesarē nō solū in tua fore potestate: sed etiā maximū beneficiū te sibi dedisse iudicaturū: si te huc reiicis. Velim idē Pōpeius faciat: qui ut adduci tali tēpore ad ullā conditionē possit: magis opto: q̄ spero. Sed cū cōstiterit: & timere desierit: tū incipiā nō desperare: & tuā authoritatē plurimū apud eū ualiturā. Quod Lētulū Cos. meū uoluisti hic remanere: Caesari gratū: mihi uero gratissimum mediusfidius fecisti. Nam illum tanti facio: qui nō Caesarē magis diligam: qui si passus esset: nos secū: ut consueueramus: loqui: & nō se totū etiam: & etiā a b sermone nostro auertisset: minus miser: q̄ sum: essem. Nam caue putes: hoc tempore plus me quēquā cruciari: quod eum: quē ante me diligo: uideo in cōsulatu: quiduis potius esse: q̄ Cos. Quod si uoluerit tibi obtemperare: & nobis de Caesare credere:

Illo.Marcello. Relatore.Qui ad Senatū referet de pace/quod ad cōſulem pertinet. Sciet. Lege.Scito.qm̄ bellū fuit incruentū:quod græci anęmaton. Cadere.Euenire. Balbi me.Beroaldus:Te ſcribit.Ego ſentio mei hoc eſt nepotis eſſe ſcribendū.Duo Balbi fuere/ patruus & nepos/alii pater et filius. Illius.Cęſaris/uel potius illud ad Pōpeiū uel Cōſulē Lētulū:ut p̄mīis eū ad Cæſarē cōuerteret. Probabit.Pręſtabit. Eius.Rei & conatus ad pacē. Sūme. Lege:ſūmæ/hoc ē cumulo amoris mei erga te/uel ſūme.i.ualde uelis/ uel ſummatim.

Balbi

& conſulatum reliquum Romæ perag ere:incipiam ſperare:etiā cō ſilio Senatus authore te:illo relatore: Pompeium:& Cæſarem coniungi poſſe.quod ſi factum erit:me ſatis uixiſſe putabo. Factum Cæſaris de Corfinio totum me probaturum ſcies: & quomodo in huiuſmodi re commodius cadere non potuit: quam ut res ſine ſanguine conficeretur. Balbi me:illius q; aduentu delectarū eſſe ualde gaudeo. Is quæcūq; tibi de Cæſare dixit:quæq; Cæſar ſcripſit: ſi re tibi probabit: quæcunque fortuna eius fuerit: uelis ſumme ſcripſiſſe. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

OMnia mihi prouiſa ſunt præter occultū metum. Iter ad mare ſuperum. Hoc.n. mari uti nō poſſumus hoc tēpore anni. Illuc autē: quo ſpectat animus: & quo res uocat:qua ueniam? Cedendum.n.celeriter eſt:ne forte qua in re impediar: atque alliger. Nec uero ille me ducit:qui uidetur:quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omniū iam ante cognoram. Nunc uero etiā ἀστρατηγικώτατον. Non me igitur is ducit:ſed ſermo hominū:qui ad me a Philotimo ſcribitur. Is enim me ab Optimatibus ait conſcindi. quibus Optimatibus Dii boni! qui nunc quomodo occurrunt!quomodo autem ſe uendicant Cæſari? Municipia uero adeunt: nec ſimulant: ut cum de illo ægroto uota faciebāt. Sed plane quicquid mali hic

¶ Argumentum.

CON Sultat de fuga: & omnis maris āgulos cōqrit/ſermōes uoculaſq; maiorū & maledicorū ueritus.

¶ Interpretatio.

OCCVltum.Si qs erūpe poſſet altūde/ cum ſint oia iſidiarū pleniſſima. Iter. Prouiſum eſt. Superū. Adriaticū.Italia gemino mari cīgit̄ plurimū/ab oriēte adriatico ſiue ſupo. A meridie occaſuq; Tyrrheno ſiue infero.Liuius lib v.ab urbe cōdita: Tuſcorū nō Romanoq; impiū late terra mariq; opes patuere/mari ſupo iferoq;: qbus italia inſulæ modo cingit̄/q̄rum potuerint noia ſunt argumento: qd̄ alterū Tuſcū/cōi uocabulo gētis/alterū Adriaticū mare/ab Adria Tuſcorū colonia uocauere italicę gētes.græci aūt Tyrrhenū atq; Adriaticū uocāt.Omniū optime Plinius lib.iii.na.hiſt. ſic. Hiſpanū quatenus Hiſpanias alluit. Ab aliis ibericū aut balearicū. Mox Gallicū ante Narbonē ſem prouinciā.hinc liguſticū. Ab eo ad Siciliā iſulā Thuſcū: qd̄ ex græcis alii notiū/alii Thyrenū. ex noſtris plurimi inferū uocant. Idē in calce & qdē tertii:in italiæ & illyrici ambitu duo maria/inferū ſiue ioniū in prima parte.Interius Adriaticū quod ſuperū uocant. Cicero libro .ii. de oratore.

Superū mare.

Inferum.

Hiſpanum mare.

Balearicū.

Gallicum.

Tuſcum.

Hæc autem ut ex Appenino:fluminū/ſic ex cōmuni ſapientiū iugo ſunt doctrinarū facta diuortia/ut Philoſophi tāquam in ſuperum mare Ioniū defluerēt græcū quoddam & portuoſum.Oratores autem in inferū hoc Tuſcū: & barbarū ſcopuloſum atq; infeſtum laberentur/in quo & ipſe Vlyxes errasset: quod obiter dictū uolo:Iginus ſeptingentas Italiæ urbes fuiſſe prodit. Illuc.Ad Pompeiū. Spectat. Vergit:inclinat. Res.Neceſſitas. Qua.Via. Qua in re.In aliquo fortunæ cardine. Ille.Pompeius. Ducit.Inuitat ad hoc iter. Qui uidetur.Aliis me iuuare ἀπολιτικώτατον.Inciuiliſſimū. ἀστρατηγικώτατον.Indigniſſimum imperio. Sermo. De me:in quo ſolitā in patriam pietatem requirunt. Conſcindi.Lacerari. Quibus:Qui nulli ſunt. Dii boni.Exclamatio plena iræ ac ſtomachi. Occurrunt.Cæſari. Vendicant.Aſſerunt ſe Cæſaris amicos. Alii legunt:uenditāt. Municipia.In quibus eſt Cæſar. Vt.Simulabant. De illo ægroto.Pompeio. Vota faciebant.Hoc aperit Satyrus his uerſib. Prouida Pompeio dederat Campania febres Optandas.ſed mille urbes:& publica uota

Ciuitatum Italiæ numerus.

Apoliticotatos.

Aſtrategicotatos.

Pisistratus.

Pisistratus. Cæsar in hoc loco significatur. mutauit hoc nomen Cicero. quoniam mutata erat natura Cæsaris ab eo quod sperabatur. Pisistratus clemens Tyrãnus fuit. Alium. Pompeium: quem populus: ut ait supra: timere cęperat: a contrario declamãdo Cæsarem: quem prius oderat: amare. Hunc. Cæsarem. Illum. Pompeium. ἀπαντήσεις. Occursus. Metuunt. Cæsarẽ: ideo simulant amare. Sed metus non diuturni est magister officii. Illum. Pompeium. Huius. Cæsaris. Illius. Pompeii. Iudices. Quos superius ex municipiis campanis conscripsisse Pompeium legimus. Horrent. Adire formidant. Exturbent. Conscendere compellant. Quicũq; sunt. Boni uel mali. αἰδέομαι. Veteor Troianos hoc est hominum sermones. Et si. Quãuis.

Qua spe. Nulla. homine Pompeio. Domum. Vetusti codices/ domitum: quem iam uictum audire uideor. Aliquid. Cladis Pompeianæ. Quam turpiter. Quantum turpi fuga. Inde. A Brundusio. Victor. Cæsar.

Qua. Via. Quod. Iret Cæsarianum. Ille. Cæsar. Arpinum. Diuertere ne Cæsari occurreret.

Pisistratus non fecerit: tam̃ gratum est: quam si aliũ facere prohibuerit: hunc propicium sperant. illum iratũ putant. Quas fieri censes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? Metuunt inquies: credo. Sed mehercule illum magis. Huius insidiosa clementia delectantur. Illius iracundiam formidant. Iudices DCCCL. qui præcipue Cn. nostro delectabantur: ex quibus quotidie aliquẽ uideo: nescio quas eius Lucerias horrent. Itaq; quęro: qui sint isti Optimates: qui me exturbent: cum ipsi domi maneant. Sed tñ quicũq; sunt αἰδέομαι Τρῶας etsi qua spe proficiscar uideo coniũgoq; me cum homine magis ad uastandum Italiam: q̃ ad uincendum parato. domitum quem expecto? Et quidem: cum hæc scribebã IIII. Non. Iã expectabã aliquid a Brundusio. quid autem aliquid? quam inde turpiter fugisse: & uictor hic qua se referret: & quo. Quod ubi audissem: si ille Appia ueniret: ego Arpinum cogitabam. Vale.

FINIS INTERPRETATIONVM IN LIBRVM OCTAVVM PIO BONONIENSI INTERPRETE.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER NONVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ETSI:cum tu has literas legeres: putabã fore: ut scirem iam quid Brũdusii actũ eẽt:nã Canusio. VIII.Calen.profectus erat Cn.hæc autẽ scribebã pridie Non. XIIII.die postq̃ ille Canusio mouerat:tamen angebar singularũ curarum expectatione. mirabarq; nihil allatum esse: ne rumoris quidem.nam erat mirũ silentium:sed hæc fortasse κενόσπουδα sunt:quæ tamen iam sciantur:necesse est.Illud molestum: me adhuc inuestigare non posse: ubi.P.Lẽtulus noster sit:ubi Domitius. Quæro autem: quo facilius scire possim:quid acturi sint:ituri ne ad Pompeium: & si sint: qua/quando ue ituri sint. Vrbem quidem iam refertam esse optimatium audio. Sosium: & Lupũ: quos Cn. noster ante putabat Brundusium uenturos esse:quam se ius dicere. Hinc uero uulgo uadũt: etiam.M.Lepidus:quo cum diem conterere solebã: cras cogitabat. Nos autem in Formiano morabamur:quo citius audiremus: deinde Arpinum uolebamus. inde iter qua maxime ἀπαντητον esset ad mare superum:remotis:siue omnino missis lictoribus.audio enim a bonis uiris:qui & nunc: & sæpe antea magno præsidio Reipub.fuerunt: hanc cunctationem nostram non probari:multaq; in me:& seuere in conuiuiis tempestiuis quidem disputari. Cadamus igitur:&/ut boni ciues simus: bellum Italiæ terra:mariq; inferamus:& odia improborum rursus in nos:quæ iam extincta erant:incendamus: & Lucceii consilia: ac Theophanis persequamur. Nã Scipio uel in Syriam proficiscitur sorte:uel cum genero honeste:uel Cæsarem fugit iratum.Marcelli quidẽ: nisi gladium Cæsaris timuissent: manerent. Appius est eodem timore:& inimicitiarum recentium: & tamen præter hunc:&.C.Cassium reliqui Legati.pro pe ego unus cui utrumuis licet:frater accesserit: quẽ socium huius fortunæ esse non erat æquum.cui magis etiam Cæsar irascetur. sed impetrare non possum: ut maneat. Dabimus hoc Pompeio: quod

¶Eiusdem Pii Bononiensis Explanatio in Nonũ Epistolarũ ad Atticũ librũ.

¶Argumentũ.

HAVRIT & aucupatur.M. Tullius rumusculos omneis & auras & a Pompeio & a Cæsare/certus iam iam conscendere: quod uni Pompeio se dare profitetur: pro quo emori potest tum pie/tum libenter.

¶Interpretatio. Κενόσπουδα. Inanis studii plena. Cogitabat. Ire Romam. Quo citius.Vt citius. Volebamus.Ascendere. Quam maxime.Scribe/qua maxime uiam uidet. Ἀπαντητον. Solitariũ:in quo nemo obuiam fieret. Missis.Dimissis. Conuitiis. Inter cõuiuandum/uel conuiuiis/iuxta illud Propertianũ. Risus eram positis inter conuiuia mensis. Theophanis.Balbi. Manerent.In urbe.Sed odium fore insepulitũ uerentur. Prope ego unus. Subintellige supersum. Vtrũuis. Sequi ãbos uel nõ seq. Accesserit.Accedet mecũ ad Põpeiũ.

Cenospuda.

Anapanticon.

Theophanes.

¶Argumentum.

ATTICO non dubitanti quin Cicero maneret in Italia cedente Pompeio hac Epistola respõdet:quod superius cõtrarium suaserat/quã do in altero scelus est/i altero supplicium.Eandem rem propositis multis rationibus euentilat.Affirmat se non esse in offensa apud Pompeium.Eũdum est igitur ut fugæ socii simus.

¶Interpretatio.

TERT. Non. Martii. Scribe .III. Non. ὑπὸ τὴν δείλην Vesperi uidelicet uel prope/sub crepusculum. Conscendisset. Nauigasset/uerbum peculiare Ciceronis.

Nihil dū. Nihil adhuc. Cōtra igitur. Pompeium ibimus?

Auerūcare

Annuerunt. Scribe/auerūcēt: prohibeant/sic habent antiqui:& Veneti codices. Di meliora piis. Di omen obruant & ut est ī Antonianis: hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. In altero. Cæsare. In altero. Pompeio.

Supplicium. Pœna post perditā causam. Quādo Cæsar uictor exclamabit/ue uictis. Quod si hoc ipso. Lege. Quid. Premar. Instet Cæsar ut ab eo triūphum accipiam. Quid enim. Debuit ne irasci mihi Pompeius/si non ad eum trānsimus Corfinio amisso? quasi dicat/nō debuit. Ἀπαρρησίαστον.

Apathisia ston.

Spem honesti carētem/non licentiosam & liberam: hoc est/scit se non posse audacter de me queri. melius hanc uocem græcam uno uerbo interpretaberis/inuerecundissimam. Est enim Parrhisia q̄dam imperterrita loquendi licentia/qua in disputando hodie sophistę abutuntur qui se parrhisinos hodie uocant/non tantum ab urbe Parrhisiorū lucetia/quæ alit huiusmodi Ranas coaxantes/garrire optimos loq ineptissimos qui Asinos alatos faciunt/lapidem extra mūdum ponunt/trepidationis nouū motū i ueniūt/quotidie humanos faciūt Apuleios sine Aniculæ milonianę arculis/uuam in labruscam cō uertentes. Ex hac nassa anguillarum plena/Busonū & Bubonū cauea/euolarunt onocephali/plagæ Pharaonis/Strodi/Burlei/Ochanes/& Forabrichi/q garrītibus quotidianis & disputatiunculis hircosis subbasilicanos abigunt in forum.

debemus: nam me quidem alius nemo mouet. non sermo bonorum: qui nulli sunt. non causa: quæ acta timide est: agetur improbe. uni uni hoc damus: nec id quidem roganti: nec suam causam: ut ait: agēti: sed publicam. Tu quid cogites de transeundo in Epeirum: scire sane uelim. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Etsi Non. Martiis: die tuo (ut opinor) expectabā a te Epistolā longiorem: tamen ad eā ipsam breuē: quā. III. Non. Martii ὑπὸ τὴν δείλην dedisti: rescribendū putaui. Gaudere ais te: mansisse me: & scribis in sententia te manere. mihi autem superioribus literis uidebare nō dubitare: quin cederem ita si & Cn. bene comitatus conscendisset: & Coss. transissent. utrū hoc tu parū meministi? an ego non satis intellexi? an mutasti sententiā? Sed aut ex Epistola: quā ex pecto: perspiciā: quid sentias: aut alias abs te Epistolas eliciā. Brūdusio nihil dum erat allatū. O rem difficilē: planeq; perditā: quā nihil prætermittis in cōsilio dando: quā tamen nihil: quod tibi ipsi placeat: explicas. Non esse me una cū Pompeio gaudes: ac proponis: quā sit turpe me adesse: cum quid de illo detrahatur nefas esse approbare. Certe: cōtra igitur? Dii inquis: auerrūcent. Quid igitur fiet? si in altero scelus est: in altero suppliciū? Impetrabis inquis a Cęsare: ut tibi abesse liceat: & esse ociosum. supplicādū igitur? miserū. Quid si non impetraro? & de triūpho erit inquis ītegrū. Quid si hoc ipso premar. accipiā? quid fœdius? negem? repudiari se totum: magis etiā: q̄ olim in quinquiratu putabit: ac solet: cum se purgat: in me cōferre omnem illorū temporū culpā: ita me sibi fuisse inimicū: ut ne honorem quidē a se recipere uellem: quāto nunc hoc idem accipiet asperius? tanto scilicet: quāto & honor hic illo est amplior: & ipse robustior. Nā quod negas te dubitare: quin magna in offensa sim apud Pompeiū hoc tempore: nō uideo causam cur ita sit hoc quidē tēpore. Qui.n. amisso Corfinio: deniq; certiorem me sui consilii fecit: is queritur Brundusiū me nō uenisse: cū īter me: & Brundusiū Cęsar esset? Deinde etiā scit ἀπαρρησίαστον esse in ea causa q̄relā suā. Me putat de municipiorū imbecillitate: de delectib. de pace: de urbe:

de pecunia: de Piceno occupando plus uidisse: q̃ se. Sin cum potuero: nō ue nero: tū erit inimicus: quod ego non eo uereor: ne mihi noceat. (Quid enī faciet τί σ᾽ ἀεί ἐστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἀφροντιστῶν) sed quia ingrati animi crimen horreo. Confido igitur aduētum nostrum illi: quoquo tempore fuerit: ut scribis: ἀσμενέστερον. Nam quod ais: si hic temperantius egerit: consideratius consilium te daturū: qui hic potest se gerere nō perdite? uita: mores: ante facta: ratio suscepti negocii: socii: uires bonorū? aut etiam constātia? Vix dum epistolam tuam legeram: cum ad me: currens ad illum Posthumus Curtius uenit: nihil nisi classeis loquens: & exercitus. eripiebat Hispanias. tenebat Asiam: Siciliam: Africā: Sardiniam. cōfestim in Graeciam persequebatur. Eundum igitur est: nec tam: ut belli: q̃ ut fugae socii simus. Nec enim ferre potero sermones istorum: quicunq; sunt. Non sunt enim certe: ut appellantur boni: sed tamen id ipsum scire cupio: quid loquātur: idq; ut exquiras: meq; certiorem facias: te uehementer rogo. Nos adhuc quid Brundusii actum esset: plane nesciebamus. cū sciemus: tum ex re: & ex tempore consiliū capiemus: sed utemur tuo. Vale.

M.T.C.T.P. ATTICO. S.

Domitii filius transiit Formias. VIII. Id. currens ad matrē Neapolim: mihiq; nunciari iussit: patrem ad urbem isse: cum ex eo curiose quaesisset seruus noster Dionysius. Nos autem audieramus eum profectum siue ad Pompeium: siue in Hispaniam. id cuiusmodi sit: scire sane uelim. Nā ad id: quod delibero: pertinet: si ille certe nusquam decessit: intelligeret Cn. non esse faciles nobis ex Italia exitus: cū ea tota armis: praesidiisq; teneatur: hyeme praesertim. Nam si commodius anni tēpus esset: uel infero mari liceret uti. nunc nihil potest: nisi Supero transmitti: quo iter interclusum est. Quaeres igitur & de Domitio: & de Lentulo: a Brūdusio nulla adhuc fama uenerat: & erat hic dies. VII. Id. quo die suspicabamur: aut pridie Brūdusium uenisse Caesarem: nam Calen. Arpis manserat: sed si Posthumū audire uelles: persecututus erat Cn. Transisse enim iam putabat coniectura tempe-

Τίς ἀεί ἐστι δοῦλος. Seruus non est qui mortem non timet. Est Euripidis iambicus. huc illud Lucani uergit. Non cogitur ullus uelle mori.

Nō seruus est q non timet mori.

Argumentum.

DOMItius Ahenobarbus captus a Caesare abire pmissus/ad Pompeium tendit: quare eo ulcro interclusus est exitus Ciceroni. Declamat an manendum in patria sub tyranno/an deiiciendi tyranni. Ita abducit aīum a molestiis. Ad matrem Neapolim nunciaturus aduentum patris: qui potitus hostium clementiaq; Caesaris seruatus ad Pompeium forte properabat: in quo magna seuictis fortunae uarietas fuit: cum enim se in infido oppido collocasset: proditus ab oppidanis: deseitus a militibus suis de conscidscenda sibi morte cogitauit/ tādem pharmacum bibit uene//num hausisse ratus: quod ex idustria mores domini callēs seruus praeparauerat somnificam uidelicet potionem. Mox uero poenitentia ductus audita Caesaris clementia omni conatu uiuere satagebat/ cui subridens seruus prudētię uir minime seruilis rem detexit uitam condonauit/ ac dominū prorsus exhilarauit: his tamen Domitius ad Pompeianas partes illico se contulit pro patria certus pro latioq; mori: & a Cęsare eodem obtruncares dicēte insani hominis esse bis eidem parcere: quoniā rusticitas nullo uincitur obsequio. Decessit abiit nec Romam nec ad Pōpeium trāsmittere Domitius potuit: anxie ut colligo. M. T. exquirit occasionem purgandi se nobilitati/& optimatibus quod hoc praesertim tempore ad Pomp. non traicit. A heno barbi exemplum adducit: qui diu se torserat ut ad Pompeium transiret: nec inueniebat effugium. Naulcularis nautis.

Naulcularii.

Thesis. — οἷον. Infinitas causas. Cice. in Topicis ad Trebatium. Quęstionum duo sunt genera: alterum: ifinitum alterum definitũ. Hypothesis. — Definitum est quod ὑπόθεσιν: gręci: nos causam. Infinitũ quod θέσιν illi appellant: nos propositum possumus nominare: de his Quintilianus: Cicer. de oratore: Fortunatianus: cęteri. Thesis: an ducenda sit uxor: hypothesis an Lęlia ducenda. Εἰ μενετέον. An manendum in patria ea Tyrannide oppressa: an quouis modo Tyrannidis destructio facienda sit: etiam si ciuitas de summa rerum periculum subitura sit. utrũ cauendum sit tyrannidẽ destruenti: ne quid ipse patiatur: an rentandum ferre opem patriæ tyrãnide potius oppressæ: quã bello. utrum ciuile sit secedentem aliquo: quiescere: oppressa a tyranno patria: an quodcũq; subeundum discrimẽ pro libertate. An bellum inferẽdum patriæ: eamq; obsidendam a tyranno oppressam. utrum quilibet non probanti distractionem tyrannidis per bellum: simul tamen cum optimatibus auertenda sit ipsa. s. tyrannis. An cum benefactoribus & amicis una periclitandum in administratione Reipub. etiam si non uideãtur recte de summa rerum inisse consilium. utrum de patria benemeritus: ob eãq; causam grauissima quæq; passus & inuisus: ultro pro patria discrimẽ subire debeat: an permittendum sibi: ut sui ipsius interdum & familiarium prouidẽtiam habeat: dimissis aduersus potẽtes Reip. concertatõib. Τῷ ν προὔργου τι. Quæ sunt ex re utiliter. Ἄκαιρος Intempestiuus. In tuũ diem. Periodicæ tuæ febris. melius referetur ad diẽ natalẽ: tum quod iam Atticum quartana fere relinquat: tum quod indicat epistolæ sequentis initium.

statum: ac dierũ. Ego nautas eum non putabam habiturum. Ille cõfidebat: & eo magis: quod audita nauicularis hominis liberalitas esset. sed tota res brundusina iam quomodo habeat se: diutius nescire non possum. Ego & si tam diu requiesco: quam diu aut ad te scribo: aut tuas literas lego: tamen & ipse egeo argumento epistolarum: & tibi idem accidere certe scio. Quæ enim soluto animo familiariter scribi solent: temporibus his excludentur. quæ autem sunt horum temporum: ea iam contriuimus. Sed tamen ne me totum ægritudini dedam: sumpsi mihi quasdam: tanquã θέσεις: quæ & politicæ sunt: & temporum horum: ut & abducam animum ab querelis: & in eo ipso: de quo agitur: exercear. Hæ sunt huiusmodi. Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι, τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πρακτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν, εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς τι πάθῃ. εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ, εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι τῆς πατρίδος τυραννουμένης. εἰ διὰ παντὸς κινδύνου ἰτέον τῆς ἐλευθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον ταύτην τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος συναποτρακτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. εἰ τοῖς εὐεργέταις καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας διά τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν καὶ φθονηθεὶς κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας.

In his ego me consultationibus exercens: & disserens in utranq; partem: tum gręcę: tum latine: & abduco parũper animum a molestiis: & τῶν προὔργου τι delibero. sed uereor: ne tibi ἄκαιρος sim. Si enim recte ambulauit is: qui hanc epistolam tulit: in ipsum tuum diem incidit. Vale.

M. T. C. T. P. ATTICO. S.

Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii: summæq; tum beneuolentiæ: tum etiam prudentiæ. Eam mihi Philotimus postridie: quã acceperat: reddidit. Sunt ista quidem: quæ disputas: difficillima. iter ad superum: & nauigatio infero: discessus

Arpinum: ne hunc fugisse: mansio Formiis: ne obtulisse nos gratulationi uideamur. Sed miserius nihil: quam ea uidere: quæ tamen iamiam inquam uidenda erunt. Fuit apud me Posthumius: scripsi ad te: quam grauis. Venit ad me etiam. Q. Fusius: quo uultu: quo spiritu properans Brundusium: scelus ac cusans Pompeii: leuitatem: & stultitiam Senatus. Hæc qui in mea Villa nõ feram: quõ tum in Curia potero ferre! Age finge me: quamuis εὐσομάχως hæc ferẽtem. Quid illa: dic. M. Tulli: quem habebunt exitum! Et omitto causam Reipu. quam ego amissam puto cum uulneribus suis: tũ medicamentis his: quæ parãtur. De Pompeio quid agam! cui plane! quid enim negem: succensui. Semper enĩ causæ euentorum magis mouent: quam ipsa euenta. Hæc igitur mala: quibus maiora esse quæ possunt! considerans: uel potius iudicans eius opera accidisse & culpa: inimicior eram huic: quam ipsi Cæsari. Vt maiores nostri funestiorem diem esse uoluerunt alliensis pugnæ: quã urbis captæ: quod hoc malum ex illo: itaq; alter religiosus: etiam nunc dies: alter in uulgus ignotus: sic ego decem annorum peccata recordans: in quibus inerat ille etiam annus: qui nos hoc defendente: ne dicam grauius afflixerat: præsentisq; temporis cognoscens temeritatem: ignauiam: negligentiam: succẽsebam. Sed ea iam mihi exciderunt. beneficia eiusdem cogito: cogito etiam dignitatem. intelligo serius equidem: quã uellem: propter epistolas: sermonesq; Balbi. Sed uideo plane nihil aliud agi: nihil actum ab initio: quam ut hunc occideret. Ego igitur: siquis apod Homerum: cum ei: & mater & dea dixisset: νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος, καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο. Matri ipse respõdit αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. quid si non ἑταίρῳ solum: sed etiam εὐεργέτῃ! Adde tali uiro: talem causam agenti: & ego uero hæc efficiam: & ei candida uita: puto. Optimatibus uero tuis nihil confido: nihil iam ne inseruio quidem. uideo ut se huic dent: ut daturi sint. Quicquam tu illa putas fuisse de ualetudine decreta municipiorum: præ his de uictoria gratulationibus! timent inquies. at ipsi tum

¶ Argumentum.

DIFFICVLtatem traiicere uolẽti Ciceroni obiecerat Atticus. quoniã tamen neq; Cæsarem nec Cæsarianos uidere põt, traiicere auet. Pompeio succensset. Optimatibus non confidit. Interclusum se dolet. Pompeium significat transisse mare: cum consulibus et tribu. pleb. quod non transierit dolet turpitudinis imagine.

¶ Interpretatio.

NE HVNC fugisse. Videamur Cæsarẽ. Gratulationi. Municipaliũ Cæsarem uictorem excipiẽtium. Εὐσομάχως. Bono stomacho. *Eustomachos.*

Causæ euentorum. Propter quas malum euẽtum aliquid cõsecutum est. quoniam euentũ est in manu fortunæ, unde prisci bonum euentũ coluere: quod Varro in re rustica, Plinius & Apuleius docuere: & nos in nostris annotamentis. *Euenta.* Alliensis. Quando uicti sunt Tribuni Romani magna ac isigni strage apud Alliam fluuium. *Alliẽsis dies.* Hoc malũ. Captam esse a gallis urbem. Ex illo. Alliensi bello originem traxit. Religiosus. Ater: diro omine infamis. Alter. Vrbis captæ. Sed ea iam. Mox stati mutato ꝯsilio amore suadente: adhęret Põpeio. Exciderũt. Odia in Pompeiũ obliteraui. Cum & mater. Scribendum. Cum ei & mater & dea. Dixisset. Deest hic uersus. Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκυμόρος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο. Nunc autem, simul breui moriturus, & ærumnosus supra omnes. Matri ipse respondit. αὐτίκα. Vt statim obeam posteaq̃ non eram socio interfecto suppetias laturus.

Talem causam. Publicam. Ei. Pompeio, supple est. Candida uita. Benigna, nõ maligna.

In seruio. Amore optimatum nihil ago aut conscendo, sed amore Pompeii. Quicquam. Minima pars. Caue putes quicquã fuisse cum uota fecerunt de ualetudine Pompeii: præ his quæ pleno ore gratulabantur Cæsari uictori. De uictoria. Quod Cæsar uictoria potitus esset.

ſe timuiſſe dicũt. Sed uideamus quid actũ ſit Brundiſii. ex eo fortaſſe mea conſilia naſcentur: aliæq; literæ. Nos adhuc Brundiſio nihil. Roma ſcripſit Balbus putare iam Lentulum Cos. tráſmiſiſſe me: nec eum a minore Balbo conuentum: quod is hoc iam Canuſii audiſſet: inde ad ſe eum ſcripſiſſe: cohorteis ſex: quæ Albæ fuiſſent: ad Curium in uia Munitia tranſiſſe. Id Cæſarem ad ſe ſcripſiſſe: & breui tempore eum ad urbem futurũ. Ergo utar tuo cõſilio: neq; me in Arpinum hoc tempore abdam: & ſi Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini uellem: hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cæſarem. Sed fortaſſe in eo ipſo offenderetur. cur nõ Romæ potius? ſed tamen ſi eſt conueniendus hic potiſſimum: tum reliqua uidebimus id eſt: & quo: & qua: & quando. Domitius: ut audio: in Coſano eſt quidem: ut aiunt: paratus ad nauigãdum. Si in Hiſpaniam: non probo: ſi ad Cn. laudo. quouis potius certe: quam ut cercum uideat: quem ego prorſus aſpicere non poſſum. Quid alios? ſed opinor quieſcamus: ne noſtram culpam coarguamus: qui: dum urbem: id eſt patriam amamus: dumq; rẽ conuenturam putamus: ita nos geſſimus: ut plane interclusi: captiq; ſimus. Scripta iam epiſtola: Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo. Põpeius mare tranſiit cum omnibus militibus: quos ſecum habuit. hic numerus eſt hominum millia. XXX. & Coss. duo: & Tri. Pl. Senatores: qui fuerãt cum eo: omnes cum uxoribus: & liberis conſcendiſſe dicitur ad. III. Nonas. Mart. Ex ea die fuere Septentriones uenti. naues: quibus uſus non eſt: omnes aut præcidiſſe: aut incendiſſe dicunt. De hac re literæ. L. Metello Triple. Capuam allatæ ſunt ab Clodia ſocru: quæ ipſa tranſiit. Ante ſolicitus eram: & angebar: ſicut res ſcilicet ipſa cogebat: quo uti conſilio poſſem: nunc autem: poſtquam Pompeius: & Coss. ex Italia exierunt: non angor: ſed ardeo dolore. οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον ἀλλ᾽ ἀλάληται. Non ſum inquam (mihi crede) mentis compos: tantum mihi dedecoris admiſiſſe uideor: me non primũ cum Pompeio qualicunq; conſilio uſum: deinde cum bonis eſſe: quãuis cauſa temere inſtituta: præſertim: cum ii ipſi: quorum ego cauſa timidius me fortunæ cõmittebam: uxor: filia: Cicerones pueri: me illuc ſequi mallent: hoc turpe: & me indignum putarent. Nam Quin-

Trãſmiſiſſe me. Scribe Mate.

Munitia uia. Munitia. Aliqui nunicia: an a numicio fluuio, non ſatis cõpertum habeo. Quando. Conueniendus Cæſar. Certum. Scribendum Cercum: qua uoce Cæſar intelligitur: qui clementia ſimulata utebatur & uelata. Cercum uocabant quaſi caudam leporis qua lippitudo extergebatur pilo molliori, Auctor Ariſtophanes. Alibi Cicero blanditias Cæſaris ſuſpectas habet: etiam Balbi.

Cercus Cæſar. Alii quoniam cerco hoc eſt cauda uulpis eum punitũ dicimus uulgo: qui leuiter ac molliter uerberatur, Ita Cæſar a ſimulata clementia ac blanda uictoria cercos appellabitur. Sunt qui circum malunt q̃ Cercum ſcribere, quo ſignificatur ab Ariſtotele tertium genus accipitrũ, de quo & Plinius libro. x. non tacuit, ut Mar. Tullius per hoc uerbum innuere uelit omnia rapere cupidum Cæſaris ingeniũ. Alii cercon cõuoluolum uolunt, alii nitedulam murem, nõnulli gallum: cui forte alludit Ciceronis ęnigma, quod Gallos ſecum Cęſar traxerat uel domuerat. Non abludit a Cęſare quod de nitedula prædiximus propter illud Ciceronis. Nitedula e uepræculis erumpens rempa. conatur arrodere: quod Cæſar moliebatur.

Circus. Quid ſi Circum Cic. uocarit Cæſarẽ ab accipitris celeritate? Cũ ęgyptii aliqd celeriter factũ ſignificare uolebant, auctore Diodoro, accipitrem pingebãt. Depræhendi in codice uiri nec indocti nec incurioſi, ceterum, & infra, non prorſus, ſed patronus.

Conuenturam. Conditionibus pacis rem tranſigi poſſe.

Præcidiſſe corrupiſſe ne his Cæſ. uti poſſet. Ardeo. Quod non tranſierim. οὐδέ. Neq; mihi cor fixum eſt, ſed ludicram facit, uel ſubſilit.

tus quidem frater quicquid mihi placeret: id rectum se putare aiebat: id animo æquissimo sequebatur. Tuas nunc epistolas a primo lego. hæ me Paulum recreant: primæ monent: & rogant: ne me proiiciam. proximę te gaudere ostendūt: me remansisse. eas cū lego: minus mihi turpis uideor: sed tādiu: dū lego. Deinde emergit rursū dolor. αἰσχροῦ φαντασία. Quamobrem obsecro te mi Tite: eripe mihi hunc dolorem: aut minue saltē aut consolatione: aut consilio: aut quacunq; re potes. Quid tu autē possis! aut quid homo quisquam! uix iam deus. Equidem illud molior: quod tu mones: sperasq; fieri posse: ut mihi Cæsar concedat: ut absim: cum aliquid in Senatu contra Cn. agatur: sed timeo: ne non impetrē. Venit ab eo Fumius: ut quidem scias: quos sequamur: qui Titinii filium cū Cæsare esse nunciat: & illum maiores mihi gratias agere: q̄ uellē. Quid autē me roget! paucis ille quidē uerbis: sed ἐν δυνάμει cognosce ex ipsius epistola. me miserum: quod tu nō ualuisti: una fuissemus: cōsilium certe nō defuisset. σύν τε δύ' ἐρχομένω. Sed acta ne agamus: reliqua paremus. me adhuc hæc duo fefellerūt: initio spes cōpositiōis: qua facta uolebā: uti uia populi: ut ea solicitudine senectutem nostram liberari: deinde bellum crudele: & exitiosum suscipi a Pōpeio intelligebam. Melioris mediusfidius ciuis: & uiri putabā: quouis supplicio affici: quam illi crudelitati non solum præesse: uerūetiam interesse. uidebatur uel mori satius fuisse: quam esse cum iis. Ad hæc igitur cogita mi Attice: uel potius excogita. quemuis euentum fortius feram: q̄ hunc dolorem. Vale.

C. Cæsar M. T. Ciceroni. S.

Vm Fumium nostrū tantum uidissem: neq; loqui: neq; audire me cōmode potuisset properantem: atq; essem in itinere præmissis iā legionibus: præterire tamen nō potui: quin & scriberem ad te: & illum mitterem: gratiasq; agerem. Etsi hoc officium sæpe: & sæpius mihi facturus uideor: ita de me mereris. In primis a te peto: quoniā confido me celeriter ad ur-

Αἰσχροῦ. Turpitudinis imaginatiōe. Quid homo. Quis esset tanti ut hūc leuaret dolorem: uix iam deus leuaret. Qui Titinii. Scribe. Quinti Titinii. Ἐν δυνάμει. In potestate. Alii ἐν δυνάμει scribunt, hoc est impotē tiam & tyrānidem. Σύν τε δύω. Simul duo eūtes. Principium est carminis heroici in Iliade: quo significat duo concordes per ignē ardentem trāsituros, nec eis consilium defuturū. Eodem prouerbio utitur Cice. libro nono epist. famil. ad Varronem. Versus est integer libro. x. Iliados.

Ἀλλ' εἴ τίς μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτ' καὶ ἄλλος.
Μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται,
σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν
ὅππως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δέ εἴπερ τε νοήσῃ,
ἀλλά τε βράσσων δέ νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

His uersibus significat duobus simul euntibus solamen maius ac confidentiam sequi maiorē, cum in duobus consilium promptius sit q̄ in uno. Apuleii in libro de demonio socratis uerba sūt hæc. Itidem cum rebus creperis & afflictis speculatores deligēdi sunt: qui nocte intempesta castra hostium penetrent, nonne Vlyxes cum Diomede deligūtur: ueluti consiliū & auxilium, mens & manus, animus & gladius? Vt populari. Scribe. Vti uia populi. Vt ea. Lege, & ea. Vel mori. Etiam mori. mos loquendi popularis.

Simul duo euntes.

¶ Argumentum.

INSCRipto huius epistolę Cæsarianę i priscis codicibus est huiusmodi. C. Cæsar Impator. M. T. Ciceroni Imperatori. Cæsar Ciceronem hortatur etiam rogat ut sit in urbe, confidit enim se celeriter ad urbem uēturum, ut eius ope rerum omnium uti possit.

¶ Interpretatio.

ATQVE Essem. Repete uerbum, cū. atq; cum essem. Sæpe & Sæpius. Rara locutio, qua Cicero semper abstinuit. semel & sæpius ab eo dictum. xiiii. in Antonium.

Sæpe & sæpius.

Opes. Ope. Inſtrumento hodie dicunt. Alibi notauimus opes pro quacunq; facultate a Cice/tone poni.

bem uenturum: ut te ibi uideam: ut tuo cõſilio: gra/tia: dignitate: ope omnium rerũ uti poſſim. Ad ꝓpo ſitum reuertar: feſtinatiõi meæ: breuitatiq; literarum ignoſces: reliqua ex Furnio cognoſces. Vale.

¶ Argumentum.

CAESAre & Pompeio uiuis Remp. non fere tradit incolumem/nec otioſos ipſos. Acer/bitatem nullã recuſat/dũmodo nihil turpe fecerit. Se & ſuos Attici epiſtola omni ægritu dine leuatos inquit. Conſulit an Cæſari cõgredi debeat/mox Pompeium timet Syllam imitantem. Conſilium Pompeii fœdiſſimũ oſtendit: quem tamẽ ſequetur ne uideatur ingratus. Mox Cæſarem deteſtatur.

M.T.C.T.P. ATTICO. S.

SCripſeram ad te epiſtolam: quã darem. IIII. Iduũ: ſed eo die is: cui dare uolue/ram: nõ eſt profectus. Venit autem eo ip ſo die ille Celeripes: quam Saluius dixe rat. attulit uberrimas tuas literas: quæ mihi quiddã: quo ſtarem: inſtillarũt. Recreatũ enim me non queo dicere: ſed plane τὸ συνέχον effeciſti. Ego eni non iam id ago (mihi crede) ut Proſperos exitus conſe/quar. Sic enim uideo: nec duobus iis uiuis: nec hoc uno: nos unquam temp. habituros. ita neq; de ocio noſtro ſpero iam: nec ullam acerbitatẽ recuſo. Vnũ illud extimeſcebam: ne quid turpiter facerem: uel dicam iam effeciſſem. ſic ergo habeto ſalutareis te mihi literas miſiſſe: neq; ſolum has longiores: qui/bus nihil poteſt eſſe explicatius: nihil perfectius: ſed etiam illas breuiores: in quibus hoc mihi iucũdiſſi/mum fuit: conſilium: factũq; noſtrum ab Sexto pro bari. pergratumq; mihi tu feciſti: a quo diligi me: & quid rectum ſit: intelligi ſcio. longior uero tua epi/ſtola non me ſolum: ſed meos omnes ægritudine le/

¶ Interpretatio.

QVAM parem. Emenda quam darem: in animo eram dare. Qua ſtant muta ſtillarunt. Legit Aldus. Quæ mihi quiddam quo ſtarem inſtillarũt ideſt quę mihi quiddã dulce ac affabile infuderũt/ quo ſtarem: ideſt recrearer. Ego olim ex cõtextu clementorum ac ex/quirente Ciceronis elegãtia/du/xi legendum. Quæ mihi quiddã quaſi nepenthes ſtillarũt. Eſt. n. nepenthes ſuauiſſima ſorbitiũcu la & potio: qua heroum animos afflictos recreaſſe Helenam tra/dit Homerus. Sermones ægyp/tios fuiſſet cẽſet Philoſtratus: ab etymologia: quam Cice. in Topi cis notationem uertit/ ideſt ſine triſtitia. Plinius libro. xxv. nat. hi ſto. Homerus quidẽ primus do/ctrinarũ & antiquitatis parens/ multam alias in admiratiõe Cir/ces gloriam herbarũ ægypto tri/buit/ tũ etiam cũ rigaretur ęgyp tus. Herbas certe ægyptias ab re gis uxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat. Ac nobile illud nepenthes obliuionem triſtitiæ/ ueniamq; afferens/ & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propi nãdum. Non omittenda ſunt quæ Homerus in Odyſſęa de Nepenthe ſcribit. græce non ſcri/bam ne oſtẽtare magis q̃ docere uidear. Inducit Homerus libro Odyſſeæ quarto æphalionem mi niſtrum Menelai celerem/ ibi inquit obſes cæcus. Rurſus alia cogitauit Helena Iouis filia: ſtatim in uinũ iniiciens medicamẽtum. Nepenthes ſine dolore malorum obliuiſci faciens omniũ qui de/glutiret. In cratere autẽ miſceret. Non tota die lachrymas dimitteret a genis/ neq; ſi ei moreretur mater & pater/ neq; ſi in eius conſpectu frater aut carus filius enſe interficeretur: hic oculis uide/ret. Talia Iouis filia habebat medicamenta conſilio confecta/ bona quæ polydamia dedit Thonis uxor ęgyptia. ibi plurima fert terra Pharmaca quidẽ bona multa miſta/ multa autem triſtia. Me/dicus autẽ quiſq; ſciens ſuper omnes hoies qui creti pęonio ſunt genere. Poſtq̃ iniecit & iuſſit uinũ immiſcere ſic effata eſt. Macrobius libro. vii. Saturnalium. Nam ſi Homeri latẽtem prudentiã ſcru teris altius/ delenimentum illud quod Helena uino miſcuit/ non herba fuit/ non ex India ſuc/cus. ſed narrandi opportunitas: quæ hoſpitem mœroris oblitum flexit ad gaudium. Τὸ συνέ/χον. Simul omni robore munitum: Simul habere dicitur is qui collectis uiribus pollet. >

Nepẽthes.

Notatio.

uauit. Itaq; utar tuo consilio: & ero in Formiano: ne aut ad urbem ἀπάντησισ mea animaduertatur: aut si nec hic: nec illic eū uidero: deuitatum se a me putet. Quod autem suades: ut ab eo petam: ut mihi concedat: ut idem tribuam Pompeio: quod ipsi tribuerim: id me iampridem agere intelliges ex literis Balbi: & Oppii: quarum exempla tibi misi: misi etiā Cæsaris ad eos sana mente scriptas literas. quo modo in tanta insania! sin mihi Cæsar hoc non concedat: uideo tibi illud placere me πολίτευμα de pace suscipere: in quo non extimesco periculum. cum enim tot impendeant: cur nō honestissimo depacisci uelim! Sed uereor: ne Pompeio quid oneris imponā μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου in torqueat. Mirandum enim in modū Cn. noster Sullani regni similitudinem cōcupiuit εἰδόσι λέγω. nihil inquā ille minus obscure tulit. cum hoc ne igitur inquies esse uis! beneficium sequor (mihi crede) non causam: ut in Milone: ut in M. sed hactenus. Causa igitur nō bona est! immo optima: sed agetur (memento) fœdissime. cōsilium primum est: suffocare urbem: & Italiam fame: deinde agros uastare: urere: pecuniis locupletū non abstinere. Sed cum eadem metuam ab hac parte: si illinc beneficiū non sit rectius: putē quiduis domi perpeti. Sed ita meruisse illum de me puto: ut ἀχαριστίασ crimē subire nō audeam: quanq̃ a te eius quoq; rei iusta defensio est explicata. De triumpho tibi assentior: quē quidem totum facile: & libenter abiecero. egregie probo fore: ut dum agamus ὅπωσ ὡραῖοσ obrepat: si modo inquis satis ille erit firmus. sed firmior etiam: q̃ putamus. De isto licet bene speres: promitto tibi: si ualebit: tegulam illum in Italia nullam relicturum. Te ne igitur socio? Cōtra mehercule meum iudiciū: & cōtra omnium antiquorū authoritatem: nec tam utilia adiuuem: quā: ut hæc ne uideam: cupio discedere. Noli enī putare tolerabiles horū insanias: nec uniusmodi fore: &: si quid te horum fugit: legibus: iudicijs: Senatu sublato libidines: audacias: sumptus: egestates: tot egentissimorum hominū: nec priuatas posse res: nec remp. sustinere. Abeamus igitur inde qualibet nauigatione: etsi id quidem: ut tibi uidebitur: sed certe abeamus. Sciemus enim id: quod expectas: q̃d Brundusii actum sit. Bonis uiris quod

Ἀπάντησις. Occursus. Πολίτευμα. Administrationem publicam. Depacisci. Pacisci in hoc loco. quāuis turpiter pacisci alibi significare quidam contendant. Μή μοι. Ne mihi terrificum caput gorgoneū intorqueat. Carmen Homeri prima Iliados rhapsodia. Prouerbium dicitur, cum Taurine aliquem inspicimus. In hostes gorgoneum caput pallas intorquebat: quo in saxa uertebat. Εἰδόσι λέγω. Scientibus dico. Minus obscure. Aperte inflat tibias ac tyrānum agit. Cum hoc. Syllano Pompeio? Beneficium sequor. Propter beneficium Pompeium sequor, non tanquā meliorem.

Non causam. Pompeii iustiorem. Vt in Milone ut in. M. Sic habēt Aldini codices, Si scribitur, ut in: ē Aposiopesis, & omnes optimates intelligit, per. M. uero Marcellum Consulem, uel M. Catonem. Ἀχαριστίας. Ingratitudinis. Ὅπως. Vt Tempestiuus. Aliqui legunt: Chronos Horæos, hoc est tempus & occasio tempestiuior obrepat, deponemus Triumphum, postea fortassis tempus cōmodius secundabit. Obrepat. Tacite ueniat: quod peculiare temporis est. Ille. Pompeius. Ita uidetur imbecillum putare Pompeiū. De isto. Cæsare. locus amariusculus.

Tegulam. Si in arido: quid in uiridi, quātū bacchabitur in Crumenas: qui tegulis nō parcit: quę ut plurimum ęreæ fuerunt. Si quid. Si nescit ut te admoneam.

Et si id quidem. Lege. Et si id pridem, subintellige facere debebamus. Videbitur. Scribe, uidebatur. Si nihil mutas: Dicit se hoc & omnia facturum, ut Attico uidebitur. De cuius prudentia omnes mirāda loquūtur: oracula dare non loqui. Θεῖος est animus uiri boni & cursu tēperato a diuinitate gubernatus, nihil nisi diuinum sapit. Ouidius. Sublimes animæ quibus hæc cognoscere primum, Inq; domus superas scandere cura fuit.

Depacisci.

Gorgonis caput itorquet.

Acharistia.

Téremus hoc modo: si possumus omniũ uolũtates recuperare: & diuturna uictoria uti: quando reliqui crudelitate odium effugere nõ potuerunt: neque uictoriam diutius tenere præter unum. L. Sullam: quẽ imitaturus non sum. Hæc noua sit ratio uincendi: ut misericordia: & liberalitate nos muniamus. Id enim quemadmodum fieri possit: nonnulla mihi in mentem ueniũt: & multa reperiri possunt. De iis rebus rogo uos: ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium Pompeii præfectũ deprehendi scilicet: & meo instituto usus sum: & eum statim missum feci. Iam duo præfecti fabrum Pompeii: in meam potestatem uenerunt: & a me missi sunt. Si uolent grati esse: debebunt Pompeium hortari: ut malit mihi esse amicus: q̃ iis: qui & illi: & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectũ est: ut respub. in hunc statum perueniret. Vale.

L. Cor. Balb. M. T. Ciceroni. S.

SVb posteaquam literas cõmuneis cum Oppio ad te dedi: ab Cæsare epistolam accepi: cuius exemplũ tibi misi: ex quibus perspicere poteris: quam cupiat concordiam: & Pompeium recõciliare: & quam remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire: ut debeo: ualde gaudeo. De te: & tua fide: & pietate idem mehercule mi Cicero sentio: q̃d tu: non posses tuam famam: & officium sustinere: ut contra eum arma feras: a quo tãtum beneficium te accepisse prædices. Cæsarem hoc idem probaturũ exploratum: pro singulari eius humanitate habeo: eiq; cumulatissime satisfacturum te certe scio: cum nullam partem belli cõtra eũ suscipias: neq; socius eius aduersariis fueris. Atq; hoc non solũ in re tali: & tãto uiro satis habebit: sed etiã mihi ipse sua concessit bonitate: ne in iis castris essem: quæ cõtra Lentulũ: aut Pompeiũ futura essent: quorũ beneficia maxima haberẽ: sibiq; satis eẽ dixit: si rogatus urbana officia sibi præstitissem: quæ etiã illis uellẽ pręstare: si possem. Itaq; nunc Romæ omnia negocia Lentuli procuro: sustineo: meũq; officium: fidem: pietatem iis præsto. Sed mehercule rursus tã abiectam cõpositionis spem nõ desperatissimã esse puto: quoniam Cęsar est ea mente: qua optare debemus. hac re mihi placet: si tibi ui-

¶ Interpretatio.

VOLVNTates recuperate. Amorem resartire ob ciuile bellum omissum. Cn. Magium Pomp. Prisci codices. Magium Cn. Pompeii præfectũ, fabrum uidelicet. Fuit enim Magius præfectus fabrum Pompeii: qui Marcellum exulem Athenis confodit.

¶ Argumentum.

CORNELius Balbus partium utrarũuis amicus: q pacis studere semper uideri uoluit, Ciceronem pacis amicum monet, ut perspecta ex literis supioribus Cæsaris uoluntate atq; clementia, concordiæ studeat. Rogat ne cõtra Cæsarem aut Pompeium a quo tantum accepit beneficium ueniat, integrum se conseruet. Interponat se paci non desperatissimę: ac utriq; duci suam beneuolentiam præstet.

¶ Interpretatio.

SVB POsteaq̃. Gaditana barbaries. Hoc putassem mendũ nisi concordes essent prisci recentesq; codices. Est id quod dici solet, aliquãtulum temporis postquã ad te scripsi. Sub temperamentum significat, & diminuit, ut suburbanum, subausterum. Ab Cæsare. De epistola superiori intelligit. Eius aduersarii. Cæsaris. Hoc satis habebit. In hoc satisfacies. Cæsari non displicebis. Bonitate. Antiqui codices habent, uoluntate, nil imuto. In his castris quæ. Lege in his castris essem quæ. Dixit. Alii duxit, hoc est putauit. Togatus. In urbe ac foro uersatus, nõ in armis. Toga. n. pacis & qetis, ẽt politicæ uite signũ est: q̃d alibi. M. Tul. edocet itерp̃tatus suũ ipsius uersiculũ. Cedãt arma togæ, ꝯcedat laurea liguæ. Illis. Põpeio, ac cæteris optimatibus. Procuro. Ago, negotior, In antiquo marmore Bergomi sic legitur. Procurator erã lepidæ, moresq; regebam, Dum uixi, mansit Cæsaris illa nurus.

Subpo, steaq̃.

Milonianis. Quando Milonem Pompeio reconciliare Cicero studuit, offensiorem, quoniam Pompeiana reum clauserunt signa Milonem.

¶ Argumentum.

HAE Sunt illæ literæ cõmunes: de quibus in epistola superiore Balbus: in quibus Balbus & Oppius Ciceronem monent ut cum Cæsar uergat ad pacem, de qua agetur in Senatu Mar. Tullius ueniat Romam, ut maiori cum dignitate id confieri posset, tamen de rebus huiusmodi ad Cęsarem se daturos literas Ciceroni recipiunt.

¶ Interpretatio.

e VENTV. Liuiana sententia, cui succinit Claudiani Epici poetæ carmen. Euentu stolidi rerum didicere magistro. Hinc iratior Ouidiana heroina proclamauit. Careat successibus opto Quisquis ab euentu facta notãda putat. Liuius libro.ii. de secundo punico bello. Nec euentus docet hoc: stultorum ille magister est, sed ratio. At certe. Saltem.

¶ Argumentum.

IN FORMIAno erit Cicero. Iniurias Pompeii obliuiscitur. Concordiam desperat. Bellum exitiosum imminet, quo fame uexabitur Italia. Detestatur iram Pompeii in patriam & optimates quos reliquit. Cum Cæsarem uidebit, grauitatem in sermone seruabit. Domitium improbat. Nonnulla subdit de prædiis & hortis.

¶ Interpretatio.

detur te ad eum scribere: & ab eo præsidium petere: ut petisti a Pompeio me quidem approbante temporibus Milonianis. Præstabo (si Cæsarem bene noui) eum prius tuæ dignitatis: quam suæ utilitatis rationem habiturum. Hæc quã prudenter tibi scribã: nescio. sed illud certe scio: me ab singulari amore: ac beneuolentia quæcũq; scribo: tibi scribere: quod te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio: ut paucos æque ac te caros habeã. De hac re cũ aliquid constitueris: uelim mihi scribas. nam nõ mediocriter laboro utriq;: ut uis: tuam beneuolentiã præstare possis: quã mehercule te præstaturum confido. fac ualeas.

L. Cor. Balb. & C. Oppius M. T. Ciceroni. S.

NEdum hominũ humilium: ut nos sumus: sed etiam amplissimorũ uirorum consilia ex euentu: non ex uoluntate a plerisq; probari solent: tamen freti tua humanitate quod uerissimũ nobis uidebitur de eo: quod ad nos scripsisti: tibi cõsilium dabimus: quod si non fuerit prudẽs: at certe ab optima fide: & optimo animo proficiscetur. Nos nisi id: quod nostro iudicio Cæsarẽ facere oportere existimamus: ut simul ac Romam uenerit: agat de reconciliatione gratiæ suæ: & Pompeii: id eum facturum cum ex ipso cognouissemus: te hortari desineremus: ut uelles his rebus interesse: quo facilius: & maiore cum dignitate per te: qui utriq; es cõiunctus: res tota cõfieret: aut si ex contrario putaremus Cæsarẽ id non facturũ: & eũ uelle cum Pompeio bellũ gerere sciremus: nunq̃ tibi suaderemus cõtra hominẽ optime de te meritũ arma ferres: sicuti te semp orauimus: ne cõtra Cæsarẽ pugnares. sed cũ etiã nunc q̃d facturus Cęsar sit: magis opinari: q̃ scire possumus: nisi hoc non uideri eam tuã esse dignitatem: neq; fidẽ omnibus cognitam: ut cõtra alterutrũ: cum utriq; sis maxime necessarius: arma feras: & hoc nõ dubitamus: q̃n Cęsar p sua humanitate maxime sit pbaturus. Nos tamẽ (si tibi uidebitur) ad Cęsarẽ scribemus: ut nos certiores faciat: q̃d hac re acturus sit. a quo si erit nobis rescriptũ: statim quæ sentiemus: ad te scribemus: & tibi fidẽ faciemus: nos ea suadere: q̃ nobis uidẽtur tuæ dignitati: nõ Cęsaris tõni esse utilissima. Et hoc Cæsarẽ p sua indulgẽtia in nos pbaturũ putamus. Vale.

M.T.C.T.P.ATTICO. S.

TRes epiſtolas tuas accepi poſtridie Idu um: erant autē illæ tertio pridie Iduū datæ. Igitur antiquiſſimæ cuiq; primū reſpōdebo. Aſſentio tibi: ut in Formia/ no potiſſimum cōmorer: & iam de ſupero mari per/ labor: ut antea ad te ſcripſi: & quonā modo poſſem uoluntate eius nullam Reipub. partem attingere. Quod laudas: quia obliuiſci me ſcripſi ante facta: & dicta noſtri amici: ego uero ita facio. quin ea ipſa: quæ ante cōmemorantur: ſecus ab eo in me ipſum facta eſſe non memini: tanto plus apud me ualere be neficii gratiam: q̄ iniuriæ dolorem uolo. Faciamus igitur: ut cenſes: colligamusq; nos. feſtiuo enim ſi millimus decurro: atq; curſu θέσεων meas commen tari non deſino. ſed ſunt quædam earum perdiffici/ les ad iudicandum. De optimatibus: ſit ſane ita: ut uis: ſed noſti illud Διόνυσος ἐν Κορίνθῳ. Titinii fi lius apud Cæſarem eſt. Quod autem quaſi uereri ui deris: ne mihi tua conſilia diſpliceant: me uero nihil delectat aliud: niſi conſilium: & literæ tuæ. Quare fac: ut oſtendis: ne deſiiteris ad me quicquid tibi in mentem uenerit: ſcribere. mihi nihil poteſt eſſe gra/ tius. Venio ad alteram nunc epiſtolam. Recte non credis de numero militum ipſo: dimidio plus ſcrip/ ſit Clodia. falſum etiā de corruptis nauibus. Quod Coss. laudas: ego quoque animū laudo: conſilium reprehendo. diſperſione enim illorum: actio de pa/ ce ſublata eſt: quam quidē ego meditabar. Itaq; po/ ſtea Demetrii librum de cōcordia tibi remiſi: & Phi/ lotimo dedi. Nec uero dubito: quin exitioſum bellū impēdeat: cuius initiū ducetur a fame: & me tamen doleo nō intereſſe huic bello: in quo tāta uis ſceleris futura eſt: ut cū parentes non alere nefanū ſit: noſtri principes antiquiſſimā: & ſanctiſſimam parentē pa/ triam fame necandā putent. Atq; hoc non opinione timeo: ſed īterfui ſermonib. Omnis hæc claſſis: Ale/ xādria: Colchis: Tiro: Sidōe: Andro: Cypro: Pāphi lia: Lycia: Rhodo: Chio: Bizātio: Leſbo: Smyrna: Mileto: Coo. ad intercludēdos commeatus Italiæ:

VOLVNtati. Lege uo/ luntate/ hoc eſt eo non recuſante. Ante cō/ memorantur. Legendum. A te. θέσις. Poſitiones/ de quibus ſupra. Argumenta deliberatiua in utranq; partem. Διόνυσος ἐν/ κορίνθῳ. Dionyſius in Corintho. Adagium celebre quo ſignifica/ mus aliquem e ſumma digni/ tate atq; imperio ad priuatā for/ tunam redactum / ad humilēq; ſortem. Notum eſt enim Diony ſium iuniorem a regia fortuna in ſcholam triuialem compul/ ſum/ pueros erudire conatum in literis ac muſicis. Quintilianus libro octauo. Eſt in exemplis al/ legoria/ ſi non prædicta ratione ponatur. Nam ut Dionyſium Corinthi eſſe/ quo græci omnes utūtur/ ita plura ſimilia dici poſ/ ſunt. Initium huius prouerbii Plutarchus ponit in libro de gar rulitate/ a lacedæmonibus reſpō ſum Philippo Regi macedoniæ inſultanti ac bellicum incinenti. Dionyſius ī Coritho. Quo ſigni ficare uolebāt/ poſſe ex altiſſima fortūa quēpiā ad id miſeriaq; de trudi/ ut ſordidiſſima q̄q; agredi fortuna cogēte ſiniſtra non faſti/ diat & ſi tradāt hiſtorici hoc ideo factitaſſe Dionyſiū ut uidelicet ſcholā adapiret triuialē uti quo/ quomō poſſet imparet. Quod ī/ nuit uates īgenioſus ī Ibim ſic. Il le ſyracoſia mō formidatus ī ur/ be Vex hūili durā reppulit arte famē. O tyrānorū execrabilē pe/ ſtē/ uiolētā/ Dis ac hoib. īfeſtā. Il primū auctore rōano theologo/ Dis īfenſiſſimi ſūt: eoſq; ipiiſſime uiolāt/ qm̄ ſepios fingunt & reli/ gioſos ut ab īferēda eis ui populi ſubditi abſtineant/ uiolare eū ue riti: quē Di ab eo culti ī tutela ha beant. Hic Dionyſius deos ſine diſcrimie ſpoliabat/ aureas eorū ueſtes aſpertās/ ac laneis amicu/ lis ueſtiēs/ utriq; tpi ea diuēs eſſe cōmodiora/ quod piter ęſtū me/ lius ꝓpulſarēt/ ac frigus. Cor ruptis. Inciſis aut incenſis/ ꝑciſis portus: ut ipſe Cice. ſupra dixit/ ne hoſtes uti poſſent. Corrum/ Corrūpe/ pere apud elegantes auctores/ eſt frāgere/ deprauare/ diminuere. Ducetur. Scribe/ ducetur.

Dionyſius in corintho

& ad occupandas frumentarias Prouincias compa-
ratur: ad quam ueniet iratus: & iis quidem maxime:
qui eum maxime saluum uolebãt: quasi relictus ab
iis: quos reliquit. Itaq; mihi dubitanti quid me face-
re par sit: permagnum pondus affert beneuolẽtia er-
ga illum: qua dempta perire melius esset in patria: q̃
patriam seruando euertere. De Septentrione plane
ita est. Metuo: ne uexetur Epeirus. Sed quem tu lo-
cum Græciæ non direptum iri putas? prædicat enim
palam: & militibus ostendit: se largitione ipsa supe-
riorem: quam hunc fore. Illud me præclare admo-
nes: cum illum uidero: ne nimis indulgenter: & ut
cum grauitate potius loquar. plane sic faciendum.
Arpinum cum eum cõuenero: cogito: ne forte aut
absim: cum ueniet: aut cursem huc illuc uia deterri-
ma. Bibulum (ut scribis) audio uenisse: & redisse pri-
die Iduum. Philotimum (ut ais) epistola tertia expe
ctabas. At ille Idibus a me profectus est: eo serius
ad tuam epistolam: cui ego statim rescripseram: red
ditæ sunt meæ literæ. De Domitio (ut scribis) ita
opinor esse: ut & in Cosano sit: & consiliũ eius igno
retur. Iste omniũ turpissimus: & sordidissimus: qui
consularia comitia a Prætore ait haberi posse: est
idem: qui semper in repub. fuit. Itaq; nimirum hoc
illud est: quod Cæsar scribit in ea epistola: cuius ex-
emplum ad te misi: se uelle uti consilio meo. Age
esto hoc cõmune: est gratia ineptum id quidem: sed
(puto) hoc simulat ad quasdam Senatorum senten
tias: dignitate fortasse sentẽtia consularis. Illud ex-
tremum est ope omniũ rerum: id ego suspicari cœ-
pi ex tuis literis: aut hoc ipsum esse: aut non multo
secus: nam permagni eius interest rem ad interre-
gnum non uenire. Id assequetur: si per Pr. Coss.
creantur. Nos autem in libris habemus non modo
Coss. a Pr. sed ne prætores quidem creari ius esse:
idq; factum esse nusquã. Coss. eo nõ esse ius: quod
maius imperium a minore rogari non sit ius. Præ-
tores autem: cũ ita rogentur: ut collegæ Coss. sint:
quorũ est maius imperium: aberit nõ longe: q̃n hoc
a me decerni uelit. neq; sit cõtentus Galba: Scæuo-
la: Cassio: Antonio. τότέ μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.
Sed quãta tempestas impendeat: uides. qui transie-
rint Senatores scribã ad te: cum certum habebo. De
re frumẽtaria recte intelligis: quæ nullo modo admĩ
nistrari sine uectigalib9 potest: nec sine causa: & eos:

Quã hunc. Cæsarem. Illud extremum est. Ope omnium re-
rum. In extrema pagina epistolę Cæsaris: cuius exemplum supe-
rius est, hoc continebatur, Et uolo uti ope tua omnium rerum. i.
in rebus oĩbus. Hinc apte cõii-
cio uirtutem: amplitudinem, di-
gnitatemq; Ciceronis: quem Iu-
lius Cæsar: qui oĩa fato regi puta
bat: qui nec q̃dẽ Iouem maximũ
uerebatur Ciceroni adulat, Cice
ronẽ ambit p epistolas ꝓprias ge
neri Dolobellæ, Cornelii Balbi
reuocare nititur a ꝓposito ad Põ
peiũ trãsmittẽdi: aĩaduertẽs, atq;
ꝑsagiens sagax & acutus priceps
causam Põpeianã. M. T. aduẽtu
fieri meliorẽ, suã uero deteriorẽ.
Quid est. n. aliud obaudire Cæ-
sarẽ blandientẽ rogãtem, ac ꝓpe
supplicãtẽ ne trãsteat: q̃ tacite ac-
cusare Cæsarẽ tyrãnidis simulq;
Põpei cãm subleuare: q uolebat
esse: salua libertate potẽs: & si di-
splacet tale ac tãtũ ingeniũ pene
deperiit. Lego. n. in Marsico, siue
qđ idẽ est sociali bello. M. T. mili
tasse exosũq; crudelitatẽ Ro. du
cũ se sprera militia ad literas ꝯtu
lisse, unde Roma lucrata est par
iperio suo ingeniũ. Hoc ipsum
esse. Velle suffragiis prætoritiis
creare consules. In libris. Le-
gum humanarum. Creari. A
prætoribus. Rogari. Alii le-
gunt creari. placet lectio prima
propter uerba sequentia.

Terra dehiscat.

τότε μοι. Hoc est, Tellus ipsa
mihi tunc ampla dehiscat. Vsur-
pat prouerbium Lucianus in La-
pithis. Aristides in Themisto-
cle. neq; perplexus erat, neq; cõ-
sternebatur animo, neq; optabat
ut sibi terra dehisceret. Maro
in quarto.
Sed mihi uel tellus optem prius
ima dehiscat,
Vel pater omnipotẽs adigat me
fulmine ad umbras:
Pallentes umbras erebi, noctẽ-
q; profundam:
Ante pudor q̃ te uiolem aut tua
iura resoluam.

De Lanuino. Agro emendo. Phameam mortuum. Illius agri dominum de quo sic Cicero epistola ab hac sexta. De Lanuino phamea erraui. Troianum somniaueram. id ego uolui. sed plu ris est istuc. Cicero scripserat se empturire Lanuinum agrum phameæ: cũ Troiani uoluisset. mortuo Phamea innuit Atticus agrum esse uenalem/ respondet inferius se uerbis æquiuocis fuisse deceptum/ quare pro tempore omitteret. Optaui. lunge cum his. ut aliquis emeret. Si mo do esset futura Respublica. Ni omnia susq; deq; ibunt. Videtur nõnullis intelligere de frumento Lanuino. Est enim ferax ager ille: quod emere uolebat præsagiens futuram famẽ propter bella ciuilia. uerba iferius statim posita agrum proculdubio innuũt.

Phameæ

ſiſſe dicũtur: ut rurſus mihi bellũ inferret. Nihil enĩ malo: q̃ & me mei ſimilẽ eſſe: & illos ſui. Tu uelí ad urbẽ mihi præſto ſis: ut tuis conſiliis: atq; opibus (ut cõſueui) ĩ omnibus rebus utar. Dolobella tuo nihil ſcito mihi eſſe iucũdius. hanc adeo habeo gratiã illi. neq; enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas: is ſenſus: ea in me eſt beneuolentia. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TRebatium. XI. Calẽdarũ: quo die has literas dedi: expectabã: ex eius nuntio Matiiq; literis meditabar: quomodo cũ illo loquar. O tempus miſerũ: nec dubito: quin a me contendat: ad urbem ueniam. Senatui enĩ Cal. uelle ſe frequenti adeſſe. etiam Formiis præſcribi iuſſit. Ergo ei negandũ eſt? Sed qd præcipiat ſententiã: & ſtatim ad te perſcribã omnia. ex illius ſermone ſtatuam: Arpinũ ne mihi eundum ſit: an quo alio. Volo Ciceroni meo togã puram dare. iſthic puto. Tu quæſo cogita: qd deinde. nã me hebetẽ moleſtiæ reddiderũt. a Curio uelim ſcire ecquid ad te ſcriptũ ſit de Tirone. Ad me enĩ ipſe Tiro ita ſcripſit: ut uerear: qd agat. Qui autẽ ueniunt inde: id modo nũtiant. ſane in magnis curis etiã hæc me ſolicitant. In hac enĩ fortuna putilis eius: & opera: & fidelitas eſſet. Vtrũq; ex tuo conſilio: nã & oratio fuit ea noſtra: ut bene potius ille de nobis æſtimaret: quam gratias ageret: & in eo mãſimus: ne ad urbem. illa fefellerũt: facilem quod putaramus: nihil uidi minus. dãnari ſe noſtro iudicio: tardioris fore belli: qđ cum iis Sinueſſam nõ uenerimus: dicere: ego diſſimilẽ illorũ eſſe cauſam: Quid multa? Veni igit̃: & age de pace. meo ne inquã arbitratu? An tibi: inqt: ego præſcribam? ſic inquã agam: Senatui nõ placere in Hiſpanias iri: nec exercitus in Græciã tranſportari: multaq; inquã digna eo deplorabo. Tum ille. ego uero iſta dici nolo. Ita putabã inquã: ſed ego eo nolo adeſſe: qđ aut ſic mihi dicendũ eſt: multaq; quæ nullo modo poſſem ſilere: ſi adeſſem: aut nõ ueniendum. Summa fuit: ut ille quaſi exitum quærens ut deliberare nõ fui rogãdus: ita diſceſſimus. Credo igi-

Illos sui. Naturæ ingratæ, ego uero clemẽtiſſimæ. Adeo. Multũ. Habeo gratiam. Satis mihi gratioſe fit ab illo. Sunt qui ſcribunt. A Deo habet gratiã ille: ut innuat illud Proptianũ, Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ, & gratiam gratis datam.

℄ Argumentum.

CAESar uẽturus erat in urbem, ſenatũ coacturus, Cic. æſtuat quo pacto reſpõdebit. Filio daturus eſt togam puram. De Tirone ſollicitus eſt ualde.

℄ Interpretatio.

[Margin: Trebaciſſimus.] TREBAtiũ. Teſtam iuriſcõſultũ. Aliquantulũ inflatum ac rapidũ, unde trebaciſſimũ ſenem Sidonius appellauit. [Margin: Trebaciter] Trebaciter cõtumaciter apud eũdem ſic. Malui factũ confiteri ſimpliciter q̃ trebaciter diffiteri. Senatum. Lege ſenatui, & frequẽti. Dicebat Cæſar ſe adeſſe uelle freqñti ſenatu. Præſcribi. Edici de frequẽtia ſenatus, Cæſariſq; præſentia. Iſtic. Daturũ. Quid deinde. Fieri debeat. A Curione. Legẽdum a Curio: apud quẽ curatus erat tyro. Et quid. Legendũ, ecqd.

℄ Argumentum.

COLLOquium Cæſaris cũ Cicerõe deſcribitur: in quo ſapiẽtia & clemẽtia Cæſaris apparẽt: & M. Ciceronis integritas flecti neſcia: licet difficilẽ Iulium Tullius appellet. Colligit tãdem ſe nõ amari a Iulio. Mox copias Pompeii deſperatas anxie deplorat.

℄ Interpretatio.

FACilẽ. Cæſarẽ: comẽ: benignũ: & ſcribunt literæ poſt Cæſaris ꝯgreſſum. Cum multa. Lege quid multa. Veni. Romã O Cicero. Verba Cæſaris. Agã. Dicã. Verba Ciceronis ad Cæſarem. Multa inquã digne. Multaq; ego ĩdigna cũ eo. Si me rapis in ſenatum, caſum optimatũ deplorabo: q̃ tibi Cæſar oberit. Eo nolo. Ideo nolo. Vt ille. Cæſar daret mihi ſpatiũ ad deliberandũ uellem adeſſe nec ne. Non fuit rogandũ. Lege, non fui rogãdus ut acciperẽ ſpatium, libẽter accepi ut a Cæſare diſcederem.

tur nunc me non amare. At ego me amabo: quod mihi pridem usu non uenit: reliqua o Dii: qui comitatus: quæ: ut tu soles dicere: ἄφυα: in qua erat area scelerum. O rem perditã. O copias desperatas. quid. S. Seruii filius! quot in his Castris fuerũt: qbus Põpeius circũsederetur! sex legiones. multũ uigilat: audet: nullũ uideo finem mali. Nũc certe proméda tibi sunt cõsilia hoc fuerat extremũ. illa tamẽ κατακὶς illius est odiosa: quã pene præterii: si sibi cõsiliis nostris uti non liceret: usurum quorum posset: ad oĩaq; esse discessurum. Vidisti igitur uirum: ut scripseras! ingemuisti! certe: cedo reliqua. Quid! continuo ipse in Puteolanum: ego Arpinum: inde expecto qdem ἀλλὰ τελέαν illam tuã. tu malles: inquies: actum ne agas. etiam illum ipsum: quem sequimur: multa fefellerunt: sed ego tuas literas expecto. Nihil est enim iam: ut antea uideamus hoc quorsum euadat. extremum fuit de cõgressu nostro: quo quidem nõ dubito: quin istum offenderim: eo maturius agendum est. Amabo te epistolã πολιτικήν: Valde tuas literas nunc expecto. Vale.

Vsu non uenit. Non erit mihi peculiare, me nũquam amaui & mea sine riuali. Reliqua. Quã turpia uidi. Vt tu soles dicere. Subde uerbum νεκαί strages ac confusio. Prisci codices habẽt ἐνδύνασμα: ululenta sodalitas. Si di uinare liceret, ego substituerem ἄφυα pro turba incondita ac indigesta: quo uerbo prolato fortassis ab Attico usus est supra Cicero. Hoc fuerat. Scribe. Fuerit. Illa tamen. Reponendum est uerbum grẽcum κατακλεὶς pro cella: Tempestas: irae præceps rabies, subintellige dicentis Cæsaris, si sibi consiliis nostris & quæ sequũtur. Quorum. Vsurum consiliis eorum, quorum consilium esset ad manum. Expecto. Hoc ordine scribenda sunt ista. Expecto illã tuam ἀλλὰ τελέαν sed perfectam. Actum ne agas. Prouerbium in prætерita nullum esse ius præterquam obliuionis. Illum ipsum. Pompeium, si nos errabimus, magni uiri exemplo errabimus. Nihil est. Omnia mutata sunt a primo, quare ut in alia materia, aliter consultãdum est. De congressu. Colloquio cum Cæsare. Agendum. Deliberandum, mox cõsulrandum. Istum. Cæsarem quod Romam ire neglexerim. Maturius. Celerius.

Amabo te. Facies rem gratam si epistolã politicen hoc est ciuilem dabis, de politicis rebus decementem.

Endynamis.

Aphya.

Catacis.

Actum ne agas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

EGo meo Ciceroni: quoniam Roma caremus: Arpini potissimũ togam puram dedi: Idq; Municipibus nostris fuit gratum: & si omneis: & illos: & qua iter feci mæstos: afflictosq; uidi: tam tristis: & tam atrox est ἀναθεώρησις huius ingentis mali. delectus habetur. in hyberna deducuntur. Ea: quæ etiã cum a bonis uiris: tum iusto in bello cum modeste fiunt: tamen ipsa per se molesta sunt: quam censes acerba nunc esse: cum a perditis in ciuili nefario bello petulantissime fiant! Caue autẽ putes quẽquam hominẽ in Italia turpem esse: qui hinc absit. Vidi ipse Formiis uniuersos: neque mehercule inquam homines putaui: & noram omneis: sed nũquam uno loco uideram. Pergamus igitur quo placet: & nostra omnia relinquamus. Proficiscamur ad eum: cui gratior noster aduentus erit: quam si una fuissemus. tum enim eramus in maxima spe. nunc ego quidẽ in nul

¶ Argumentum.

FILIO in patria togam puram dedit. Fœditatem belli, & tristitiã municipalium addit. Nemo in Italia turpis est qui in castris Cæsaris non sit. Deliberat tandẽ consendere: quoniã pacis fides nulla est tyrannis & tyranni fautoribus.

¶ Interpretatio.

TAM ATrox est. Deest hoc uerbũ græcum ἀναθεώρησις speculatio, Alii codices habent σκέψις idest consideratio. Vno loco. Nunc omnis malorum sentina congregata quoddam facit chaos, deforme, horrendum, atrox.

Anatheoresis.

Scepsis.

Præter me. Qui non odi Cæsarem omnino. Italiam gessit. Beroaldus emendat Italia cessit. Hunc. Cæsarem. Leuauit. Fugato Clodio. Idē. Pompeius. Affecerat. Arrogationis Clodianæ Pompeius auctor fuit: qua non impetrata Ciceroni Clodius nocere non poterat.

Enim una. Scribe. Est eni una. Ille. Timor non est nihil proficient. Terminemus. Metas figamus & limites stomachādi quos ultra nō progrediamur. In codice prisco non est hoc uerbū propterea potest uideri superscriptum. Vt nihil noui. At scribatur. Spiritum. Meū ac animulam tot ærumnis expunctam.

Croto. Crotonem. Locrorum ciuitatem cœlo serenissimo ac saluberrimo fructem ut inde natum sit apud græcos adagium ὑγιέστερος τοῦ κρότωνος. Crotone sanior.

Crotone sanior.

Thurii. Thurios. Locrensis populus de quo supra. Abdimus. Scribendum abdemus hoc est occultabimus.

Finis explanationum in Librum nonum.

la: nec præter me quisquā Italia cessit: nisi qui hunc inimicum sibi putaret: nec mehercule hoc facio Reipub. causa: quam funditus deletā puto: sed nequis me putet ingratum in eum: qui me leuauit iis incōmodis: quibus idem affecerat: & simul quod ea: quę fiunt: aut quæ certe futura sunt: uidere non potero: etiam equidem Sena. Consul. facta quædā iam puto: utinam in Volcatii sentētiam: sed quid refert: est enim una sentētia omniū. sed erit iniustissimus Seruius: qui filium misit ad affligēdum Cn. Pompeiū: aut certe capiendū cum Pontio Titiniano. Etsi hic quidem timoris causa: ille uero non. Sed stomachari desinamus: & aliquādo sentētiam terminemus: at nihil noui: nisi id: quod uellem minimū spiritū reliquum esse. Nos: quoniam superū mare obsidetur: ifero nauigabimus. Et si Puteolis erit difficile: Crotonem petemus: aut Thurios: & boni ciues amantes patriæ mare infestum habebimus. Aliam rationē huius belli gerendi nullam uideo. in Aegyptū nos abdimus. exercitu pares esse nō possumus. pacis fides nulla est. sed hæc satis deplorata sunt. Tu uelim literas Cephaloni des de omnibus rebus actis: denique etiam de sermonibus hominū: nisi sane obmutuerunt. Ego tuis consiliis usus sum: maxime: quod & grauitatem in cōgressu nostro tenui: quam debui: & ad urbem: ut nō accederem: perseuerarui. Quod superest scribe quæso quam accuratissime (iam enī extrema sunt) quid placeat. quid censeas: & si iam nulla dubitatio est: tamē si quid: uel potius quicqd ueniet in mentem: scribas: uelim. Vale.

Libri Noni Epist. ad Atticum Finis.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER DECIMVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

TErtio Nonarum:cum in Laterium fratris uenissem:accepi literas: & paulum respiraui: quod post has ruinas mihi non acciderat. Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri: & factum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scribis probari:ita lætor:ut me:quasi patris eius: cui semper uni tribui plurimum:iudicio cóprobari puté:qui mihi: quod sæpe soleo recordari: dixit olim Nonis illis Decéb. Cum ego: Sexte: quid nam ergo? quid ille ἀλλὰ μέγα ῥέξας, τε καὶ ἐσομένοισι πυθέσθαι. Eius igitur mihi uiuit authoritas: & simillimus eius filius eodem est apud me pondere: quo fuit ille: quem saluere uelim iubeas plurimum. Tu tuum cõsilium: et si non longinquum tempus differs: iam enim illum emptum pacificatoré perorasse puto: iam actum aliquid esse in consessu Senatorum: tamen suspensum me detines: sed eo minus: quod nõ dubito: quid nobis agendũ putes. Quid enim Flauio legionem: et Siciliam dari scribis? & id iam fieri? quę tu scelera partim parari: & iam cogitari: partim ex tempore futura censes? Ego uero Solonis popularis tui: &: ut puto: etiam mei: legem negligam: qui capite sanxit: si quis in seditione nõ alterutrius partis fuisset. nisi tu aliter censes: & hinc abero: & filii: sed alterum mihi est certius: nec pręripiam: tamen expectabo tuũ consilium: & eas literas: nisi alias iam dedisti: quas scripsi: ut Cephaloni dares. Quod scribis: non quo aliũde audieris: sed re ipsum putare: me attractum iri: si de pace agatur. mihi omnino nõ uenit in mentem: quæ posset actio esse de pace: cum illi certissimũ sit: sese posse expoliare exercitu: & Prouincia Pompeium: nisi forte iste summarius ei potest persuadere: ut dum oratores eant: & redeãt: quiescant: nihil uideo: quod sperem: aut quid iam putem fieri posse. Sed tamen hominis hoc ipsum probi est: & magnũ sit τῶν πολιτικωτάτων σκέμματα ueniendum ne sit in cõsilium Tyrãni: si is aliqua de re bo-

¶ Ioannes Baptista Pius in .x. Epistolarum ad Atticum.

¶ Argumentum.

ACCEPtis ab Attico Carissimo literis Mar. Tullius exultauit. Ingemit defuncto uita Sexto pręconi suo. Solonis legem non negligit: qui neutras partes sequentibus in seditione ciuili, capitale sanxit. Abripere se tandem istinc certus est. tamen consilium Attici expectat. Pacem desperatam esse pro certo ducit. simulationem esse apertam. Paratur bellum acerrimum.

¶ Interpretatio.

FIRMItudinem. Constantiam qui ad Cæsarem in senatum nõ uenerim. Nonas decẽbris. Quã do Rempub. liberauit Cicero ex faucibus ereptam Catilinae.

Quid nam ergo? Ais, probas an improbas ea quæ fecimus?

Quid ille. Sextus pater huius Sexti respondit, profecto græcũ id dicterium. ἀλλὰ μέγα. Sed magnum facinus edés: quod uel a posteris audiatur. Homericum carmen ex Odysseæ primo.

Vt puto. Ni fallor futuri. Ego enim me totum studiis destino.

Me attractum iri. Fore ut attrahar. Illi. Cæsari. Summarius. Beroaldus senat᷑ legit: qué per fas ac nefas collegit Cæsar, reliquias reliquiarum. Alii summarium Cæsarem interpretãtur: qui prior esse uolebat. mallebat esse primus: ac reliquis præminere. Ei. Cæsari. Cantent, rideant, quiescant. Idem Philippus sic emendat. Eant & redeãt. Quiescat. Quis impetrabit a Cæsare ut dum legati eunt & redeunt, a duce ad ducem: Cęsar quiescere nescius: quiescat tamen. Fieri posse. De pace. πολιτικωτάτων. Perciuilium uirorum considerationes.

Sũmarius

Ecphonesis. Quid enim essem. Scribo. Quod enim essem. Ἐκφώνησις τέρπει. Exclamatio siue declamatio oblectat. Præcipis? Per interrogationem pronunciandum. Ἄλωσις. Cura: incendium animi uel captiuitas. πολιτευτέον. Tractanda negocia publica.

Alosis.

¶ Argumentum.

CERTUS Consedendi Cicero & ardens, nescit unde discedat: & quo. Impacata omnia uidet, iturus est tamẽ: ac fortunæ se crediturus sine spe tamẽ ulla. Dionysium se ingerentem reiicit.

¶ Interpretatio.

POSTRIdie. Sequenti die. Sustinui. Interiunxi: firmaui hodie dicunt. Arcano. Nomen est prætorii Quinti fratris: de quo in superioribus affatim. Certius. De rebus, & de Pompeio: ad quem anhelabat. Occultiore. Secretiore: remotiore ab arbitris. Agerentur. Per ministros nostros & amicos. Iam adest & animus ardet. Scribendum. Iam adest animus & ardet.

Adest. Præsens est, promptus, a cõtrario declamando abesse dicitur animus, quando languet. Martialis. Absentem marmoreãq; putes. Quicquam. Non occurrit occasio. Quo. In quem locũ & partem se moueat. Qua. Parte nitatur & dirigat. Nostra cura. Conscendendi. Peritorum. Nautarũ, maris expertorum. Quod poteris. Hodie dicunt: pro possibilitate tua, pro uiribus, pro lacertis. Res. Quas molior, ac paro, ad Cæsarem uidelicet transire. Inexplicabiles. Difficiles: imo impossibiles ut aiunt. Fortunæ. Cuius fauore sæpe errata corrigũtur, Iuxta illud ingeniosi poetæ, Fortunæ cætera mando. Quæ iuuet & melius q̃ tu tibi consulat opto. Sine spe. Vt naufragi, portum non uidemus, iactamus tamẽ manus. Melius. Fortunatius. Ordo. Si quid melius acciderit, mirabimur. me lius, fortunatius. Mirabimur. Quoniam inexplicabilia tentantur. Profectum. Vt proficiscatur, mittebat iterum eum Atticus, ne græculus impudens arci eloquentiæ displiceret, quod genus calamitatis est maximũ: uel profectum hoc est uenisse. Romam enim appulerat.

Quid poteris.

na deliberaturus sit. Quare: si quid eiusmodi euenerit: ut accersamur: quod equidem nõ curo: quid enĩ essem de pace dicturus: dixi. ipse ualde repudiauit: sed tamẽ si quid acciderit: quod censeas mihi faciendum: uniq; scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit: quod maioris cõsilii esset. Trebatii boni uiri: & ciuis uerbis te gaudeo delectatum: tuaq; ista crebra ἐκφώνησις τέρπει: me sola adhuc delectauit. Literas tuas uehemẽter expecto: quas quidem credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eãdem: quam mihi præcipis. Celer tuus disertus magis est: quã sapiens. De iuuenibus: quæ ex Tullia audisti: uera sunt. M. Antonii istud quod scribis: nõ mihi uidetur tam re esse triste: q̃ uerbo. hæc est ἄλωσις: in qua nunc sumus mortis instar. aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit: aut uel periculose cũ bonis: aut nos temeritatem bonorũ sequamur: aut audaciam improborũ insectemur. utrũq; periculosum est. At hoc: quod agimus nec turpe: nec tamen tutũ istum: qui filium Brundusiũ de pace misit. De pace idem sentio: quod tu: simulationem esse apertam. Parari autem bellum acerrimũ. me legatum iri non arbitror: cuius adhuc (ut optaui) mentio facta nulla sit. eo minus habeo necesse scribere: aut etiã cogitare: q̃d sim facturus: si acciderit: ut legarer. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

EGo cum accepissem tuas literas Nonis Aprilibus: quas Cephalio attulerat: essemq; Minturnis postridie mansurus: protinus sustinui me in Arcano fratris: ut dum aliquid certius afferretur: occultiore in loco essemus: agerẽturq; nihilominus: quę sine nobis agi possunt. Iam adest: & animus ardet: nec est quicquã quo: & qua. sed hæc nostra erit cura: & peritorũ. Tu tamen: quod poteris: ut adhuc fecisti: nos consiliis iuuabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt cõmittẽda oĩa. sine spe conamur ulla. Melius si q̃d acciderit mirabimur. Dionysiũ nolim ad me profectũ:

de quo ad me Tullia mea scripsit. sed & tempus alienum est: & homini nō amico nostra incōmoda: tanta præsertim: spectaculo esse nollem: cui te meo nomine inimicum esse nolo. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm quid scriberem: plane nihil haberem: hæc autem reliqua essent: quæ scire cuperē: profectus ne esset. quo in statu urbem reliquisset. in ipsa Italia: quē cuiq; regioni: aut negocio præfecisset: & qui essent ad Pompeium: & ad Coss. ex.S.C. de pace legati. Vt igitur hæc scirem dedita opera has ad te litteras misi. Feceris igitur commode: mihiq; gratum: si me de his rebus: & siquid erit aliud: quod scire opus sit: feceris certiorem. Ego in Arcano opperior: dum ista cognosco. ad. VII. Iduum alteram tibi eodem die epistolā dictaui: & pridie dederam mea manu longiorem. Visum te aiunt in Regia: nec reprehendo: quippe cum ipse istam reprehensionē non fugerim: sed expecto tuas literas. Neq; enim sane uideo: quid expectem: sed tamē etiā: si nihil erit: idipsum ad me uelim: scribas. Cæsar mihi ignoscit per literas: quod non uenerim: seseq; in optimā partem id accipere dicit. Facile patior: quod scribit: secū Tullium: & Seruium questos esse: quia nō idē quoq; sibi: quod mihi remisisset. homines ridiculos: qui cum filios misissent ad Cn. Pompeium circūsedendum: ipsi in Senatum uenire dubitarent. Sed tamē exemplum misi ad te Cæsaris literarum. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MVltas a te accepi literas eodem die omnes diligēter scriptas. Ea uero: quæ uoluminis instar erat: sæpe legenda: sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepisti. mihi quidem pergratum fecisti. Quare: ut id quoad licebit: idest quo ad scies ubi sumus: quā sæpissime facias: te uehementer rogo. At deplorādi quidē: quod quotidie facimus: sit iā nobis aut finis oīno: si potest: aut moderatio quædā: quod ꝑfecto potest. Non enim quā dignitatē: quos honores: quē

Nostra incōmoda. Fortunæ nouercantis iniquitatem, in qua odiosis esse spectaculo acerbissimum esse solet. Alienum. A studiis. Spernitur orator bonus. Tanta. Incōmoda. Homini. Dionysio. Spectaculo. Vt uideret. ne nostris gauderet incōmodis. Cui. Dionysio. Odi q; dem Dionysium. Tu tamen solus amabis me permittente. non debes odisse amicorū inimicos. Meo noie. Causa mea.

Argumentum.

DEBEmus κατὰ σιωπώμενον intelligere, Cæsarem senatum coegisse, multa romæ decreuisse. prouincias ornasse procōsulibus, & huiusmodi reliq̄. Quæ sint illa auet scire Cicero.

Interpretatio.

REliqua. Restabāt pauca ut sciret Cicero, alia scripserat & significauerat Atticus. Profectus esset. Cæsar discessisset, urbem Romā reliquisset. In ipsa Italia. Circa regimē Italicarum urbiū. Negocio. Administratiōi priuatæ: aut publicæ. Essent. Creati: destinati. Alii legunt, issent. Ex. S. C. Cæsariano. Tanquā senatus curam istam suscepisset pacificandi duces. Dedita opera. Ex industria, cū cętera scirem. Cōmode. Vtiliter. Opperior. Expecto. Ista. Senatusconsulta. Cognosco. Per literas tuas. Regia. Senatu. Reprēsionem. Nam ego in eadē regia uisus sum. Nihil erit. Quod scribas. Venerim. In senatum. O miram Cæsaris ac inauditam clemētiam: sub quo uiuebant hostes, immo impune uagabātur. Partem. Quod integrum me cōseruo ut pacificator esse ualeā. Remisisset. Cōdonasset ut impune abesse possent, regiāq; declinare. Ridiculos. Tullium & Seruiū. Circūsedendum. Obsidēdum ac circūuallandum Brundusii. Ipsi. Tanq̄ non hoc minus peccatum sit obsidione.

¶ Argumentum.

DEPL Oratione iubente
longissima epistola At/
tico facere finem uult
Cicero/præterita non præsentia
recogitans. Culpas Cæsaris af/
fert in medium: & Tyranni no/
mine dedecorat. Pompeii errata
remetitur/ac animi in sese ingra/
titudinem. Cõscensurum tamen
ac euolaturum ait ingratis ꝓpter
pueros suos: quorum filius. Q.
deprauatus est: adeo ut uirulen/
tas literas ad Cæsarem perscrip/
serit. Interserit sermones cũ Cu/
rione habitos.

¶ Interpretatio.

HI Sunt. Pompeius/Cæ
sar/& Crassus. Expu
lit. Pompeium. Ne
subleuabat. Ne uerbo quidem
adiuuare uoluit/cum Cic. Pom/
peium in suburbano otiantẽ adi
uit/quem Pompeius stratũ con/
tempsit. Aliqui ferunt eo insalu/
tato per posticũ egressum. Con
tra uoluntatẽ. Prisci codices con
tra huius uoluntatẽ/hoc est Cæ/
saris. Facere posse. Exempla/
ria prisca. Facere aiebat posse.

Alter. Quinti filius indulgen
tia paterna corruptissimus/ mox
patri patruoq; ifensissimus. Ip/
sum. Filium Ciceronis fratris.
Qui mox indies deterior fuit/pa
tri ac patruo infensus/etiã Hirtii
catamitus: ac interioris lecticae
sponsa. Vide incredibile calami/
tatis genus/etiam frater Cicero/
nis Quitus/ in fratrem inuectus
est/adeo fortunam sequũtur om
nes. quæ coegerunt Ciceronem
exclamare/uter ex eadem matre
uel nũquam natus essem/uel so/
lus/ Patrissabat ergo Quinti fi/
lius/patris ac patrui delator iura
naturæ subuertens/ patrem cri/
minatus/ ut uerum sit illud ad/
agium: patrem uidelicet esse tar/
dum/ qui sibi uiscum cacat.

uitæ statum amiserim: cogito: sed quid consecutus
sim: quid præstiterim: qua in laude uixerim. His de/
niq; in malis quid intersit inter me: & istos: quos ꝓ/
pter omnia amisimus. Hi sunt: qui nisi me ciuitate
expulissent: obtinere se nõ posse putarũt licentiã cu/
piditatum suarũ: quorum societas: & sceleratæ con/
sensionis fides: quo eruperit uides. alter ardet furo/
re: & scelere: nec remittit aliquid: sed in dies ingraue/
scit. modo Italia expulit. nũc alia ex parte persequi:
ex alta Prouĩcia spoliare conatur. nec iã recusat: sed
quodãmodo postulat: ut queãdmodum est: sic etiã
appelletur Tyrãnus. Alter is: qui nos sibi quondam
ad pedes stratos ne subleuabat: qui se quidẽ nihil cõ
tra huius uoluntatẽ aiebat facere posse: elapsus e so/
ceri manibus: ac ferro: bellum terra: & mari cõparat:
nõ iniustum ille quidem: sed tum pium: tũ etiam ne
cessariũ: suis tamen ciuibus exitiabile: nisi uicerit: ca
lamitosum etiã: si uicerit. Horum ego summorũ im
peratorũ non modo res gestas non antepono meis:
sed ne fortunam quidẽ ipsam: qua illi florẽtissima:
nos duriore conflictari uidemur. Quis enim potest
aut deserta per se patria: aut oppressa beatus esse? Et
si (ut nos a te admonemur) recte in illis libris dixi/
mus: nihil esse bonũ: nisi quod honestũ: nihil malũ:
nisi quod turpe sit: certe uterq; istoꝝ est miserrimus:
quorũ utriq; semp patrię salus: & dignitas posterior
sua dominatiõe: & domesticis cõmodis fuit. præcla/
ra igitur cõscientia sustentor: cũ cogito me de repu.
aut meruisse optime: cũ potuerim: aut certe nunq̃:
nisi de ea diuine cogitasse: eaq; ipsa tempestate euer/
sam esse rempu. quã ego. XIIII. annis ante prospe/
xerim. Hac igitur cõscientia comite: proficiscar: ma/
gno equidem cum dolore: nec tam id propter me:
aut propter fratrẽ meum: quorũ iam acta ętas: quam
propter pueros: quibus interdum uidemur præstare
etiam rempu. debuisse: quorũ quidem alter nõ tam:
quia maiore pietate est: me mirabiliter excruciat: al/
ter: o rem miseram: nihil enim mihi accidit in omni
uita acerbius: indulgentia uidelicet nostra deprauatus: eo progressus est: quo non audeo dicere. Et ex/
pecto tuas literas: scripsisti enim te scripturum plu/
rima: cum ipsum uidisses. omne meum obsequium
in illum fuit cũ multa seueritate. neque unum eius:
nec paruũ: sed multa magna delicta compressi. Pa/
tris autem lenitas amanda potius ab illo: q̃ tam cru/

deliter negligéda. Nam literas eius ad Cæsaré misſas ita grauiter tulimus: ut te quidé celaremus. ſed ipſius uidemus uitá inſuauem reddidiſſe. Hoc uero eius iter:ſimulatioq; pietatis:qualis fuerit: nó audeo dicere. Tantú ſcio poſt Hirtium côuentum:a ccerſitum ab Cæſare cú eodem eo animo abfui rationibus alieniſſimo:& có filio relinquendi Italiá. Et hęc ipſa timide: ſed nulla noſtra culpa eſt. natura metuéda eſt. Hæc Curionem: Hæc Hortenſii filiú non patrum culpa corrupit. Iacet in mœrore meus Frater: neq; tá de ſua uita: quá de mea metuit. huic tu: huic tu malo affer cóſolationes: ſi ullas potes: maxíe quidem illá uelim: ea: quę ad nos delata ſint: aut falſa eſſe: aut minora. quæ ſi uera ſint: quid futurú ſit í hac fuga: neſcio. Ná ſi haberemus rempu. có filium mihi nó deeſſet nec ad ſeueritaté: nec ad diligétiam. Núc ſiue iracundia: ſiue dolore: ſiue metu permotus: grauius ſcripſi: quá aut tuus in illú amor: aut meus poſtulabat. Si uera ſunt: ignoſces: ſi falſa me libéter eripies mihi hunc errorem. Quoquo modo uero ſe res habeat: nihil aſſignabis nec patruo: nec patri. Cum hæc ſcripſiſſem: a Curione mihi núntiatum eſt: eú ad me uenire. Venerat enim is in Cumanú ueſperi pridie: ideſt idibus. Siquid eius igitur ſermo eiuſmodi attulerit: quod ad te ſcribendú ſit: id in literis adiungam. Præterit Villá meam Curio: iuſſitq; mihi nuntiari mox ſe uenturú. cucurritq; Puteolos: ut ibi concionaretẽ. concionatus eſt. rediit. fuit ad me ſane diu. O rem fœdam. noſti hominé: nihil occultauit: in primis nihil eſſe certius: quá ut omnes: qui lege Pompeia condemnati eſſent: reſtituerétur. Itaq; ſe in Sicilia eorum opera uſurú. de Hiſpaniis non dubitabat: quin Cæſaris eſſent. inde ipſum cum exercitu: ubicúque Pompeius eſſet: eius interitu finem illi fore: propius factum eſſe nihil: eum plane iracundia elatum: uoluiſſe Cæſarem occidi Metellum Tribu. pleb. quod ſi eſſet factum: cædem magná futuram eſſe. permultos hortatores eſſe cędis. ipſum aút non uolútate: aut natura non eſſe crudelé: ſed quod putaret popularé eſſe cleméntiam. quod ſi populi ſtudiú amiſiſſet: crudelem fore: eumq; perturbatum: quod intelligeret: ſe ipſum Regem offendiſſe de ærario. Itaque ei cum certiſſimum fuiſſet: ante: quam proficiſceretur: concionem habere: auſum nó eſſe: uehementerq; animo perturbato profectú. Cum auté ex

Hirtiú. Qui eius flori fortaſſis illuſerat: cuius largitióe pellectus ſe proſtituit Octauius. Ab ſuis. Scribendum. Abſui. Curionem. Filium: qué ſępiſſime Cicero patri conciliauit Antonii amoribus percorruptú ut patet ex philippicis. Hortenſii filiú. Qui cú gladiatoribus in aſiá uenerat/ de quo Cic. ſuperius. Huic. Repetitio pathetica. Iacet frater. Propter filium qui ad Cæſarem ſcripſit. Patruo. Mihi qui non peperci ferulę. De Quinti filio loquitur. Aſſignabis. Adſcribes. A te ſcribédum. Lege/ad te. Metellú. Qui prohibebat ſanctius ęrarium aperiri. Nó. duas negationes ſcimus affirmare. ſignificat Cæſaré natura eſſe crudelem/benignum tamé & cleméntem arte/quoniam ſic poſcit huius belli ratio. Se apud ipſum legem. Verbú apud eſt inuectitium: ideoq; tollendum. Nec legem ſcribédum/ſed regé hoc eſt Cæſarem/qui ſanctius inuito tribuno ærarium aperuit licentia pluſquá regia. Tunc fertur dixiſſe Cæſar/An neſcis mihi facilius eſſe facere q̃ dicere: Fortaſſis hic eſt ille Metellus celer: quem Cic. ſuperius amenté uocat. Celer eni cognomentú erat Metellorũ. Cæſar Romá delatus populum Roma. ueterú calamitatum recordatione turbatú: quas ab Sylla & Mario olim pertuliſſet: trepidantéq; magna ſpe pollicitationibus leniuit. Hoſtibus humanitatem pferens ac cleméntiam. Publici ærarii clauſtra perfregit obſtantiq; in aditu Metello ex Tribunis plebis mortem eſt cómina tus. Theſauros a nemine contactos uſq; in illam diem militibus rapere conceſſit. hos olim execratione propoſita publice códitos fuiſſe memorent: ut niſi Celtico inſurgente bella a nullo promerentur. Verum Cæſar cęltas a ſe deuictos afferés/urbem ab exe crationé liberam reddidiſſe ait. Lepidum Aemilium urbi præfecit.

Celer.

Inquã.Dico. Sex tui fasces.Magiſtratũ Curio accepat a Cæſare cũ ſex faſcib.ut ꝓconſulatũ. Inqt.Rñdit Curio. Cupiui.Hũc magiſtratũ ſeu ꝓcõſulatũ cũ ſex tãtũ faſcib. Ex.S.C.Ex mãdato ſenatus Cęſariani furti ac uiolẽter coacti. Surrupto.Clã ipetrato/aut ſubrupto ꝑ ſurrep to plautine/aut ſurrepto cũ Aldo ſcribẽdũ. Aliter poterat.Lege cũ Beroaldo/Aliter nõ poterat/ Subitellige hõ ꝑditus ac facinoroſus ſex faſces habere niſi decepto ſenatu/uel ſunt uerba Curiõis. aliter fieri nõ poterat/cũ leonina nõ ꝓfuit/indui uulpinam. Ille.Cæſar. Impẽdio. Magis/per quem cohiberi uidetur. A me oia ꝓficiſcẽtur. Animaduerte ſo/des uerbũ Curionis/omnia a me ꝓficiſcẽtur/ero auctor omniũ ſe/natu neglecto. Hoc patet/cũ in/quit ille ſex habeo/qa duodecim nolui. Philippũ. Vt impune abeſſet & otiũ duceret. Impe/traſſe. Hoc totũ deeſt. Sed ueri/tus qa a me nihil impetrabat. Li bẽter inquit tibi cõceſſiſſet. uerũ puta te impetraſſe. Quoniã in ſenatũ.Lege.Quod in ſenatum.

Vbi ſis.Quid Cæſaris intereſt ubi ſis? Receſſurũ. Abiturum aliquo. Quærere. Quæſiturũ.

Quomõ.Romana adminiſtra turus eſſet. Dixerim ille qdẽ/ ſed deferri.Dixit ille quidem ſibi deferri:legit Beroaldus. Sibi. Curioni. Nolle.Inuidioſũ uer bum/temporũ ac morum perdi/ torũ labem innuẽs. Nullo ne gocio. Statim/nulla difficultate.

Eſſe debet. Reſponſio Cice/ ronis Curioni. Reor mihi amicũ Cæſarem. Quid enim unquã. Scribendum/Quid inq. Do/ labella.Cæſarem Ciceroni iratio rem quod in urbe non affuiſſet.

Dico. Reſpondeo Curioni.

Quid affirmabat.Lege/quod affirmabat/ reſpõdeo Dolabellã me per literas admonuiſſe/ ut in urbẽ uenirem. Cum ſcripſiſſet. Mihi Dolabella. Alia ſũt.Sci/ tu & auditu digna/ q̃ de Curiõe exqrã. Illũ.Cæſarẽ dicebat Cu tio qd nõ ueniret.Cõtraria cũcta Dolabellæ ſermoni. Iubebat. Cęſar ut romã nõ irẽ. Suſpicio. Ne garrulitas aut maledicentia Cicerõis filii ꝑ Hirtiũ/ alienaſſet Cæſarẽ. Domeſtici mali. Cice ronis pueri corrupti & garruli.

Hirtiani. Cõuenerat Hirtium Quitus puus. Illũ.Quintũ pue rũ. Dignũ eẽ nobis.Paterna ac noſtra ueſtigia ſeq. Tacite deſciturũ a patre refert. Ipſe me iui to.Suadeo mihi/me exhortor. Quæ pro illo.Lege/ne pro illo.hoc eſt Quĩto/ in ꝑſona Quinti pueri. Sit ſuſpicãdum.Aliquid mali/tamẽ cum hęc intelligo/ſuſpicari neceſſe eſt/cũ hęc uideã.

eo quęrerẽ:quid uideret.quod exemplũ:quã temp. plane fatebatur nullã ſpem reliquã.Põpeii claſſem ti mebat:quæ ſi eſſet:ſe de Sicilia abiturũ. quid inquã iſti ſex tui faſces?ſi ab Senatu:cur laureati?ſi ab ipſo: cur ſex?Cupiui inquit ex.S.C.ſurrepto. Nam aliter non poterat:at ille impẽdio nunc magis odit Sena tum:a me inquit omnia proficiſcẽtur. Sex autẽ:quia duodecim nolui:nã licebat. Tum ego:quam uellem inquã petiiſſe ab eo:quod audio Philippũ impetraſ ſe. Sed ueritus ſum:qa ille a me nihil impetrabat. li benter:inquit:tibi cõceſſiſſet:uerũ puta te impetraſ ſe. Ego enim ad eũ ſcribam:ut tu ipſe uoles:de ea re nos iter nos locutos. Quid autẽ illius intereſt:quod in Senatum non uenis?ubi ſis?qui nunc ipſum mini me offendiſſes: eius cauſa ſi in Italia non fuiſſes. atq; ego me receſſurũ:& ſolitudinẽ quærere. maxi me qd lictores haberem:laudabat cõſilium. qd er go inquã? nam mihi curſus in Græciã per tuã Pro uinciam eſt:quoniã ad mare ſuperum milites ſunt. quid mihi inquit optatius? Hoc loco multa perlibe raliter.ergo hoc quidẽ uerum eſt ꝓfecto: ut nõ mo do tuto:uerũetiam palã nauigaremus. reliqua in po ſterum diem diſtulit:ex quibus ſcribã ad te: ſi quid erit epiſtola dignũ. Sunt autem:quę præterii:interre gnum ne eſſet expectaturus:an quomodo dixerim: ille quidẽ:ſed deferri conſulatũ: ſed ſe nolle in pro ximũ annum:& alia ſunt:quæ exquirã. Iurabat ad ſummã:quod nullo negocio faceret: amiciſſimũ mi hi Cæſarem eſſe debere. Quid enim unquã ſcripſit ad me Dolabella?dico quid affirmabat:cũ ſcripſiſ ſet: quod me cuperet ad urbem uenire? illum quidẽ gratias agere maximas:& nõ modo ꝓbare: ſed etiã gaudere:atq; iubebat. Quid quæris? Eſt enĩ ſuſpi tio illa domeſtici mali:& ſermonis Hirtiani:q̃ cupio illum dignum eſſe nobis:& quã ipſe me inuito:ne ꝑ illo ſit ſuſpicandum: ſed opus fuit Hirtio cõuento.

Nolo.

Nescio qd. Sermiculi secretioris ac interioris. Scimus nos/alii ignorant ubi premat calceus. Quã minimo. Sermone Quintũ uti cũ Hirtio. Deliqrat Cic. sermone aliquo uel facto cõtra Cæsaré quod ulcus sermone Quinti tactũ esse nolebat. Eũ. Quintũ. Optimos. Legendũ/ Optimum emenda te. ꝓpensus in fauore Terẽtiæ eris ac uniuersę familiæ nostrę. Vrbis unũ. Legendũ nullũ. Quare fœminę tuto i urbe morabuntur. Rhegiũ. Ciuitas calabrię litoralis uocata ab fractura siciliæ ab Italia. Sic græca dictio sonat. Est.n. ꝓfectio ista p continẽtem. Et cætera. Lege cæterum p sed. Cõmoror. Non adhuc ꝯscẽdo/iunge seqn/tib. Lunã nouam. Ibo. Regendo. Α᾽ρκαδίαν. Emẽda. Regulo ἀρκαδίως. Dynastę uidelicet Arcadiæ. Per Arcadẽ Dynastam/principẽ itelligimus insulsũ ac fatuũ. Arcades/ ut Philostratus inqt/rudes ac suibus simillimi. huc illđ Satyri uergit. Nil salit arcadico iuueni. Vtinã tu. Mecũ uenires. Modestior. Eẽ uolo. Nõ per epistolam. Legit Beroaldus. Nup epistola. Ad uestoriũ. Subintellige data. De Tullia. Rescripsi. Regrere solebat. Vt de Tullia scriberem.

HS. Addit Philippus.xxx.hoc est Sestertiis trigita. Cui uellẽ. Deest uerbũ addici hoc est adiudicari. Diẽ. Terminũ uulgo dicimus. Ista. Hoc lucellũ quod ꝯsecutus sum p uestinũ. Si uis. Nisi ne uis. Plautina phrasis/nos uulgo dicimus/salua pace. Familiari. Vrbanus erat Cic. ad dicacitatẽ usq;. Facias. In prisco codice hoc additum est. Ad.xv. Kalen. maias.

Rhegium. Arcadia. Nisi ne uis

Est ꝓfecto nescio quid: quod uelim: q̃ minimo: & tamen eũ nõdum redisse miramur. Sed hæc uidebimus. te optimũ Terentiæ dabis. iam enĩ urbis nullũ periculũ est: me tamẽ consilio iuua: pedibus ne Rhegium: an hinc statim in nauem: Cæterum quoniam cõmoror ego ad te statim habebo: quod scribam: simul: ut uidero Curionẽ. De Tirone cura quæso: quod facis: ut sciam: quid is agat. de tota mea cogitatiõe scripsi ad te antea satis: ut mihi uisus sum: diligẽter. De die nihil sane potest scribi certi pręter hoc: nõ ante lunam nouã: Curionis sermo postridie eandem habuit fere sententiã: nisi quod apertius significauit: se earum rerũ exitum non uidere. quod mihi mãdas de quodam regulo ἀρκαδίας tamẽ nihil prætermittam: atq; utinã tu: sed modestior non per epistolã ad Vestorium statim de Tullia ac ualde requirere solebat: cõmodius tecum Vectinus est locutus: q̃ ad me scripserat: sed mirari satis hominis negligentiã non queo: cum mihi enim Philotimus dixisset: sese. CCL. emere de Canuleio diuersorium illud posse: minoris etiam empturũ: si Vectinum rogassem. rogaui: ut siquid possit: ex ea summa detraheret. promisit ad me nuper se HS. XXX. emisse: ut scriberẽ cui uellem addici diem pecuniæ Idibus Nouembris esse. rescripsi: & ista Madio: si uis: cum ioco tamen familiari. Nunc: quoniã agit liberaliter: nihil accuso hominẽ: scripsiq; ad eum: me a te certiorem esse factum. Tu de tuo itinere quid: & quãdo cogites: uelim me certiorem facias. Vale.

M.T.C.T.P.ATTICO.S.

AD undecimum Kal. Martii me adhuc nihil præter tempestatem moratur. Astute nihil sum acturus. fiat: ut in Hispania quidlibet: & tamen excitet

¶ Argumentum.

PARatus ad ꝯscẽdẽdũ/ breuiloqu' ẽ. Detestat̃ filiũ Quĩti qđ ex pr̃na idulgẽtia pueriisse refert. Regnare Cęsar/regnare Põpeius cupit. Sed Pompeius Rex modestior. Verũ qm̃ ingratus esse nõ possũ regẽ syllanũ sequar: inquit Cice.

¶ Interpretatio.

AD.XI.kal. Martii. Hoc nõ ẽ i priscis exẽplarib. forte finis erat p̃cedẽtis epię. Astute. Vetusti codices Astutę. Α᾽στυρα iqt Stephanus: regio Italię. Gẽtile astyrinos: a quo Asturinæ dianæ sacrum: de quo Cic. meminit lib.vi. epi. fam. Astyra uicus ꝓpe Adramytũ Straboni. Est & phœnicię ciuitas iuxta Rhodũ: in q̃ minerua Astyris dicit̃ ut nõnulli uolũt. Dicit̃ i Boetia quoq; ꝓpe potnias & in Italia in ora cãpaniae. Fiat ut. Vacat uerbũ ut. Hispaniã. Legẽdũ Hispania. Recitet. Beroaldo placet/excitet. Quid si ita corrigis: & tãdẽ excitet Põpeiũ Cęsar: q ueterno similis excitari nõ pôt.

Astyrae

Sedulo. Obtundit. Vno il/lo. Quinto filio. Adstrinxi. Moderatione: castigatione. Relaxat. Dissoluit. Sine illo. Patre. Possem. Quintum filium regere. Opus. Laterem lauare. Tergiuersationem. Dissimulationem. Sed ea non agitur. Nulla reipub. nunc consideratio est. uel sequẽdo Cæsarem non agimus politice. quoniam Tyrannus & sequendo Pompeium nulla uel parua consideratio quoniam syllaturit. Modestior Rex. Pompeius. sed tamen rex: qui regnare & ipse uolebat. Neutrum sentiendum. Nec cũ hoc nec cum illo. Vinctus. Obnoxius Põpeio. Det clara synodia. Beroaldus præclara scribit. Synodia. dabit præclarum concentum & congressum. Sin autem. Si uir esse noluerit aut politicus. Vixit. In regressu fuit iterum mecũ in contubernio. Alii codices dixit habẽt.

Synodia.

Iacere. Tepere: clementem esse. In priscis exemplaribus tacere scriptum est eodem sensu. Superius. Ipsum autem non uolun tate aut natura non esse crudelem sed quod putaret popularẽ esse clementiam. Putás. Quã tum curio iudicat. Offensione populari. Dubitansne populum offendat. Quintum puerum accepi hospitio a Cæsare uenientem. Vementer. Alibi uementem. Vtraq; lectio defendi potest. Video. In causa fuisse ut ad Cæsarem transiret. Congiarii. Muneris. Sperabat. Q. ex hac defectiõe Pompeiana se magnum consecuturum congiariũ.

Scelus. Quod Arcana nostra Cæsari per Hirtium prodere uellet. Natura. Insita leuitate.

Oppiis uelienfibus. Fratribus uelitæ de quibus supra. Nostrum. Epiroticum rus tuum. Tam fraterne nos inultas. Alios cursus. Itinera uidelicet ad Pompeium. Videamur. Scribe. Videbamur.

meas cógitationes omneis explicaui tibi superioribus literis. quocirca hæ sunt breues: & tamen: quia festinabam: eramq; occupatior de. Q. Fratre: ita me quidem sedulo: sed nosti reliqua: quod me mones: & amice: et prudenter memoras: sed erunt omnia facilia: si ab uno illo cauero. Magnum opus est. mirabilia multa. nihil simplex. nihil syncerũ. uellem suscepisses iuuenem regendũ. pater enim nimis indulgens: quicquid ego astrinxi: relaxat: si sine illo possem: regerẽ: quod tu potes: sed ignosco. magnũ inquam opus est. Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam: ego nunc qua: & quó uidebo. Ego uero Appuliam: et Sipontum: & tergiuersationem istam probo: nec tuam rationẽ eandem esse duco: quam meam: non quin in repub. rectum idem sit utriq; nostrum: sed ea nõ agitur. Regnandi contentio est: in qua pulsus est modestior Rex: & probior: et integrior: et is: qui: nisi uincit nomen populi Roma. deleatur necesse est. sinautẽ uincit Sullanó more: exemploq; uincet. Ergo hac in contentione neutrum tibi palam sentiẽdum: et tempori seruiendum est. Mea causa autem alia est: quod beneficio uinctus: ingratus esse non possum: nec tamẽ in acie: sed militia: aut alio in loco: siue in oppidulo fu turum puto. Nihil inquies: iuuas eum: in quem ingratus esse non uis! immo minus fortasse uoluisset: sed de hoc uidebimus. Exeamus modo: quod ut meliore tempore possimus: facit Adriatico mari Dolobella: Cretensi Curio. Iniecta autẽ mihi spes quædam est: uelle mecum Ser. Sulpicium colloqui. ad eum misi Philotimum libertum cũ literis: si uir esse uolet: det clara Synodia: sin autem: erimus nos: qui solemus. Curio mecum uixit iacere Cæsarem putans offensione populari: Siciliæq; diffidẽs: si Pompeius nauigare cœpisset. Quintũ Puerum accepi. uehementer auaritiam uideo fuisse: & spem magni Congiarii. Magnum hoc malum est: sed scelus illud: quod timueramus: uideo nullum fuisse. hoc autem uitium puto te existimare non nostra indulgentia: sed a natura profectum. quem tamen nos disciplina regimus. de Oppiis uelienfibus quid placeat: cum Philotimo uidebis. Epeirum nostrum putabimus. sed alios cursus uidebamur habituri. Vale.

M.T.CICERO.T.Pōp.Attico.S.

ET res ipsa monebat:& tu ostenderas: et ego uidebam de his rebus: quas interci pi periculosum esset:finē inter nos scri/ bendi fieri tempus esse. Sed cum ad me sæpe mea Tullia scribat:orans:ut quid in Hispania geratur:expectem:& semper ascribat idem uideri ti/ bi:idq́ ipse etiam ex tuis literis intellexerim:nō pu/ to esse alienum me ad te:quid de ea re sentiam: scri/ bere. Consiliū istud tunc esset prudens: ut mihi ui/ detur: si nostras ratiōes ad Hispaniensem casum ac/ cōmodaturi essemus:quod fieri dicitis oportere. ne/ cesse est enim aut: id quod maxime uelim:pelli istū ab Hispania:aut trahi id bellū: aut istum: ut confi/ dere uidetur: apprehendere Hispanias. Si pelletur: quam gratus:aut quam honestus tum erit ad Pom/ peiū noster aduentus: cū ipsum Curionem ad eum transiturū putem! si trahitur bellum:quod expectē? aut quā diu! relinquitur:ut:si uincimur in Hispania: quiescamus. id ego contra puto. Istum enim uicto/ rem magis relinquendū puto:quam uictum: & du/ bitantē magis:quam fidētem suis rebus. nā cædem uideo: si uicerit: & impetū in priuatorum pecunias: & exulum reditū: & tabulas nouas:& turpissimorū honores:& regnū:non modo Romano homini:sed ne persæ quidem cuiquā tolerabile. tacita esse pote/ rit in id dignitas mea! Pati poterūt oculi: me cū Ga/ bini sententiam dicere! Et quidem illū rogari prius! præsto esse cliētem tuum Chloelium Catelli. Plagu leium: cæteros. sed cur inimicos colligo! qui meos necessarios a me defensos nec uidere in Curia sine dolore: nec uersari inter eos sine dedecore potero. quid si ne id quidem est exploratum fore: ut mihi liceat! Scribunt enim ad me amici eius: me illi nul/ lo modo satisfecisse: quod in Senatum non uene/ rim. Tamen ne dubitemus an & nos etiam cum pe riculo uindicemus: qui cum coitione: tum præ/ mio quidem nolumus esse. Deinde hoc uide:nō es/ se iudicium de tota contentione in Hispaniis: nisi forte his amissis: arma Pompeium abiecturum pu/ tas:cuius omne cōsilium Themistocleum est. Exi/ stimat enim:qui mare teneat:eum necesse rerum po/ tiri. Itaq́ qui nūquam egit:ut Hispaniæ per se tene/ rētur:naualis apparatus ei semper antiquissima cu/

℄ Argumentum.

CONSVlebant omnes fere ut Tulliæ a patre casus Hispaniensis ex/ pectaretur/quod Cice.nō putat/ & rationes adducit:quoniā sum/ ma Rerum ab Hispaniis nō pen det. Excusare poterit se Pōpeio quod nō transiuit quod pacē fo/ re putauit. Quod si ꝯsideremus de perpetua uita/nō hac exigua cogitabimus. In extrema pte mi rificā Tulliæ suæ uirtutē laudat.

℄ Interpretatio.

HIS Rebus. Sermonib. in conuitia Cæsaris ac Pompeii alternatis ab Attico & Cicerone. Quāgra/ tus. Quasi dicat nihil. Trahi. In longum ire. Curionē. Cum uictoriam sequātur omnes. Ta bulas nouas. De nominib. & ęre alieno non soluendo. Mecum Gabinio. Me Cum. duplex est di ctio. Catelli. Beroaldus Catu/ li. causam ignoro censurę. Mi/ hi liceat. In curiā uenire. Vin/ dicemus. In libertatē asseramus. Coniunctiōe. Lege coitione/ uel cōueniendo cum Cæsare Cę sarianisq́. Cū significat partim. Iudicium. Sensus est. Cū Tul lia te auctore dicit ut res Hispa/ niēses expectemus:significare ui detur/res illas fore totius belli de cretorias & indices. Res non ita se habet. Nam quāuis hispanias Pompeius amittat: non oīa amit tet: cuius præcipuum consilium fuit occupare mare. Themi/ stoclęum. Simile cōsilio Themi/ stoclis:qui occupauit mare/ & de seruit Athenas. Antiquissima. Maxia/potissima. Iuxta illud Pri scū carmē. Moribus antiquis res stat. Rōana uirisq́. Plautus in ca ptiuis. Iuuenis ē antiqs moribus: cuius nūq̄ uoltū tranquillauit gra tus. nihil antiquus dicimus/ hoc ē meli9. Colere uirtutē cēsuit semp antiqssimū. i. optimū. nimirū qa antiq in oī uirtute pstātissimi fue rūt/adeo ut ex oraculo Pli. dixe/ rit. uix possunt a nobis antiquo/ rū inuēta pdisci. Plautus. Apud antiquos flos poetarum fuit.

Tabulæ nouæ.

An ni ualde hic in absentia. Corrige. An q uidelicet absentis scelus tuli. An uerendũ est ut ca/sum ac fortunæ uices uniuersas cũ Pompeio ac optimatibus nõ ferã/qui solus in his locis tuli sce/lus & fortiter repugnaui scelerato Cæsari:iniquissimæq; fortunæ. Scelus Cæsarẽ uocat qd' auctore Donato plus est dicere q̃ sceleratũ. Iuxta illud epigrãmatici. Non uitiosus hõ es Zoile/ sed uitiũ. Scelus uiri Plautus frequẽter ait ꝓ hoie sceleratissimo. Pricipibus. Primariis senatorib. Quod si. Argumentũ huiusmodi. Fac me inofficiosum esse ac exclamare/uicerit utilitas:piculosius e esse

Scelus.

cũ Cæsare q̃ cum Põpeio. Of ficio misso. Prætermisso officio quod Reipublicæ debeo. Ab illis. Põpeio ac optimatib. Ab hoc. Cæsare. Quin cũ pericu/lo. Prisci codices. Quin turpiter cũ periculo. Non simul. Si hoc cõtra nos adducatur a bonis ui/ris. Ne cõdamus. Nos abscon damus ueritatẽ/ & si possumus. Vt possumus. Corrige possi/mus/cõcesso qd possimus. Col legii nostri. Erat enim augur/sed ut ait Augustinus/ Cice. augur irridet auguria. Ab Attico. Beroaldus legit ab appio. Quid autẽ uelit non percipio. Ego cõ/iectura duce/censeo scribendũ a Tagetico. Tageticos eni libros scimus appellatos a Tagete ter/rigena deo exarato: qui diuinos libros ac extispicia repit: de quo Tagete Lucanus. Sed conditor artis. Finxerit ista Tages. Memi/nit Tagetis Cice. in libro diuina tionũ prolyxe:& de Tageticis ac ritualibus libris Placiades atque Macrobius. Platonis. In. ix. de Rep. Tyrãni uiuunt tanquã uin culis quibusdã deuincti formidi/num omniũ & armorũ:solisq; in ciuitate minimũ egredi/ aut pe/regrinari/aut quicquã eorũ/quę liberi solẽt licet. Domi præterea totos dies more fœminarũ resi/dent uerentes ciuiũ inuidiã. De/mosthenica sentẽtia super Tyrã nis admirabilis est hoc sensu. Pu to Tyrãnidem ifidam esse rebus

Tagetici libri.

Tages.

Tyranni.

ra fuit. Nauigabit igitur:cum erit tempus maximis classibus:& ad Italiam accedet: in qua nos sedentes quid erimus! Nã medios esse iã non licebit. classibus aduersabimur igitur!quod malũ maius scilicet tan/tum!deniq; quid turpius! An qui uidelicet absentis scelus tuli: scelus eiusdem:cum Pompeio:& cum re/liquis principibus nõ feram! Quod si iam misso offi cio periculi ratio habẽda est:ab illis est periculum: si peccaro:ab hoc:si recte fecero. nec ullũ in his malis consiliũ periculo uacuũ inueniri potest:ut nõ sit du bium:quin cũ periculo fugiamus. quod fugeremus etiam cũ salute. non simul cũ Pompeio mare trãsieri mus:nõ omnino potuimus. Extat ratio dierum. sed tamẽ (fateamur enim quod est)ne cõdamus qdem: ut possimus: fefellit ea res: quæ fortasse nõ debuit: sed fefellit:quod pacẽ putaui fore:quæ si esset: iratũ mihi Cæsarem esse:cum idẽ amicus esset Pompeio: nolui. Senserã enim quã idem essent. hoc ueritus in hãc tarditatem incidi:sed assequar omnia:si ꝓpero: si cũctor:amitto. Et tamẽ mi Attice auguria quoq; me incitãt quadam spe non dubia. Nõ hæc collegii nostri a Tagetico:sed illa Platonis de Tyrãnis. Nul lo enĩ modo posse uideo stare istũ diutius:quin ipse per se:etiã languentibus nobis:cõcidat. quippe:qui florens:ac nouus primis diebus ipsi illi egẽti:ac pdi tæ multitudini in odiũ acerbissimũ ueniret:qui dua rum rerũ simulationẽ tam cito amiserit: mãsuetudi/nis in Metello:diuitiarũ in Afranio:iam quibus uta tur uel sociis:uel ministris:si ii Prouĩcias:si Rempu. regent: quorũ nemo duos menses potuit patrimo/

publicis/omneq; regem aut Tyrannũ inimicum per se libertati ac legibus existere. Aristoteles in politicis ait/nullam Tyrãnidẽ annos centũ excessisse. Tyrãnis est excessus legitimæ monarchiæ. Lysander Lacedæmonius captis Athenis. xxx. Tyrannos iposuit:& ad Tibicinarũ modulos mu/ros a fundamẽtis eruit;& triremes cremauit:sociis interea coronatis/tanq̃ dies ille principiũ liber/tatis esset. Auctor Plutarchus. Tyrãnus auctore qnto politicoꝝ Aristotele tria considerat/unũ ut ciues iter se dissidẽtes red dat/& bonos uiros psequat̃ q̃si pestiferos & aduersarios dominatõi suę/qa nolũt i seruitute uiuere aios iminuant ciuiũ. Nemo. n. pui animi ꝓtra tyrãnũ insurgit. Secũdũ ut ciues iter se dissidẽtes red & qm eis plurima fides adhibet. Nullo modo. Oraculum de Tyrãno uerius his quæ in sagra. Languẽtibus. Ad eius electionẽ tepẽtib. Florẽtis ac nouos ut uti. Scribe cũ Beroaldo. Florens ac nouus primis diebus:qb. fortassis ẽ urbẽ Igressus Metellũ Trib. plebis trucidare uoluit. Affran/niiq; domũ dilapidauit/cuius filius dux Põpeianus erat i hispãnia. Venirer. Alii uenisset legũt.

Tyrannis breuis.

Lysandri exemplum.

scio cuius te flagitii insimularem. Negas enim te reperire: qui mihi id in mentem uenerit. Ego autem: quia scripseras te proficisci cogitare (& enim audieram nemini taliter licere) & eo te habere cẽsebam: & quia a pueris diploma sumpseras. habes causam opinionis meæ: & tamẽ uelim scire quid cogites: imprimisq; siquid etiam nunc noui est. XVII. Calen. Iunii Tullia mea pepit puerũ ἑπταμηνιαῖον εὐτόκουσαν. Quod quidem est natum perimbecillũ est. Me mirificæ tranquillitates adhuc tenuerunt: atq; maiore impedimẽto fuerunt: quã custodiæ: quibus asseruor. Nam illa Hortensiana omnia fuere infantia. Ita fiet homo nequissimus: ab Saluio liberto deprauatus est. Itaq; posthac non scribam ad te: quid factu

Heptamenięus

Septimestrẽ salua pepit. Septimini dicitur a latinis: q uitales esse possunt/auctore Plinio libro vii. na. hist. Iuxta illud Ceciliani. Quin mulier parit septimo quoq; & octauo. Et quoniã belle occasionẽ nacti sumus: explicemus rẽ scitu dignã super partu fœminarũ/curq; septiminus plerunq; fit uitalis.

De rõne partus.

Causa: inquit Petrus Aponus Differẽtia undegnquagesima quod Octominus nõ uiuat ẽ ista. Posuit Ptolemeus mẽse primo sup cõceptione Saturnũ dominari frigidum & siccum.

Saturnus.

Tũc enim semẽ aquosum & fluxum ĩdiguit aliquo quod ipsum sisteret/ cõstringeret atq; densaret/ ut calidum ipsius uigoretur: cuiusmodi est frigiditas & siccitas saturni. Est enim origo uirtutis retentiuæ in centiloquio. Secũdo quoq; mense eidem Iupiter dominatur fortunãs/calidus/& humidus augmẽtatiuus. Est nãq; uirtutis crescentis origo. Tunc enim cõceptus eget calido dilatante ipsius naturã/ & humiditate extendente/protractionẽq; linearũ & punctorum/ tandẽq; ad informationem/ & ut etiã frigiditas & siccitas Saturni reprimatur. Reliquo siquidẽ mensis Mars occurrit: qui sui caliditate iam crescẽtem embryonẽ calefacit & desiccat superfluitatem ipsius humiditatis & ad motũ concitat. Tunc enim moueri præcipit. In calidũ enim & siccũ motiua ualde. Mense quarto supuenit Sol cor cœli mundiq; princeps/qui sui caliditate uiuifica in tantũ perficit embryonẽ/ ut spiritus in eũ ingrediatur rõnalis. Quinto uero mẽse uenus ordine supcurrit/ frigiditate & humiditate cõtemperãs: quę calidũ Martis & siccũ solis: ossa/carnẽq; auget/& id genus/& oia mẽbra pparat/ figuraq; decora fingit ac pficit. Reliquo nimirũ mẽse Mercurius aduenit exsiccans supflua/tẽperamẽtum inducẽdo/ad motũq; faciẽs: qui ptes minores separ/extrinsecas pſertim/ac distinguit coęquatum. Luna quoq; septimo mẽse supadiicit carnẽ & pinguedinẽ/sui humiditate infantẽ nutriens & augens/cũ ipsa uirtutis naturalis sit origo. Humectat ẽt matricis ptes/unde qa sic perfectus oĩ quaq; recepto iam planetarũ beneficio/ Et qa sub ptãte nascitur lunæ/saluaẽ egressus/cũ ipsa fortunæ & uitæ cã existat. Demũ mẽse octauo reuertiẽ Saturnus ĩfortunatus: frigidus & siccus: q rigore pcurit infantẽ & angustat/& in matrice pmanere cõpescit: q si lęsus egrediaẽ: etiã ab aliis extrĩsecis Saturni malitiã tolerare nõ poterit. Demũ mẽse nono supuenit Iupiter ordine: fortuna calidus: & humidus tẽperate: qui cũ sit pater deorũ hominũq; Tertio de anima: plures sub eius secundũ Homerum nascũtur dominio/ perlongæui. Sin autẽ decimo moretur in utero mense: sub Martis nasceẽ dominio. Et quia is laboriosis mouetur motibus/ Hinc iste agitatus egrediẽ atq; infortunatus: calidus & siccus ut plurimũ. natos sub eo ponit Abraham euenire ut patũ uiuant. Ego autẽ ãno ætatis existens. LIII. uelut a matre solertissima potui cõprehendere: ac per trutinã Hermetis natiuitatis gradus ascẽdentis occulti inuestigationẽ reperi/ motam decẽ mensiũ & xiiii. dierũ me in utero cõtraxisse. Si uero. xi. nascaẽ mense/ qa tunc ad ptãtem reuertiẽ solis/ itidem natus poterit uiuere/ cũ sol post deum cũ luna sit causa uitæ/non tamẽ partus uitalis erit oĩno. Hæc Aponẽsis omniũ doctissime/uerũ infantissime. Sed scitũ ac uerũ est illud Manlianũ. O mari res ipsa negat/cõtenta doceri.

Decimestris.

Petrus.

Perimbecillũ. Vitale quidẽ/sed debile/causa quod iouẽ fornacẽ ac radicẽ uitæ bis imbibere non potuit. Trãquillitates. Cũ mare sine uentis iacet. Infantia. Puerilia delitamenta: & ægri ueteris somnia. Intellige semp de Hortẽsio filio oratoris. Ita fiet. Euadet in uirũ nequissimum.

Κωρυκαῖοι. Apud grecos puerbium circumfertur auctore Stephano. κωρυκαῖος ἠκροάζετο. Co/rycæus audiuit/cum acturi aliqd tegimus/& tamē diffluit inuidissimis ac comprimētibus nobis. In Coryco monte Pamphyliæ/auctore Strabone/ piratæ latibula habent/qui sparsi per montanos portus/uerba negociatorum excipiunt/quas merces ferant/quo nauigent/& quoto tēpore. Qui/bus auditis archipiratæ mercatores negociatoresq; certius excipiunt. Suidas his non oĩno diffi/milia prodit. Hos corycæos tra/dit Myonessiis finitimis Corycis ista referre ac Myonessios aucto/res esse depredandi. Comici in/ducunt deum Corycæum nomi/ne quæ gerantur audientem/de quo deo Menander auctore Su/da meminerit in enchiridio. Do/xippus in thesauro. Cum quo opto. Ad Pompeium. Si quis. Nūtius fidissimus erit. Ex cur/su. In itinere. Furias. Bella ci/uilia/Furinam Cicero de natura deorum Eumenidas interpreta/tur/Subditq;. Furiae deæ sūt spe/culatrices & uindices facinorum & sceleris.

rus sim: sed quid fecerim. Omnes enim κωρυκαῖοι ui/dentur subausculrare: quæ loquor. Tu tamen: si qd de Hispaniis: siue quid aliud: perge quæso scribere: nec meas literas expectaris: nisi cum quo opto: per/uenerimus: aut si quis ex cursu: sed hoc quoq; timi/de scribo: ita omnia adhuc tarda: & spissa: ut male posuimus initia sic cætera sequentur. Furias nūc se/quimur. eadem nos fortasse furia persequetur. Ex Balbi autem sermone: quem tecum habuit: non pro/bamus de Melita. Dubitas igitur: quin nos in ho/stium numero habeat. Scripsi equidem Balbo te ad me de beneuolētia scripsisse: & de suspicione egi gra/tias. De altero ei me purgaui: heo quē tu hominem infeliciorem! Non loquor plura: ne te quoq; excru/ciem. ipse conficior uenisse tempus: cum iam nec for/titer: nec prudenter quicquam facere possim. Vale.

Corycæi. Myonessii. Corycæus deus. Furina.

¶FINIS INTERPRE/TATIONIS LIBRI DECIMI.

¶ Interpretatio in.xi. Epistolarum ad Atticum auctore Pio Bononiensi.

¶ Argumentum.

COMMENdat Attico domesticas rationes super quibus cõflictatur intime:in suaq; fide omnia sua posita esse respondet. Rogans ut miseris temporibus ac fortuna succumbente succumbere nolit.

¶ Explanatio.

Anteros.

ANTEros. Deus ẽ amori contrarius. In heleorum gymnasio ea parte, quæ dicebatur μαλθώ stabant amoris & Anterotos icones. sed ἔρως palmaceum tenebat ramũ: quẽ auferre nitebatur Anteros. Hic uero Anteros nomẽ est proprium. Cistophoro. Genus nũmi:de quo supius multa. Ii salui. De Pompeio intelligit, uel de familiaribus filio & nepote.

Cistophoros.

¶ Argumentum.

DOMEstica exeqtur. De hęreditate quam creuit de dote filiæ sartienda. De cistophoris exactis pte dimidia. De sua domo nõnulla mens auguratur calamitosa. pręe dolore plura scribere non potest.

¶ Interpretatio.

CREVI Hæreditatem. Acquisiui hæreditatẽ. Mos loquẽdi felicis ac facundi seculi. Illa acquisitio cretio dicebatur. Quæ sit Cretionũ solẽnitas apud iurisconsultos codice de iure delib. in lege cretionum nisi ex hoc loco Ciceronis nõ intelliges, & rursus alibi. Galeonis hæreditatẽ creui. Dico.n. Cretionem fuisse simplicẽ. quoniã ad me missa est. Licet ueneti librarii ab Pomponii editione cũ eam non intellexissent: dissidentes aliter impressarint, cũ & creui hęreditatem acquirere significet festo auctore. Verba codicis sunt hæc. Cretionum scrupulosam solẽnitatem hac lege amputare decernimus, ubi cum Azone, Vgolino, & hymerio diuersa sentientibus, balbutit Accursius. Sexti Pompeii uerba sunt hæc. Creui modo significat hæreditatẽ adii. modo maior, ętate uel cẽsu sum. modo iudicaui: modo diuisi: quæ omnia a duobus uerbis cresco & cerno trahuntur: quod illi κρίνειν dicunt perficere.

Creui hære diratem qd significet.

Cretio.

Iurisc õsulto rũ uerbum explicatum

Accursii balbuties.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER VNDECIMVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACCEPI a te signatũ libellũ: quẽ Anteros attulerat: ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus: de quibus acerbissime afflictor: quod q eas dispẽsauit: neq; adest istic: neq; ubi terrarũ sit, scio. Omnẽ autem spem habeo existimationis: priuatarũq; rerũ in tua erga me mihi perspectissima beneuolẽtia: quã si his tẽporibus miseris: & extremis præstiteris: hæc pericula: quæ mihi cõmunia sunt cum cæteris: fortius feram: idq; ut facias te obtestor: atque obsecro. Ego in Cistophoro in Asia habeo ad HS bis: & uicies: huius pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere: quam quidem ego nisi expeditã relinquere putassem: credẽs ei: cui tu scis iam pridem minime credere: cõmoratus essem paulisper: nec domesticas res impeditas reliquissem. ob eamque causam serius ad te scribo: quod sero intellexi: quid timendum esset. Te etiam: atq; etiam oro: ut me totũ tuendum suscipias: ut si ii salui erunt: quibus cum sum: una cum iis possim incolumis esse: salutemq; meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre. Vale.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

LIteras tuas accepi pridie Nonarũ Febr. eoq; ipso die ex testamento creui hæreditatẽ. ex multissimis: & miserrimis curis est una enata: si: ut scribis: ista hæreditas fidem: & famam meã tueri potest: quam quidem te intelligo etiam: sine hæreditate tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis: per omneis deos te obtestor: ut totam rem suscipias: & il-

lam miserã mea culpa:& negligẽtia tueare meis opi/bus:si quæ sunt:tuis:quibus molestum non erit:fa/cultatibus:cui quidem deesse omnia: quod scribis: obsecro te noli pati. in quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? Iam illa HS.LX. quæ scribis: nemo mihi unquam dixit ex dote esse detracta. nũ/quam enĩ essem passus. Sed hæc minima est ex his iniuriis:quas accepi:de quibus ad te dolore:& lacry mis prohibeor scribere. Ex ea pecunia:quæ fuit in Asia:partem dimidiam fere exegit. Tutius uideba/tur fore ibi:ubi est:quam apud publicanos. Quod me hortaris:ut firmo sim animo:uellem posses aliqd afferre:quam ob rẽ id facere possem. Sed si ad cæte/ras miserias accessit etiam id: quod mihi Chrysip/pus dixit parari(tu nihil significasti de domo) quis me miserior uno iam fuit? Oro:obsecro ignosce:nõ possum plura scribere. Quãto mœrore urgear:profe cto uides. quod si mihi cõmune cum cæteris esset: qui uidẽtur in eadem causa esse:minor mea culpa ui deretur:& eo tolerabilior esset. Nunc nihil est:quod consoletur:nisi quod tu efficis:si modo etiam nunc effici potest:ut nequa singulari? afficiar calamitate:& iniuria. Tardius ad te remisi tabellariũ:quod pote/stas mittẽdi non fuit citius:& numorum accepi HS. LXX. & uestimentorũ quod opus fuit. Quibus ti/bi uidebitur:uelim des literas noĩe meo. Nosti meos familiares:signũ requirent:aut manum:dices iis:me propter custodias ea uitasse. Vale.

Multissimis. Superlatiuum a multo/significat plurimis. Eas uitasse. Lege/ea uitasse/ signa & manum.

Multissime.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Q Vid hic agatur scire poteris ex eo: qui literas attulit:quem diutius tenui:quia quotidie aliquid noui expectabamus. Neque nunc mittendi ulla causa fuit: præter eam: de qua tibi rescribi uoluisti. Quod ad Cal. Quĩtil. pertinet:quid uellem: utrũq; graue est: etiam graui tempore periculũ tantæ pecuniæ:& du/bio rerum exitu. Ista re:quã scribis:abrupta: quare ut alia:sic hõc uel maxĩæ tuæ amicitiæ:beneuolen/tiæq; permitto: & illius consilio:& uolũtati: cui mi/seræ cõsuluissem melius:si tecũ olim coram potius: quam per literas de salute nostra:fortunisq; delibera uissem. quod negas pręcipuum mihi ullum incõmo dũ impendere:etsi ista res nihil habet consolatiõis:

¶ Argumentum.

AMICItiæ ac beneuolẽ/tiæ Titi cuncta sua re/mittit: cuius diligentia mala multa leuabuntur.

¶ Interpretatio.

a BRVptio. Auulsio ex re familiari. Legit Al/dus sic. Ista est quã scri/bis abrupta. Pręmitto. Scribe permitto. Consilio. Quod in Attico θεῖον ut aiunt græci: hoc est diuinum fuit. Cõsilium mẽsq; differunt ut in seruianis codici/bus integris legitur/ similiter ani mus ac mens. Mens est intelle/ctus/animus uolũtas/ unde flu/xit illud Terentianũ. Mala mẽs/ malus animus. Animum consi/liumq; non distinguit. Arduus poæta Lucretius illo uersu in li/bris de rerum natura. Consilium quod nos animum : mentemq;/ uocamus. Mentem animumq;/ Delius inspirat uates/ aperitque futura/ait Maro libro sexto ęnei dos. Voluntati. Quæ seiun/cta est a mente/ ut pathos idest affectus a ratione/ quæ & si bo/na esset potest/ non semper ta/men est bona. sed fascinatur. Miseræ. Infelici amicitiæ no/stræ:quæ clarescit tantum in ma lis. Cõsuluissem. Prouidissem. Consule tibi est id quod uulgo dicitur: rem tuam cura. Consu/lere boni & mali est/ĩ bonam uel sinistram partem accipe. Per literas. Elingue quid ac mutum sonantes. Viua uox melius af/ficit.

Pecunia. Subintellige fratris. Est. sit a me ut est. Lege. Est sita/ ut mea utere: Legit Aldus aliter. sit a me: ut est. Hoc est/ ut hodie dicitur: pendeat a me. Is quoq;. Pompeius. In angustiis. In difficultate pecũiaria. Qui cum. Is cum quo sumus Pompeius. De qua. Tullia/ de qua hoc est propter quam scis me esse miserrimum. Miserrimũ esse. In ueteri codice hoc additur. Idu. Iun. Ex castris. Iam enim traiecerat.

❡ Argumentum.

EXCVsat se quod rarenter propter impedimẽta scribat/ uel quod argumentũ cõdignum non occurrit: quoniã nõ probat ea quæ fiunt. Fugit omne castrense munus atq; officia militaria. quoniã nulla eius persona digna occurrebant. Bona spes est Bruti.

❡ Interpretatio.

Postea.

POS Teaquã accepi literas ab Isidoro/ post eas accepi binas literas. Venisse. Vendita esse. De Frusinatis. Lege Frusinati hoc est agro uidebis.

Frusinates.

Frusinates sunt Cãpaniæ populi a frusinone opido: quod hodie dicitur fragellona. Futuri sumus. Ciues Romani erimus/ non exules. Luctum tueor. Abstineo a lachrymis ne ominari dira Pompeio uideat/ uel aspicio in proximo esse aliquid luctuosi. In spe magna. Potiũdę massyliae.

❡ Argumentum.

TVMVLtuatur ut solet/ Amici consilia/ de itinere nõ placent. tum subdebilitatũ uocat. ꝓpter incredibilem corporis ac animi molestiam plura scribere non potest.

❡ Interpretatio.

COGErint. Scribe coegerint.

tamen etiam præcipua multa sunt: quæ tu profecto uides grauissima eẽ: & me facillime uitare potuisse: ea tamen erunt minora: si (ut adhuc factum est) administratione: diligentiaq; tua leuabũtur. Pecunia apud Egnatium est. sit a me: ut est. Neq; enim hoc: quod agitur: uidetur diuturnum esse posse: ut scire iam possim: quid maxime opus sit. etsi ego rebus oĩbus: quod is, quoq; in angustiis est: quicum sumus: cui magnam dedimus pecuniam mutuam: opinor nobis constitutis rebus: eam rem etiam honori fore. Tu/ut antea fecisti: uelim: si qui erũt: ad quos aliqd scribendũ a me existimes: ipse cõficias. tuis Sal. dic. Cura: ut ualeas. imprimis uero id: quod scribis: omnibus rebus cura: & prouide: nequid ei desit: de qua scis me miserrimũ esse. Idibus Iunius ex castris.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

ACcepi ab Isidoro lr̃as: & postea datas binas. ex proximis cognoui prędia nõ uenisse. uidebis ergo: ut sustẽteretur partim de Frusinati: si mõ futuri sumus: erit mihi res opportuna. Meas lr̃as quod reqris: ipedior inopia rerũ: quas nullas habeo literis dignas. Quippe cui nec quæ accidunt: nec quę agũtur ullo modo ꝓbentur. Vtinã corã tecũ olim potius: quã ꝑ epistolas. Luctu: ut possum: tueor apud hos. cætera celer: ipse fugi adhuc omne munus: eo magis/ quod ita nihil poterat agi: ut mihi: & meis rebus aptũ eẽt. quid sit gestũ noui: quæris. ex Isidoro scire poteris. reliqua nõ uident̃ eẽ difficiliora. Tu id uelim: quod scis: me maxime uelle: cures: ut scribis: ut facis. Me cõficit solitudo: ex qua etiã summa ĩfirmitas corporis: qua leuata: ero una cũ eo: q negociũ gerit: eitq; in spe magna Brutus amicus: ĩ causa uersat̃ acriter. Hactenus fuit: quod caute a me scribi posset. De pẽsione altera oro te omni cura cõsidera: quid sit faciẽdũ: ut scripsi his lr̃is: quas Polex tulit. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVæ me causę mouerĩt: q̃ acerbę: q̃ graues: q̃ nouæ: cogerintq; impetu magis quodã animi uti: q̃ cogitatiõe: nõ pos

sum ad te sine maximo dolore scribere. Fuerũt q̃dẽ tãtæ. fuit id: q̃d uides. Effecerũt itaq;: ut nec q̃d ad te scribã de meis rebus: nec quid a te petam: reperiã. rem: & summã negocii uides. Equidẽ ex tuis literis intellexi: & iis, quas cõmuniter cum aliis scripsisti: & iis, quas tuo nomine: quod etiã mea sponte uidebã: te subdebilitatũ: nouas rationes tuẽdi mei quærere. Quod scribis placere: ut propius accedã: iterq; per oppida noctu faciã: non sane uideo quemadmodum id fieri possit. Neq; enim ita apta habeo diuersoria: ut tota tempora diurna in his possim cõsumere. neq; ad id: quod quæris multum interest: utrum me homines in oppido uideant: an in uia. Sed tamẽ hoc ipsum: sicut alia: considerabo quemadmodum cõmodissime fieri posse uideatur. Ego propter icredibilem & animi: & corporis molestiã: conficere plures literas nõ potui: his tamen scripsi a quibus acceperam. Tu uelim et Basilio: & quibus præterea uidebitur: etiã Seruilio conscribas: ut tibi uidebitur meo nomine: quod tãto ĩteruallo nihil omnino ad nos. Scriptis literis. Profecto ĩtelligis rem mihi deesse: de qua scribã: non uoluntatẽ. Quod de Vatinio quæris: neq; illius: neq; cuiusquã mihi præterea officium deest: si reperire possent: qua in re me iuuarent: quæ auersissimo a me aio Patris fuit: eodẽ Corcyrã filius uenit: ide ꝑfectos eos una cũ cęteris arbitror. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Olicitũ esse te cũ de tuis: cõmunibusq; fortunis: tum maxime de me: ac dolore meo sentio. qui quidem dolor meus nõ modo nõ minuitur cũ sociũ sibi adiungit dolorẽ tuũ: sed etiã augetur omnino. ꝓ tua prudẽtia sentis: qua cõsolatiõe leuari maxime possim. probas. n. meũ consiliũ: negasq; mihi quicquã tali tempore potius fugiendũ fuisse. Addis etiã (quod etsi mihi leuius est: q̃ tuũ iudiciũ: tamen nõ est leue cæteris quoq;: id est qui pondus habeãt) factũ nostrũ probari. id si ita putarẽ: leuius dolerẽ. Crede inquis mihi. Credo equidẽ: sed scio quã cupias minui dolorẽ meũ. Me discessisse ab armis nũquam pœnituit. tãta erat in illis crudelitas: tanta cũ barbaris gẽtibus coniunctio: ut nõ nominatim: sed generatim proscriptio esset informata: ut iam omnium iudicio

Fuit quod uides. Cõscendi uel ex castris Pompeianis discessi. Fecit enim ac postea quã omnia inordinate fieri uidit: uenisse pœnituit. Summam. Totum tenorem. Tãto interuallo nihil omnino ad nos. Post tãtum spatium nihil ad nos scripserunt. Quæ auersissimo. Prisci codices habẽt. Quę tes auersissimo, hoc ẽ quod detestatus est pater nepotis tui Quinti.

¶ Argumentum.

CICEro ad Pompeium pridem peruenerat, ubi postea quã omnia crudelitate, imperitia rei militaris ac negligentia plenissima uiderat, in oppidum propinquum seccedere statuit interesse nolens bello ciuili. Voluntatis non pœnituit, sed consilii. Cæsaris benignitatem in Ciceronem multi pollicentur. Pompeii casum dolet a se multo tempore prouisum.

¶ Interpretatio.

INFORmata. Inchoata, de hac uoce libro harum epistolarũ primo diximus. Proscriptio. Alibi. n. inquit Pompeii animus proscriturit, & sullaturit, hoc est ꝓscribere ciues parat, & in ea tragœdiam Syllam imitari: qui nũquã ab hasta discedebat: qui cũ quorundam ciuium bona uenderet hasta posita, dicebat se prędam suam uendere: quem Cato puer tanta in eo fuit indoles: exosus crudelitatem plusquã tyrannicãs occidere non dubitasset, nisi custodes sędulo cauissent, quinimo, semper excussum ad eum salutandum ducebant, Deposuit tamen dictaturam & in otio cõsenuisset nisi in senecta pediculari morbo periisset.

Voluntatis. Quod pacē pro/curabam/publicū concilium/patres senatūq; non deserui. Cōsilii. Quod ad Pompeium nauigauerim. Angeret. lunge sequentibus: iacere. In cōtemptū subsistere atq; uilescere. Nō paulisper. Tumultuarie quod est inglorium. Alii codices habent/quos uero paulisper. Bacillis. Baculis laureatis. Hac de re. De transitu. Cōsiderauissent. Scribe considerarem. Integrū. Maxima Pompeii laus a uetitate tādem extorta. De laude Pōpeii sæpe Cicero præsertim in lege Manilia. hūc ab oibus me tui præterea neminem. Cūq; sic existimet in summo impatore quatuor has res inesse oportere/sciētiam rei militaris/uirtutē/auctoritatē/felicitatem/in Pōpeio hāc ultimā excellere dicere/quę raris utiq; contigit. Plura enim bella gessit q̄ cæteri legerunt. Enumerās quoq; uirtutes imperatorias/laborem in negotiis/fortitudinē in periculis/industriam in agendo/celeritatē incōsiciendo/consilium in prouidēdo:summa ait in Pompeio fuisse. Itaq; subdit:omnes Pompeium sicut aliquē non ex hac urbe missum/sed de cœlo lapsum intuētur. Subdit quoq;. Neminem unquā tam impudentem fuisse/qui a Dis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare/quot & quātas Dii imortales ad Pōpeium contulerūt. Sed ab obitu Pompeii laus debet credi uerior/in.ii. Philippica. Idem in pęanam Pompeii sic assurgit. Fuit enim ille uir cū foris clarus/tum domi admirādus/neq; rebus exteris magis laudandus q̄ institutis domesticis. Ex hac parte. A Pompeianis res hostiū diuidētibus. Illud. Quod Pompeius decreuit/qui plures complexus est hostes. Diocaro. Prisci codices. Diochare. Vidisse an euntē an. Lege. Incidisse in euntem iam in Asiam.

Bacilli.

constitutū esset:omniū uestrum bona prædam esse illius uictoriæ. uestrū plane dico. nūquam enim de te ipso:nisi crudelissime cogitatū sensi. Quare uolūtatis meæ me nūquam pœnitebit: consilii pœnitet. In oppido aliquo mallē resedisse:quoad accerserer. minus sermonis subiissem. minus accepissem doloris. ipsum hoc me non angeret. Brundusii iacere in omnes partes est molestū. propius accedere (ut suades) quo sine lictoribus: quos populus dedit: possum? qui mihi icolumi adimi nō possunt:quos ego nō paulisper cū bacillis in turbam cōieci ad oppidū accedens:nequis impetus militum fieret. recipio me tempore domo. te nūc ad oppidum:quoniā iis placeret modo propius accedere:ut hac de re cōsiderarent:credo fore authores. Sic.n. recipiūt:Cæsari nō modo de conseruanda: sed etiam de augenda mea dignitate curæ fore:meq; hortantur:ut magno animo sim:ut oīa summa sperem. Ea spondent:confirmant:quæ mihi quidē exploratiora essent:si remansissem. Sed ingero præterita. Vide quæso igitur ea: quæ restāt:& explora cū istis: et si putabis opus eē: et si istis placebit: quo magis factum nostrū Cæsar probet:quasi de suorū sentētia factū. Adhibeantur Trebonius:Pansa:etsi qui alii:scribātq; ad Cæsarē: me quicq;d fecerim : de sua sententia fecisse. Tulliæ meæ morbus:& imbecillitas corporis me exanimat: quā tibi ītelligo magnæ curæ eē:quod est mihi gratissimū. De Pōpeii exitu mihi dubiū nūq̄ fuit. Tanta.n. desperatio rerū eius:omniū Regū : & populorū animos occuparat : ut quocūq; uenisset:hoc putarē futurū. Nō possum eius casum non dolere. hominē enim integrū:& castū:& grauē cognoui. De Fānio cōsoler te? pniciosa loquebatur de māsione tua. Lucius uero Lētulus Hortensii domū sibi : & Cæsaris hortos:& Baias despōderat. oīno hæc eodem modo ex hac parte fiunt:nisi q; illud erat infinitū. Omnes enim qui in Italia remāserāt:hostiū numero habebātur. sed uelim hæc aliquādo solutiore aīo. Q. Fratrē audio profectum in Asiam: ut deprecaretur. De filio nihil audiui: sed quære ex Diocare Cæsaris liberto: quem ego non uidi:qui istas alexandrinas literas attulit. Is dicitur incidisse in euntem iam in Asiam. Tuas literas:prout res postulat: expecto: quas uelim cures q̄primum ad me perferendas. Vale. IIII. Calen. Decembr.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CRatæ mihi tuæ literæ sunt: quibus accurate perscripsisti omnia: quæ ad me pertinere arbitratus es. Factum igitur: ut scribis istis placere: iisdem istis Lictoribus me uti: quod concessum Sestio sit: cui nõ puto suos esse cõcessos: sed ab ipso datos. Audio enim eum ea. S.C. improbare: quæ post discessum Tribunorum facta sunt. Quare poterit: si uolet sibi cõstare: nostros Lictores cõprobare. quãquã quid ego de Lictoribus: q pene ex Italia decedere sim iussus? Nam ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se literarum: in quibus erat: se audiuisse Catonẽ: & L. Metellũ in Italiã uenisse: Romę: ut essent palã: id sibi nõ placere: ne q motus ex eo fierẽt: prohiberiqꝫ oẽs Italia: nisi quorũ ipse cãm cognouisset: deqꝫ eo uehemẽtius erat scriptam. Itaqꝫ Antonius petebat a me p literas: ut sibi ignoscerẽ. facere se non posse: qn his literis pareret. Tũ ad eũ misi. L. Lamiã: qui demõstraret illũ Dolobellæ dixisse: ut ad me scriberet: ut in Italiã quã primũ uenirẽ. eius me literis uenisse. Tũ ille edixit ita: ut me exciperet: & Læliũ noĩatim. quod sane nollẽ. poterat enim sine noĩe res ipsa excipi. O multas: & graues offensiones: quas quidem tu das operam: ut lenias: nec tamẽ nihil proficis. quin hoc ipso minuis dolorem meum: quod: ut minuas: tam ualde laboras. idqꝫ uelim ne grauere q̃ sæpissime facere. Maxime autẽ assequere: quod uis: si me adduxeris: ut existimem me bonorũ iudicium non funditus perdidisse. quãquam quid tu in eo potes! nihil scilicet. Sed siquid res dabit tibi facultatis: id me maxime cõsolari poterit: quod nõ quidem uideo nũc esse: sed siquid ex euẽtis: ut hoc nunc accidit: dicebar debuisse cũ Pompeio proficisci. exitus illius minuit eius officii prætermissi reprehẽsionem. Sed ex omnibus nihil magis tamẽ desideraẽ: quam quod in Africã nõ ierim. iudicio hoc sum usus: non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gẽtis remp. defendendam: præsertim contra exercitũ sæpe uictorem. Non probant fortasse: multos enim uiros bonos in Africã uenisse audio: & scio fuisse antea. Valde hoc loco urgeor. hic quoqꝫ opus est casu: alioqui sim ex eis: aut si potest oẽs: qui salutẽ anteponant. nã si perseuerãt: & obtinetur: quid nobis futurum sit: uides.

¶ Argumentum.

DICIT se lictores procõsulares laureatos dimisisse, ne i luctu publico triumphare uideretur.

¶ Interpretatio.

ITA Factum. Dimisi lictores. Istis. Optimatibus ne i publico luctu cum lauro ineptus obambulem. Alii propter sequentia diuersum sensum afferunt. Sestio. Scriptori & historico Pompeiano, de quo supra. Cui. Sestio. Ab ipso. Pompeio. Eum. Cæsarẽ. Tribuni. Prisci codices Tribunorum. Antonii uidelicet & Curionis. Poterit. Pompeius. Si sibi uolet cõstare. Si uolet uti cõstãtia perpetua, approbare meos lictores a senatu datos: qui pbat Sestianos quos ipse dedit. Si quid ex euẽtis. Sensus est. Generatim solatia nulla proficiũt: nec quid occurrit, quod dolorẽ, qui me coquit, relaxet per accidens: ut ita loquar. Ac speciatim priuateqꝫ si quid emerget: quod dolorem leuare possit, cura ut q̃ptimum id scribas. Exitus. Infaustus, Teter nõ modo calamitosus, nam id quidem, uerũ etiam turpis. Aliq sint. Corrige, Alioqui sim. i Alias ero ex illorum numero: qui in Pompeium deliquerũt. Aut si potest. Ego uel omnes illi: qui Pompeio salutẽ propriam anteponunt, erunt ex numero proscriptorũ. Si potest. Si uires Pompeianæ robur accipient. Si perseuerant. Saluti proprię consulere. Obtinetur. Palma sit apud Pompeiũ. Ita nutat Cice. ut Cæsari nihil, Põpeio parꝫ satisfecisse uideaẽ. ita uolẽte inigrate fatoꝝ, ut cogitata optie teterrimo cadãt, ut uerũ sit illud Plautinũ, Cẽtũ sapientũ cõsilia, hæc uicit dea. Nec mirũ igiẽ fuit si maiores nñi: auctorib. Apuleio Varrõe, & Pli. faustũ ac bonum euentũ coluerũt, ut etiã felicitas laborẽ nostrũ adiuuet. qm̃ ut ait Theophrastus, cælũ & agricola colũt agrũ, & codrus noster. Ipse etiã niueus μόρσιμα τῷ ῥέκτος ἔχει

Quid illis. Pompeianis erit? Honestior est plaga. Honestissime cadent/quod omnium felicissimum a sapiēte ducitur. In hoc loco. Tractatu:materia. Tragica ē & luctuosissima. Q. Fratrem uidi. Qui sami uidisset. Corrige. Q. Filium uidi sami/qui uidisset patrem Sicyone. Beroaldus. Q. Filium uidi sami/qui uidisti & patrem Sicyone. Quorum. A quibus. Deprecatio. Apud Cæsarē salutis ipetratio. Illi. Q. Filius nō uideē nepoti fidere. Aliq ad oppiū& Balbum referunt. ℭ Argumentum.

NARANtur deprecationes egregie factorū. proh dolor. Quare cutis peruritur Cicero/ pœnas temeritatis suæ pendens. Deprecatoribus ualidis utitur/ quoniam a multis oppugnaē. Furnius ubi cūq maledicta in Mar. Tullium congerit. ℭ Interpretatio.

DETerreo. Abduco qn ut uis me appelles. Literæ amicoꝝ ualde ęgros leuant. In freto animi positus Cicero unum leuamentū hēbat literas Attici: qui uir cursu stato & nunquā uacillanti amicitiā Ciceronianā coluit/& pduxit usq ad exitū uitæ/ par ac ppe similis illi Ouidianæ. Hic tenor/hæc uiridi cōcordia cœpta iuuēta. Ibit ad albentes illabefacta comas. Tales sunt ueræ amicitiæ nō calore quodā iuuenili cęptę & depositę. sed adamātino nexu copulatæ/de qbus Dracōtius poeta dixit elegāter. Fœlix copula mutui caloris. Diuites Augustinus nō amicitię idoneos esse pdit ut paupes/cui succinit illud Albii mellitissimi poetæ. Pauper erit pīto tibi pīto paup obibit. Mortis instar putāt dites cliētes esse uel uocari/ Is rumor/ is fastus ē:ea despiciēdi homines prinacia/ut aures ac oclos amiserit ēt animū ut uno uerbo, me expediā. Recte ergo phs ille aduersatus eū uocantē regē/dixit imagines pcul esse ispiciēdas. Loquor de diuitib. sardanapalo/ non Attico similibus.

Dices:qd illis: si uicti erūt:honestior est plaga. Hæc me excruciāt. Supplicii autem cōsilium non scripsisti:cur meo nō anteponeres. Quod etsi nō tam gloriosum sit:quā Catonis:tamē periculo uacuū est: & dolore.extremū est eoꝝ:qui in Achaia sunt. ii tamē ipsi se hoc melius habent:quam nos: quod & multi sunt uno in loco:& cū in Italiam uenerint: domum statim uenerint. Hæc tu pge:ut facis:mitigare:& pbare quāplurimis. Quod te excusas:ego uero & tuas causas nosco:& mea interesse puto:te istic esse:uel ut cū iis:quibus oportebit agas:quæ erūt agēda de nobis:ut ea:quæ egisti. In primisq hoc uelim aiaduertas. multos esse arbitror:q ad Cæsarē detulerint: delaturiue sint:me aut pœnitere cōsilii mei:aut non pbare:quæ fiant. quorū etsi utrūq uerum est:tamē ab illis diciē animo a me alienato:nō quo ita perspexerint:sed totū:ut hoc Balbus sustentet:& Oppius: & eorū crebris literis illius uolūtas erga me cōfirmetur. Et hoc plane:ut fiat:diligentiā adhibebis. Alterum est:cur te nolim discedere:quod scribis efflagitare. O rem miserā. Quid scribā:aut qd uelim breue faciā. Lacrimæ enī se subito profuderūt. tibi permitto. tu cōsule. tantū uide:ne hoc temporis tibi obesse aliquid possit. Ignosce obsecro te:nō possum pręfletu:& dolore diutius in hoc loco cōmorari. tantū dicam. nihil mihi gratius esse:q̄ quod eā diligis. qđ literas:quibus putas opus esse curas dādas: facis cōmode. Q. filium uidi:qui Sami uidisset patrē Sicyone:quorū deprecatio est facilis. Vtinā illi:qui prius eum uiderunt:me apud eū uelint adiutum tantum: quātū ego illos uellē:siquid possem. Quod rogas: ut in bonā partem accipiam:siqua sint in tuis literis: quæ me mordeāt:ego uero in optimā: teq rogo: ut aperte: quemadmodū facis: scribas ad me oīa: idq facias quā sæpissime. Vale. XIIII. Calen. Iunii.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

QVantis curis afficiar: etsi pfecto uides: tamē cognosces ex Lepta: & Trebatio. maximas pœnas pēdo temeritatis meę: quam tu prudentiā mihi uideri uis: neque te deterreo:quo minus id dispures:scribasq ad me quā sæpissime. Nō nihil enī me leuant tuę literæ hoc tempore. p eos:qui nostra causa uolūt:ualentq

apud illum: diligentissime com̃edas opus est: per Balbum: & Oppiũ maxime: ut de me scribãt quamdiligentissime. Oppugnamur enim: ut audio: & a præsentibus quibusdã: & per literas. iis ita occurrẽdum: ut rei magnitudo postulat. Furnius est illic mihi inimicissimus: qui misit filiũ non solum sui deprecatorem: sed etiã accusatorem mei. Dictitat se a me apud Cæsarem oppugnari. quod refellit Cæsar ipse: omnesq́ eius amici: neque uero desistit: ubicũque est omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi unquã tam incredibile accidit: nihil in his malis tam acerbum: qui ex ipso audissent: cum Sicyone palã multis audientibus loqueretur nefaria quædam: ad me pertulerũt. Nosti genus huiusmodi hominũ. etiam expertus es: fortasse in me id est omne cõuersum cõsiliũ. sed augeo cõmemorãdo dolorẽ: & facio etiã tibi. Quare ad illud redeo. cura: ut huius rei causa: dedita opa mittat aliquẽ Balbus: ad quos uidebitᷣ: uelim cures literas meo noĩe. Vale. XIII. Calen. Iun.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ego uero & incaute: ut scribis: & celerius: q̃ oportuit: feci: nec in ulla sum spe: quippe qui exceptiõibus edictorum retinear. quæ si non essent sedulitate effectæ: & beneuolẽtia tua: liceret mihi abire in solitudines aliquas. Nũc ne id quidem licet. Quid autem me iuuat: quod ante initũ Tribunatum ueni: si ipsum: quod ueni: nihil iuuat. Iam quid sperem ab eo: q̃ mihi amicus nũquã fuit: cũ iam lege etiã sim cõfectus: & oppressus? Quotidie Balbi ad me lr̃æ lãguidiores: multæq́ multorũ ad illum fortasse cõtra me meo uitio pereo. nihil mihi mali causa attulit. omnia culpa lũea cõtracta sunt. Ego eni: cũ genus belli uiderẽ: imparata: & infirma omnia cõtra paratissimos: sciuerã quid facerem: cœperamq́ cõsilium non tam forte: q̃ mihi præter cæteros concedendũ. cessimus: uel potius parui: ex qbus unus qua mente fuerit is: quem tu mihi cõmendas: cognosces ex ipsius literis: quas ad te: & ad alios misit. quas ego nunq̃ aperuissem: nisi res acta sic esset. delatus est ad me fasciculus. solus solui: si quid esset ad me literarum. nihil erat. Epistola Vatinio: & Ligario altera. Iussi ad eos deferri. illi ad me statim ardentes dolore uenerunt

Sui deprecatorem. Erroris sui excusatorem si dici potest. Cõferre. Congerere. Sicyone. Sicyon: ut auctor est Stephanus ciuitas peloponesi. Dicitur & fœminine: & masculine. Fortasse id mihi deest. Omne cõuersum est consiliũ. Emenda. Fortasse in me id est omne cõuersum consilium. Illi fortassis qui in Tyrãnos peccauerunt cõsilio suo: nũc culpam in me reiicient dicentes in id erroris se consilio meo præcipitatos. Ianuarii. Prisci codices Iunias habent.

Sicyon.

¶ Argumentum.

TRANSitus Ciceronis Ad Pompeium Atticum offendit quoniam celerior fuit q̃ pro commodo Ciceronum. Irritauit quoq́ Quintum fratrem adeo ut epistolam probrorum plenam in fratrẽ. M. Tullium ad Cæsarẽ daret: quod perquastomachanter Cice. tulit.

¶ Interpretatio.

SPE. Posse unquã redire. Exceptiõibus edictorum. In quibus Cato & Cæteri optimates interdicebantur Italia/ prętet Ciceronem. Quæ. Exceptiones. Confectus. Obrutus: & iugulatus/ unde ferarum confectores appellati. Iam Balbi. Prisci codices. Quotidie Balbi. Culpa cõtracta. Alibi culpa mea cõtracta. Id genus. Tale bellũ hoc ciuile. hanc esse naturam huius belli. Infirma. Principium ac munimina debilia ex parte Pompeiana. Cõtra paratissimos. Instructissimã manum Cæsaris. Sciueram. Scire debueram/ & sciui. Consilium. Pacificãdi partes: & neutrã partẽ sequendi. Cessimus. Optimatibus impellentibus me ad infirmas ptes sequendas/ & ut me in pceps cõiicerent: impellẽtibus. Is. Pompeius ut reor. Altera. Inerat illi fasciculo. Deferri. Literas ad Vatinium & Ligarium. Ardentes dolore. Perlectis iis: quæ continebantur in literis.

Quotidie.

Percrebuisse.

Ligarius.

Scelus hominis. Sceleratū hominem Quintum. Ligurius. Scribe Ligarius: quem mox Cicero defendit. Illi. Fratri meo.
Tantum scelus. Odium in fratrem. Percrebuisset. In lucem uenisset. Iacuerim. Egrotauerim. Istam miseram. Tulliam. Matrimonio. Sine uiro. Alii patrimonio. Videre. Prouidere. Velim. Te cuperem ut facias. Sed si me. Scribendum ex priscis exemplaribus. Sed si te hoc est me non offendes. Nisi te hæc nimis premunt & grauant, te dico qui es alter ego. Patruum. Fratrem meum, qui tunc erat Romæ Ciceronis inimicus. Aut ne quid. Frater meus hostis suorum nunquā esset in lucem editus.

¶ Argumentum.

VINtus totus igneus offensus transitu Ciceronis probra multa in Marcum per literas & in sermonibus effudit, Terentioq́ Ciceronis necessario orationē ostendit plenam dirarum in Marcum fratrē. Africam, hispanias, ac omnia perdita deplorat. Rogat ut inimicos suos accuset.

¶ Interpretatio.

Scriptura.

Scripturatius.

NECESSArius. Affinis forte propter uxorē Terētiam. In portu. Circa procuranda portoria. Scriptura. In negotiatione rerum ad uectigalia pertinētium quod qui pcurat & scribit scripturatius appellatur: & qui his præest magister scripturæ nuncupatur, quod nos affatim tradidimus in plautinis cōmentariis. Is Q. Fratrem. Legit Beroaldus, filiū: propter hæc uerba quæ sequuntur: multa etiam patris eius. Quærendi locum. Turpissimum esset etiam in malum fratrem sęuire. Africanis rebus. Curionis & Iubæ.

scelus hominis clamātes. Epistolas mihi legerūt plenas omniū in me probrorum: hic Ligarius furere. se enī scire summo illum in odio fuisse Cæsari. Illū tamen nō modo fouisse: sed & tantā pecuniam illi dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto uolui scire: quid scripsisset ad cæteros. Ipsi. n. illi putaui perniciosum fore: si eius hoc tantū scelus percrebuisset. Cognoui eiusdē generis lras ad te misi: q̄s si putabis illi ipsi utile eē reddi: reddes. nil me lędet. nā quod resignatæ sunt: habet: opinor: eius signum Pōponia. hac ille acerbitate initio nauigatiōis cum usus esset: tāto me dolore affecit: ut postea iacuerim: neq; nūc tam pro se: q̄ contra me laborare dicit. Ita omnibus rebus urgeor: quas sustinere uix possum. uel plane nullo modo possum. qbus in miseriis una est pro oībus: quod istam miserā patrio; patrimonio: fortuna omni spoliatā relinquā. quare te: ut pollicearis: uidere plane uelim. aliū enim cui illā cōmendem habeo neminē. quoniā matri quoq; eadē itellexi eē parata: quę mihi. sed si te hoc ē me nō offendes: satis tñ habeto cōmendatā: patruūq; in ea: q̄tum poteris: mitigato. Hęc ad te die natali meo scripsi: quo utinā susceptus nō essem: aut neq́d ex eadē matre postea natum esset. Plura scribere fletu prohibeor. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

AD meas incredibileis ægritudines aliqd noui accedit: ex his: quæ de Quinto Fratre ad me afferūtur. P. Terentius meus necessarius magnas operas ī portu: & scriptura Asiæ pro magiſro dedit. Is Quintum Fratrē Ephesi uidit. VI. Iduum Decemb. eumq; studiose propter amicitiā nostram inuitauit. cūq; ex eo de me cōtaretur: eū sibi ita dixisse narrabat: se mihi esse inimicissimū: uoluméq; sibi ostēdisse orationis: quā apud Cæsarē cōtra me esset habiturus. multa a se dicta cōtra eius amētiā. multa etiā patris eius simili scelere secū Quintum filiū locutū: cuius furorem ex his epistolis: quas ad te misi: perspicere potuisti. Hæc tibi dolori esse certo scio. me qdē excruciāt: & eo magis: quod mihi cū illis ne querēdi qdem locū futurū puto. De Africanis quidem rebus longe alia nobis: ac tu scripseras: nunciantur: Nihil enim firmius esse dicunt. nihil paratius. Accedit Hispania:

& alienata ala: legionũ nec uis eadem: nec uolũtas. Vrbanæ res perditæ. Quid est ubi acquiescam? nisi quandiu tuas literas lego: quæ essent profecto crebriores: si quid haberes: quo putares meã molestiam minui posse. Sed tamẽ te rogo: ne intermittas scribere ad me quicquid erit: eosq; qui mihi tam crudeliter inimici sunt: si odisse non potes: accuses tamẽ. non ut aliquid proficias: sed ut tibi me charũ esse sentiãt. Plura ad te scribã: si mihi ad eas lras: quas ꝓxime ego ad te dedi: rescripseris. Vale. VII. Calẽ. Feb.

Alienata alia. Scribendũ/ala/ hoc est milites alares qui protegebant legionem ut alæ protegunt aues. Dicũtur & Alarii: quorum præfectus longo post tempore fuit in castris Bruti filius Ciceronis. Idem Tullius libro. iii. episto. de alariis cohortibus meminit. Alares equites Liuius lib. quinto de bello macedonico uocat. Alas huiusmodi Tactici scriptores uexillationes appellant. De aliis subsidiariis meminit Marcellinus libro. xxv.

Ala.

Alares.

Alarius.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

c Onfectus iam cruciatu maximorũ dolorũ ne si sit quidem: quod ad te debeã scribere: facile id exequi possem. hoc minus: quod res nulla est: quę scribẽda sit: cum præsertim ne spes quidẽ ulla ostẽdatur fore melius. Ita iã ne tuas quidẽ literas expecto: quanq̃ semper aliquid afferũt: quod uelim. Quare quidem scribito: cũ erit: cui des. Ego tuis ꝓximis: quas tñ iam pridẽ accepi: nihil habeo: quod rescribã. longo. n. interuallo uideo esse mutata oĩa. Illa esse firma: q̃ debeãt nos stultitiæ nostræ grauissimas pœnas pẽdere Reipu. Sallustio curãda sunt. HS. XXX. quæ accepi a Cn. Sallustio: uelim uideas: ut quæ ad me pertinent sine mora curẽtur. De eã re scripsi ad Terentiã: atq; hoc ipsum iam prope cõsumptum est. Quare id quoq; uelim: cum illa uideas: ut sit: qui utamur. hic fortasse potero sumere: si sciã istic paratum fore. sed prius quam id scirem: nihil sum ausus sumere. Qui sit omniũ rerum status noster: uides. Nihil est mali: quod nõ & sustineam: & expectem. Quarum rerum eo grauior est dolor: quo culpa maior. Ille ĩ Achaia non cessat de nobis detrahere. nihil uidelicet tuæ literæ profecerũt. Vale. VIII. Iduum Martii.

℄ Argumentum.

c ONFIcitur incredibili dolore Cicero: pręsertim cũ nulla melioris fortunę spes affulgeat. Furnius/Quintus non cessant detrahere.

℄ Interpretatio.

HOC MInus. Tãto minus a scribendo supersedeo. emendarit aliqui quod munus pro exercitio scribẽdi. Quod uelim. Quod mihi iucũdum est. Curanda. Restituenda ut hodie dicũt. Ad me pertinent. Ad meam famam incolumẽ conseruandam. Ille. Quintus frater.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

c Ephalio mihi a te literas reddidit ad octauũ Iduum Martii uespere. Eo autem die mane tabellarios miserã: quibus ad te dederã lras. tuis tamẽ lectis lrĩs: putaui tandẽ aliquid rescribẽdũ esse: eo maxime: q̃d ostẽdis te pẽdere animi: quã nã ratiõnẽ Cęsari allaturus

℄ Argumentum.

QVINtum icessit. Quinti filium quod patrẽ in eum armauerit.

℄ Interpretatio.

ALLATVrus. Subintelligesis. Eo maxime. Eo magis dicere solet. M. Tullius/hoc rarẽter usurpari solet. Pẽdere ai. Pẽdere aio/suspẽsum esse & dubitũ sup hac re/ in quã partẽ res ista uergat. Animi ꝓ animo dicebãt antiq latinę magisq̃ grãmaticę. Aliud est enĩ ut ait Quintilianus grammatice aliud latinæ loqui. Cæsari allaturus. Quem pretextũ aut causam alienati animi/ac alio sine causa declinãtis/ cum tamẽ maxima & potẽtissima uideretur ac esset/ facere quod pecudes/quæ disiectæ ac dispulsæ natura duce/ gregem suum sequuntur.

Eo maxie.

profectionis meæ tum: cum ex Italia diſceſſerim. nihil mihi opus eſt noua ratione. Sæpe enim ad eum ſcripſi: multiſque mandaui: non potuiſſe: cum cupiſſem ſermones hominum ſuſtinere: multaque in eam ſententiam. Nihil enim erat: quod minus eum uellem exiſtimare: q̃ me tanta de re non meo conſilio uſum eſſe: poſteaquam mihi literæ a Cornelio Balbo minore miſſæ eſſent: illũ exiſtimare. Q. Fratrem lituũ meæ profectiõis fuiſſe (ita enim ſcripſit) qui nondum cognoſcet: quæ de me Quintus ſcripſiſſet ad multos. et ſi multa præſens in præſentem acerbe dixerat: effecerat t̃n F. hoc in eo. iis uerbis ad Cæſarem reſcripſi. De Quinto Fratre meo non minus laboro: q̃ de me ipſo. ſed eum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. Illud dũtaxat tamen audebo petere abs te: quod te oro: nequid exiſtimes ab illo factum eſſe: quo minus mea in te officia conſtarent: minuſue te diligerem: potiuſque illum ſemper authorem noſtræ coniunctionis fuiſſe: meique itineris comitem: non ducem. Quare cæteris in rebus tantum ei tribues: quantum humanitas tua: amicitiaq; noſtra poſtulat. Ego ei nequid apud te obſim: id te uehementer etiam: atq; etiam rogo. Quare: ſiquis congreſſus fuerit mihi cum Cæſare: et ſi nõ dubito: quin is lenis in illum futurus ſit: idq; iam declarauerit: ego tamen is ero: qui ſemper fui. Sed: ut uideo: multo magis eſt nobis laborandũ de Africa: quam quidẽ tu ſcribis confirmari quotidie magis ad conditionis ſpem: quam uictoriæ. quod utinam ita eſſet. Sed longe aliter eſſe intelligo: teq; ipſum ita exiſtimare arbitror. aliter autem ſcribere non fallendi: ſed confirmandi mei cauſa: præſertim cum adiungatur ad Africã etiam Hiſpania. Quod me admones: ut ſcribam ad Antonium: & ad cæteros: ſiquid uidebitur tibi opus eſſe: uelim facias id: quod ſæpe: teciſti. nihil enim uenit mihi in mẽtem: quod ſcribendum putem. Quod me audis erectiorem eſſe animo: qui putas: cũ uideas acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines præclaras generi actiones? Tu tamen uelim: ne intermittas: quoad eius facere poteris: ſcribere ad me: etiã ſi rem: de qua ſcribas: non habebis. Semper enim afferũt aliquid mihi literæ tuæ. Galeonis hęreditatem creui. Duco enim Curionem fuiſſe ſimplicem: quoniam ad me nulla miſſa eſt. Vale. VIII. Iduum Martii.

Ratione. Excuſatione. Minore. Nepote/ Iuniore. nam erat Cornelius patruus uterq; ciuitate donatus. Illicium. Lege lituum hoc eſt tubam/ inuitamentum/ hortatorem. Lituus haſtam ac tubam ſignificat. Maro. Et lituo pugnas iſignis obibat & haſta. Qui non perceperant uerbũ: illicium ſubdiderunt/ cum ignorãtia nihil ſit operoſius. Tubam belli ciuilis in famil. epiſtolis appellat Cice. quod pauloſecus eſt q̃ lituum dicere. L. in eo. Priſci codices. F. hoc i eo. hoc eſt/ quãuis frater in me latrauerit/ effecit tamen hoc odium in eo fratre filius mihi infenſiſſimus. Pet. F. hic filium intellige. Conſtarẽt. Cõſtanter pſeuerarent. In hoc oſtendebat. Q. Fratrem minime eum ad cõſcendendum inuitaſſe. Ei obſim. Ne propter me fratrem oderis. Genere actiones. Lege generi hoc eſt Dolabellæ. Ironia eſt. quoniam & gener Tulliam non amabat: & inhiabat bonis ſoceri. Aliquid. Leuamẽti. Curionem. Qui potuit ea uti. Alii codices habent Curium nomina ſunt propria. Quæ cum ſæpe cõtingunt/ accidit enim quotidie uel potius in ſingulos dies: Tu curioſus eſſe nõ debes/ quoniam inepti eſt in ſyrpo nodum q̃rere ut aſſolẽt nõnulli diobolares grãmatiſtæ: qui ſomniãt mille miracula: quibus cũ ſibi eruditi nimium uideãtur/ eruditis inepti uidẽtur. Ignorare enim nõnulla/ ego ſummæ doctrinæ ſpecimen eſſe diiudico/ nec omnino omnes probo mythologias/ Et quãuis dixerit Auguſtinus in libello de utilitate credendi ad honoratum. Nunc uero cum quæſtiones Virgilianas multi ac uarie pro ſuo quiſq; captu apire conentur/ his potiſſimum plaudimos per quorum expoſitionem melior inuenitur poeta/ qui non ſolũ nihil peccaſſe. ſed nihil non laudabilit cecıniſſe ab eis etiã qui illum nõ intelligunt credit: tamẽ ut nimius articiſmus trãſit in barbariẽ/ expedit agere nõ ſatagere.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

A Murena liberto nihil adhuc acceperam literarũ. Sed P. Seruilio reddiderat eas: q̃bus te ſcribo. de Ser. patris lr̃is. Quod ſcribis item Quintũ in Syriã ueniſſe:& quod ais eſſe:qui nũtient:ne id quidem uerum eſt. quod certiorẽ te uis fieri:quo quiſq; ĩ me animo ſit: aut fuerit eoꝝ: qui huc uenerũt:neminẽ alieno intel lexi. Sed quãtum id mea interſit:exiſtimare te poſſe certo ſcio. Mihi cũ omnia ſint intolerabilia ad dolo rem:tũ maxime:quod in eam cauſam ueniſſe me ui deo:ut ſola utilia mihi eſſe uideãtur:quæ ſemp no lui. P. Lentulũ patrem Rhodi eſſe aiunt: Alexãdriæ filiũ: Rhodoq; Alexandriã. C. Caſſiũ profectũ eſſe cõſtat. Quintus mihi per literas ſatiſfacit: multo a ſu perioribus uerbis: q̃:cum grauiſſime accuſabat. Ait enĩ ſe ex literis tuis intelligere: tibi nõ placere: quod ad multos de me aſperius ſcripſit. Itaq; ſe pœnitere: quod animũ tuum offenderit. ſed ſe iure feciſſe. De inde perſcribit ſpurciſſime: quas ob cauſas fecerit. Sed neque hoc tempore: nec antea patefeciſſet odiũ ſuum in me:niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum uideret. atq; utinam uel nocturnis: quẽadmodum tu ſcripſeras: itineribus propius te acceſſiſſem. Nunc nec ubi:nec quãdo te ſim uiſurus: poſſum ſuſpicari. De cohæredibus ſuffidianis nihil fuit: quod ad me ſcriberes. nã & æquum poſtulant:& quicq̃d egiſſes: recte eſſe actũ putarem. De fundo Fruſinati redimẽ do iam pridẽ intellexiſti uoluntatẽ meam:& ſi tum meliore loco res erãt noſtræ: neq; tamẽ mihi deſpe raturi ita uidebamur:tamẽ in eadem ſum uolũtate: Ex iis quo ĩ ſtatu ſim uidebis:& uelim quoad pote ris:cõſideres:ut ſit:unde nobis ſuppeditẽtur ſũptus ne ceſſarii. Siq̃s habuimꝰ facultates: eas tũ Põpeio:cũ id uidebamur ſapiẽter facere:detulimus. Itaq; tũ & a tuo uillico ſumpſimus:& aliũde mutuati ſumus:cũ Quĩtus quererẽt p lr̃as: ſibi nos nihil dediſſe:q neq; ab illo rogati ſumus: neq; ipſi eã pecuniã aſpeximꝰ. Sed uelim uideas:q̃d ſit:quod cõfici poſſit: quidq; mihi de oĩbus des cõſilii:& cãm noſti. Plura ne ſcri bã dolore impedior. Siq̃d erit:quod ad quos ſcribẽ dũ meo noĩe putes: uelĩ:ut ſoles:facias:quotieſq; ha bebis:cui des ad me lr̃as:nolim prætermittas. Vale.

¶ Argumentum.

CONSilium ab Attico in turbidis deſperatiſq; rebus petit.

¶ Interpretatio.

NVNTient. Illuc ueniſſe. Alieno. Animo eẽ intellexi. Mihi eſſe. Apud me utilia pẽſſe honeſtis itelligo. Spurciſſime. Turpiſſime/ amarulente/turbide. Vnde ſpurcam tempeſtatem dicimus. Spurcat naſum odore illutibili Plautus ait. Omnibus rebus. Funditus periiſſe. Putarent. Lege putarem. Redimendo. Emendo. Iis quẽadmodum ſtatu uidebis. Scribẽdum. Ex his quo in ſtatu ſim uidebis:q uidelicet non audeo agellum emere. Eam pecuniam. De Ciſtophoris fortaſſis intelligit. Quidq; mihi. Cõſilii des uidero. Et cauſam noſti. Breuiloquentia mirifica. Conſilio abundas. noſti cauſam meã. medere. Laconice agit/ multa conſuens uerbis pauciſſimis:quę paruo pondere multa uehunt:in quo loquẽdi genere Lyſias enituit. Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur. Si res eſt arcta: uerba debent eſſe contracta: ſi magna/ lõga/ut uerum ſit illud Pollionis. Male eueniat uerbis ſi rem non ſequuntur. Phocylides monitorum ſcriptorum Alpha his uerbis: μέτρῳ μὲν φαγέειν, καὶ πιέειν, καὶ μυθολογεύειν. Cum menſura comede/& bibe & fabulare. Et ſicuti uera eſt illa apud eundẽ ſententia: καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι. Tpi uidelicet eſſe ſeruiẽdũ/nec flãdũ cõtra flatus. i. uẽtos. Peride cũ ingnatiſſimis nõ eſt certãdũ uerbis. & hirũdinẽ ſub tecto ne habeas. Cic. de partitione oratoria. Sit oĩo circũſcripta nõ longo anfractu. Intelligẽter audiamur/& loq̃mur. Oĩo cornos petere nõ dẽt. ſed in arcẽ cãæ iuadere. Incredibil' ac ſingularis ẽ furor ea dicere:ĩ q̃bus neq; pes/neq; caput ↄpeat/ & maiorẽ eẽ tecũ q̃ cũ aduerſario contẽtionẽ. Si q̃dẽ uer ẽ illũ Cic. Neſcio quo pacto mihi uidet̃ ptorius cãdidatus ĩ cõſulatẽ. quaſi deſultorius ĩ q̃drigarũ curriculũ icurrere.

Spurciſſimum.

¶ Argumentum.

VERE Scripserat Atticus consolari Ciceronẽ non posse. Desperationis omnia esse plenissima. Alloquatur tamẽ Balbum & Oppiũ ad quos scripsit Cæsar. Tandem fratris animum reconciliari posse autumat.

¶ Interpretatio.

NON Me. Vacat dictio me. Subintelligitur tamen. Id fieri iam non posse. Te consolari me non ualere. Ignorum. A uerbo ignosco hoc est indulgeo. Receptus. A Cæsare. illi Cæsar indulsetit. Quibuscũ. Cum quibus tu uelim colloquare. Hoc genere. Scribendũ genero hoc est inimico Dolabella. Ad minutiũ. Principium est huius clausulæ.

Parentum. Beroaldus parentem legit. Scribam. Iunge cũ sequentibus. Ad te scribã. Eradenda hæc uerba superuacanea.

Sestertiis. De Sestertiis. Potuisse miraret. Habere uiaticum.

Et id uideo. Cognosco ide habere uiaticum. prisci codices iudico. Quã uidere. Lege. Quẽ pro aliquem. Potest res. Patefieri. Enim. Inceptiua est particula, rarẽter tamẽ auctore Quintiliano. Aelius Donatus i Adelphis. Inceptiua qdẽ particula apud ueteres fuit. sed & cõuenit perturbationi. Iam extremũ. In extremo actu nobis fratris animus tandẽ aperietur. Ibi. In extremo facile est cognoscere.

Enim.

¶ Argumentum.

DOLET Quidem orator Arpinãs. sed minus quoniam non est alicuius diri facinoris conscius. Dolabellam accusat.

¶ Interpretatio.

SOLA Curasse. Numerasse sola Sestertia. xii.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOn offendit ueritas literarum tuarum: q̃ me tum cõmunibus malis: tũ præcipuis oppressum: ne incipis quidẽ: ut solebas: consolari: fatetisq; id fieri iam nõ posse. nec enim ea sunt: q̃ erãt antea: & ut nihil aliud comites me: & socios habere putabã. Oẽs. n. Achaici deprecatores: iteq; in Asia: qbus non erat ignotũ: etiam quibus erat: in Africam dicuntur nauigaturi. Ita præter Lælium: neminẽ habeo culpæ sociũ: qui tamẽ hoc meliore in casu est: quod iam est receptus. De me autẽ non dubito: quin ad Balbũ: & ad Oppium scripserit: a quibus: si qd esset lætius: certior factus essem. tecũ etiam essent locuti: quibus cũ tu: de hoc ipso colloquare uelim: & ad me: qd tibi respõderint: scribas. nõ quod ab isto salus data quicquã habitura sit firmitudinis: sed tamẽ aliquid consuli: & prospici poterit: & si omniũ: cõspectum horreo: præsertim hoc genero: tamen in tantis malis quid aliud uelim nõ reperio. Quintus pergit: ut ad me & Pansa scripsit: & Hirtius: isq; item Africã petere cum cæteris dicitur. Ad Minutium parentẽ scribam: cum tu as literas mittam: ad te scribam nũ quid egerit. HS XXX. potuisse mirarer: nisi multa de suffidianis prædiis. & id uideo tamen: & expecto quem uidere: si ullo modo potest Respu. enim peruellem. iam extremum cõcluditur. ibi facile est. quod quale sit: graue est existimare. Vale.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

QVoniã iustas causas affers: quod te hoc tempore uidere nõ possim: quæso quid sit mihi faciendũ. Ille enim ita uidetur Alexandriã tenere: ut eum scribere etiã pudeat de illis rebus. Ii autem ex Africa iam affuturi uidẽtur. Achaici item ex Asia redituri ad eos: aut libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendũ? Video difficile esse cõsilium. sum enĩ solus: aut cũ altero: cui neq; ad illos reditus sit: neq; ab iis ipsis quicquã ad spem ostẽdatur. sed tamẽ scire uelim: quid cẽseas. Idq; erat cum aliis: cur te: si fieri posset: cuperẽ uidere. Minutium. XII. sola curasse scripsi ad te antea. quod superest uelim uideas: ut cu

rentur. Quintus nõ modo non cũ magna prece ad me: sed acerbissime scripsit. Fili9 uero mirifico odio. nihil fingi potest mali: quo nõ urgear. Omnia tamẽ sunt faciliora: quã peccati dolor: qui & maximus est & æternus. Cuius peccati: si socios essem habiturus ego: quos putaui: tamẽ esset ea cõsolatio tenuis. sed habet aliorum omniũ ratio exitum: mea nullũ. Alii capti: alii interclusi nõ ueniunt in dubiũ de uolunta te: eo minus scilicet: cũ se expedierint: & una esse cœ perint. ii autẽ ipsi: qui sua uolũtate ad Fusium uene/ rũt: nihil possunt: nisi timidi existimari. Multi autẽ sunt: qui quocũque sunt: modo ad illos se recipe uo lent: recipeterũt. quo minus debes mirari: non posse me tãto dolori resistere. solius enim meũ peccatum corrigi nõ potest: & fortasse Lælii. sed qd me id le/ uat: nã. C. quidã Cassium aiunt cõsiliũ Alexandriã eundi mutauisse. Hæc ad te scribo: non ut queas tu demere solicitudinẽ: sed ut cognoscã: & quid tu ad ea afferas: quæ me cõficiunt. ad quæ Gener accedit: & cætera: quæ fletu reprimor: ne scribã. Quinetiam Aesopi F. me excruciat. prorsus nihil abest: qn sim miserrimus. Sed ad primũ reuertor. qd putes facien/ dũ: occulte ne aliquo ꝓpius ueniendũ: an mare tran seundũ. nam hic manen diutius nõ potest. Suffidia/ nis quare nihil potuit cõfici: genus enim cõditionis eiusmodi fuit: in quo nõ solet esse cõtrouersia. cum ea pars: quę uidetur esse minor: licitatiõe expleri pos set. Hæc ego non sine causa quæro. suspicor enĩ co/ hæredes dubiam nostrã causam putare: & eo rem in integro esse. Vale. Pridie Iduum Maii.

Peccati dolor. Cõsciẽtiã eica tricosã nõ habeo. Gener. Do/ labella infensus socero Ciceroni. Aesopi filius. Qui liguas auiũ patinis apponebat dulce canen/ tiũ/ nõ reueritus/ ut iqt Plinius: patris/ ex liguæ quæstu/ munus. Fuffidianis. Bonis & hæredita tibus quę Ciceroni obuenerunt. Cõtrouersia. Accipiendi cõdi tiones. Ea pars. Diuidẽdo hæ reditatẽ. Si fundus exẽpli gratia Fuffidianus est centũ/ & Seianus centũ. xx. In uendẽdo cohęredes diuidere ptiũ/ si nõ agrũ/ possũt. Licitatione. Appciatione/ de/ mẽdo de uno cũ uenditũ erit & alteri addẽdo. Persius. Et cẽtum græcos uno cẽtusse licetur. Lice/ ri est appciare & æstimare. Cic. in officiis. Non licitatorẽ uenditor/ nec cõtra se qui liceatur emptor apponat. Liceri uel licitari est pre tium deferre in cõductione faciẽ da. Dubiam. Ne qui ad tẽ cer tam nõ uenerunt & addicere no luerũt/ putent me nõ esse legiti/ mũ cohęredẽ. qm non sum ami/ cus Cæsaris. Rẽ. Hæreditatẽ. Esse. Velle ut fit. In integro. In mora. Donec bellũ ciuile for/ tunã nostrum patefaciat. Pri/ die Id. Maii. Prisca exẽplaria/ pri die Idus Martii.

Licitatio. Liceri.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

NOn meo uitio fuit hoc quidem tempo/ re. a te enim est peccatũ: ut me ista epi/ stola nihil cõsoletur. nam & exigue scri pta hæc est: & suspiciões magnas habet nõ esse ab illo: quas animaduertisse te existimo. De obuiam itione ita faciã: ut suades. Neq enim ualde aduẽtus eius opinio est: neq: si qui ex Asia ueniunt: quicquã auditum esse dicunt de pace. cuius ego spe in hanc fraudem incidi. Nihil uideo: quod speran/ dũ putem: hũc præsertim: cũ ea plaga in Asia sit ac/ cepta: in Illyrico: i cassiano negocio: in ipsa Alexan/ dria: in urbe: in Italia. Ego uero: etiã si rediturus ille

¶ Argumentum.

PER. Epl'am breuem ac prope laconicã Atticus interiectis mille suspiciõib. Ciceronẽ admonuit/ & qrebatur eum incõsolabilem/ durũq esse/ Negat is/ quin in Atticum cri/ mẽ reiicit. Scribitur epistola post debellatum Pompeium.

¶ Interpretatio.

MEO Vitio. Qui nõ sim ductilis in bonũ. A te est peccatũ. Tu es pec/ cati cã. Ista. Tua laconica. De obuiã Itione. Petiuerat forte Ci/ ce. qd sibi uideretur cũ procõsul esset/ ac triumphalis/ cũque lau/ reatis lictoribus/ an Põpeio pro/ cõsuli/ obuiã ire debebat. Inci di. Tanq ad Pompeiũ transierit Cic. spe pacificatiõis. Fraudẽ. Dãnũ more prisco. Ille. Cęsar.

Fraus.

Negotium confectũ iri. Cun/cta erunt cõfecta bella/ſupatuſq; Põpeius. Vt ſit auditũ. Cum primũ auditum eſt Cæſarem lite/ras pacificatorias miſiſſe. Ab illo. Cæſare. Huius cõſilii. Pe/tendi ueniã a Cæſare. Socium. Exemplum alterius ueniã peten/tis:qui turpitudinis huius pręcur/ſor fuerit. Fuſio ſpem depreca/tiõis. Quod Fuſius Pompeianus a Cæſare ueniã impetrabit. Et cõſtiturum mora Alexandrina. Beroaldus. Conſiliũ legit nõ cõ/ſtiturũ quod Cæſar cœpit apud Alexandriam moram trahere/ il/lam obſidere decernens/ donec Pompeiũ ulciſcerentur/ interfe/ctum Photini iuſſu a Septimio.

Cauſam correxit. Quoniã ſta/tim ſe Cæſari dediderũt/ego ue/ro in ſentẽtia permãſi. Euertit. Quod non manus dedi affecto bello/ſed effecto. Diſpiceres. Introſpiceres eſſe medicabile.

Ne moneres. Scribe. Me mo/neres. Iactor. Nec receptus nec excluſus a Cæſare. Eo minus. Tãto minus quid agã non repe/rio. Quidã. Beroaldus Quin/tus emẽdat. Patris. In ciuitate patrenſi/de qua ſupra. Remit/tere literas. Reſpondere per lite/ras. Teſtamẽto. Ratum habẽ/do/obſeruãdo quod per teſtamẽ/tum neſcio cuius debebat. Infra tamẽ uidetur intelligere de teſta/mento Ciceronis. Fieri poſſit. Caueri poſſit ne agat ſcelerate Terẽtia. Cõſilio ego. Scriben/dum egeo. Explorato. Certo: indubitato.

¶ Argumentum.

VLliæ meminit & cu/iuſdam ſummæ pecu/niariæ.

¶ Interpretatio.

Tulliæ corpus.

TVLLia. Cuius cadauer integrum repertũ ſupe/rioribus ãnis in collibus albanis multis opertũ odoramen/tis integrũ ac mille ſupra quin/gentos annos illæſum. Tulliæ cre/ditum eſt quoniam inter urnas ac ſepulchra Tulliorum erutũ fuit.

eſt:q adhuc bellũ gerere dicit̃:tamẽ ante reditũ eius negocium cõfectum iri puto. Quod aũt ſcribis quã/dam lætitiã bonorum eſſe cõmotam:ut ſit auditum de literis:tu quidẽ nihil prætermittis:i quo putes ali/quid ſolatii eſſe. ſed ego nõ adducor:quẽquã bonũ ullam ſalutẽ putare mihi tãti fuiſſe:ut eã peterem ab illo:& eo minus:quod huius conſilii iã ne ſociũ qui/dẽ habeo quẽquam:qui in Aſia ſunt:& rerũ exitum expectãt:Achaici etiam Fuſio ſpem deprecatiõis af/ferũt. horum & timor idẽ fuit prio:qui meus:& con/ſilium. mora Alexãdrina cauſam illorum correxit: meã euertit. Quam obrem idẽ a te nunc peto:quod tu prioribus literis:ut ſiqd in perditis rebus diſpice/res:quod mihi putares faciendũ:me moneres. ſi reci/pior ab iis:quod uides nõ fieri:tamẽ quoad bellum erit:quid agã:aut ubi ſim:nõ reperio. ſin iactor: eo minus. Itaq; tuas literas expecto:eaſq; ut ad me ſine dubitatiõe ſcribas:rogo. Quod ſuades:ut ad Quin/tum ſcribã de his literis:facerem:ſi me quicq̃ iſtæ li/teræ delectarẽt. Quintus ſcripſit ad me his uerbis. Etſi ego:ut in his malis Patris ſum nõ iutus:eſſem libentius:ſi frater tuus ea de te loqueretur:quæ ego audire uellem. Quod ais illũ ad te ſcribere:me ſibi nullas literas remittere:ſemel ab ipſo accepi. ad eas Cephalioni dedi:qui multos menſes tempeſtatibus retentus eſt. Q. Filiũ ad me acerbiſſime ſcripſiſſe iam ante ad te ſcripſi. Extremũ eſt: quod te orem:ſi pu/tas rectum eſſe:& a te ſuſcipi poſſe:cũ Camillo cõ/munices:ut Terẽtiam moneatis de teſtamẽto. Tem/pora monẽt:ut uideat:ut ſatiſfaciat:quibus debeat. Auditum ex Philotimo eſt:eam ſcelerate quædã fa/cere:credibile uix eſt. ſed certẽ ſi quid eſt: quod fie/ri poſſit:prouidẽdum eſt. De oĩbus rebus uelim ad me ſcribas: & maxime qd ſcribas de ea:in quo tuo conſilio egeo:etiã ſi nihil excogitas:id enĩ mihi erit pro explorato. Vale. III. Nonarum Iun.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRoperãtibus tabellariis alienis:hãc epi/ſtolã dedi:eo breuiorẽ etiã: quod eram miſſurus meos. Tullia mea uenit ad me pridie Iduũ Iun. deq; tua erga ſe obſer/uãtia:bñuolẽtiaq; mihi plurima expoſuit:lr̃aſq; red/didit trinas. Ego aũt ex ipſius uirtute:humanitate:

pietate:nõ modo eã uoluptatẽ nõ cœpi: quã capere ex singulari filia debui: sed etiã incredibili sum dolore affectus:tale ingeniũ in tam misera fortuna uersari:idq; accidere nullo ipsius delicto:summa culpa mea. Itaq; a te neq; cõsolationẽ iam: qua cupe te uti uideo:neq; cõsiliũ:quod capi nullũ potest:expecto. teq; omnia cũ superioribus saepe literis: tũ proximis tentasse intelligo. Ego cũ Sallustio Ciceronẽ ad Caesarem mittere cogitabã. Tulliã autem nõ uidebam esse cãm:cur diutius mecũ tanto in cõmuni mœrore retinerẽ. Itaq; Aemathiam:cũ primũ per ipsam licere t:erã remissurus. per eã queadmodũ cõsolabũdus scripsisti pecuniã tãtã ais me scripsisse:q̃ tuipse itelligis respõderi posse. Quod Oppium tecũ scribis locutum:nõ abhorret a mea suspiciõe eius oratio. sed nõ dubito:quin istis persuaderi nullo modo possit ea:quae faciãt mihi nõ probari posse:quoquo mõ loquar. ego tamẽ utar moderatione:qua potero. quanquã quid mea intersit:ut eorũ odium subeam:nõ intelligo. Te iusta causa ipediri:quo minus ad nos uenias:uideo:idq; mihi ualde molestũ est. illũ ab Alexãdria discessisse nemo nũciat:cõstatq; ne pfectum quidem illo quenquã post Idus Martii:nec post Id. Decemb. ab illo datas ullas literas. ex quo illud itelligis de literis ad. V. Iduũ Feb. datis inane esse:etiã: si uerũ esset:nõ uerum esse. L. Terentium discessisse ex Africa scimus:Paestũq; uenisse. Quid is afferat: aut quomodo exierit: aut quid in Africa fiat: scire uelim. Dicitur enim per Nasidium ad me missus esse. Id quale:sit:uelim si inueneris:ad me scribas. De his rebus:quas mihi notas esse uoluisti:ut scribis:faciam. Vale. XVIII. Calendarum Quintil.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

DE illius ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris:contraq; opinio: ualde esse impeditum. Itaq; nec mitto:ut constitueram: Ciceronem:& te rogo:ut me hinc expedias. Quoduis enim suppliciũ leuius est hac mãsione. Hac de re,& ad Antoniũ scripsi: & ad Balbum:et ad Oppium. Siue enim bellũ in Italia futurum est:siue classibus utetur: hic esse me minime cõuenit. quorum fortasse utrũq; erit. Alterũ certe intellexi oĩno ex Oppii sermone:quẽ tu mihi scripsisti:quae istorũ uia esset. sed:ut eam flectas:te rogo.

Ciceronem. Filium. Aemathiam. In Thessaliã/ quã Liuius ait appellatã Pãnoniam/ alii macedoniam. Ouidius. Quae ducis emathii fuerit clemẽtia/ Portus/ Hostilisq; docent funeris exeq̃. Liuiana uerba libro decio de bello macedonico. Emathia q̃ nunc dicitur/ quõdam appellata Pœonia est. Per ipsam. Ea lubente. Pro ea. Mendosus hic est locus/ ac delio eget praenatante. Quãtum tamen coniectura cõsequi possum/ sic emẽdari potest pro tempore tamen. Per eã quẽadmodum consolabundus scripsisti pecuniam tantam ais me scripsisse/ quę tu ipse intelligis respõderi posse. Dicebas his in literis trinis ad meas respondẽs/ me in nominibus habere tot pecunias quot deberem. quare iacturã ac plagam meam esse mediocrem. Scripsisse. Credidisse pecuniã auctore honorato grammatico. Horatius. Dictãris quod tu nunquã rescribere possis. Tu ipse intelligis. Dicis te sãtis exploratũ habere. Responderi. Reddi. Maro. Illa seges demũ uotis respõdet auari Agricolae. Inane esset. Scribẽdum inane esse/ hoc est uanum & nugatoriũ. Paestum. Cãpaniae opidum ubi rosę pcoces. De his rebus. Prisci codices/ de Sestertiis decem/ ut scribis faciã. Caetera non sunt in antiquis codicibus.

Emathia.

Argumentum.

CAESar se in Alexandriam contulerat fugiẽtem Pompeium secutus:quẽ capere potuit si uoluisset auctore Antonio triũuiro apud Dionẽ/ Cicero audit eum ualde esse impeditum. Quinimo oppugnatus fuit copiis regiis. Ex hac mansione euolare cõtendit:quã/uis nihil iã expectet nisi miserũ.

Interpretatio.

ILLIus. Caesaris. Impeditum. Photino & Achilla eum prementibus.

Perditius.

Perditius. Desperatius/calamitosius.

¶ Argumentum.

ARGVmentum facile cognitu/Dolet Atticũ rarenter scribere forte quod læta argumẽta nõ habet. De pace inter reliqs Pompeianas & Cæsarem non nihil addit.

¶ Interpretatio.

COGES me spare. Antiq codices/cogis/habẽt. Habeo de eo. Ab eo. Dũ in pessimis. Scribe. Dũ ut in pessimis. Ordo. Mihi satis ẽ tantũ temporis dum caueam aliquid/ut in pessimis rebus subintellige caueri potest.

Nihil oĩno iam expecto: nisi miserũ. Sed hoc perditius: in quo nunc sum: fieri nihil potest. Quare cum Antonio loquare uelim: & cũ istis: & rem: ut poteris: expedias: & mihi quáprimum de omnibus rebus rescribas. Vale. XII. Calendarum Quintil.

¶ Argumentum.

DE CAesaris uictoris natura nõnulla. De fratre/qui ueniã impetrauit ab eo. Nemini dicit negare/ qd̃ suspicari cogit fluxa oĩa fore. Propius tamẽ accedet ad Cæsarem.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm tuis dare possem literas: non prætermisi: etsi: quid scriberem: non habebam. Tu ad nos: & rarius scribis: quam solebas: & breuius. Credo quia nihil habes: quod me putes libẽter legere: aut audire posse. Verũtamen uelim: quid erit: qualecũq; erit scribas. Est autem unũ: quod mihi sit optãdum: siquid agi de pace possit: quod nulla eqdem habeo in spe. sed quia tu leuiter interdum significas: cogis me sperare: quod optãdũ uix est. Philotimus dicitur secedere Idib. Sextil. nihil habeo de eo amplius. Tu uelim ad ea mihi rescribas: quę ad te antea scripsit. Mihi tãtũ tpis satis est: dũ ut in pessimis rebus aliqd caueã: qui nihil unquã caui. Vale. XI. Calẽdarum Sextil.

¶ Interpretatio.

Seleucia. Alcucia.

SELEVcęa. Idest σελευ/κεια ciuitas Ciliciæ/auctore Stephano/dicta Trachea/appellãt aũt Seleuciã a Seleuco Nicatoris. prius olbia/uocabat & Hyria. Sũt qui Aleuciam scribant/qui locus est citra Leucadẽ stadia cẽtũ. xx. Auctor Cice. lib. xvi. Ego nihil ausim temere. Peria. Nomẽ nũtii Treboniani. De eo. Ab eo Cæsare. Nullo negotio. Faciliter. Ab ipso. Cæsare. Quæ dantur. Venia & largitio. Vt ea rursus. Vt tamẽ sciamus futura cuncta in ptãte Tyrãni. Quod nemini. Negare. Iuxta illud epigrãmatici poetæ. Cui malus est nemo/cui bonus eẽ põt? Notionẽ. Nũc pmiscue donat quos nõ nouit postea discernit grauissime causas. Eius differri. Puto a Cęsare cognitionẽ rei petitæ differri/quod ipm pniciosum est. Iuxta illud. Lentæ mandauerat iræ: & Caligulæ petendi mortem. Non redii adhuc tecũ in gratiã. Fratri. Lege fratris. Cæsarem. Vetus lectio ad Cęsarem. Patris. Ab ea ciuitate/de qua supra. placet codex Romanus propter sequentia/ut/ad/excludatur. nisi/quod ualde quadrat/ & concinit aptissime interpretentur iturum pro abiturũ patris/ut epistola sequens affirmare uidetur. Mallem. Subintellige fecisse.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

AD. VII. Calen. Septembr. uenerat die. XXVIII. Seleucæa Peria. C. Trebonii is: qui se Antiochiæ diceret apud Cæsarẽ uidisse Quĩtũ Fratrem cũ Hirtio: eosq; de eo: quæ uoluissent ĩpetrasse nullo qdem negocio. quod ego magis gauderẽ: si ista nobis ĩpetrata qcq̃ ad spem explorati haberẽt. Sed & alia timenda sunt ab aliis: & ab ipso: quæ dãtur: ut ea rursus in eiusdẽ sint potestate. etiã Sallustio ignouit. Oĩno dicit nemini negare: quod ipsum est suspectũ. notionẽ eius differri. M. Gallius. Q. F. mancipia Sallustio reddidit. Is uenit: ut legiones in Siciliã traduceret: & protinus iturũ Cæsarem patris. Quod si faciet: ego: quod ante mallẽ: aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas: quibus a te proxime consiliũ petiui: uehemẽter expecto. Vale. XVI. Calendarũ Septemb.

¶ Argumentum.

DE Testamento Terentiæ agit: cuius epistolam plane mallet nõ esse missam. De Cæsare, Pharnace & huiusmodi. Mansionem suam detestatur. Sullana præfert his perditissimis temporibus. Quinto Cæsar ignouit. Ciceronis nulla est facta mentio.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi. VI. Calen. Septẽ. literas a te: datas. XII. Cal. doloreq́: quẽ ex Quinti scelere iãpridem acceptũ iam abiecerã: lecta eius epistola: grauissimũ cœpi. tu: etsi nõ potuisti ullo modo facere: ut mihi illã epistolã non mitteres: tamẽ mallẽ non esse missam. Ad eã autẽ: quæ scribis de testamẽto: uidebis quid: & quo mõ de numis: & illa sic scripsi tamẽ ego ad te antea. & nos: siqd opus erit: utemur ex eo: de quo scribis. Ille ad Calẽ. Septẽb. Athenis non uidet̃ fore. Multa eũ in Asia dicuntur morari: maxĩe Pharnacis legio. XII. ad quã primũ Sulla uenit. lapidibus egisse hominẽ dicitur. nullã putant se cõmoturam. illum arbitrãtur protinus Patris ĩ Ciliciã. Sed: si hoc ita est: huc ueniat est necesse: ac mallem illũ. aliquo enĩ modo hinc euasissem. nũc metuo: ne sit expectandũ: & cũ reliquis etiã loci grauitas hĩc miserrime pferẽda. Quod me mones: ut ea uideã: quæ ad tẽpus accommodẽ: facerẽ: si res paterer̃: & si ullo modo fieri posset. sed in tãtis nostris peccatis: tãtisq́ nostrorũ iniuriis nihil est: quod aut facere dignũ nobis: aut simulare possim. Sullana cõfers: in qbus oĩa genere ipso præclarissima fuerũt. moderatione paulominus temperata. Hæc autẽ eiusmodi sunt: ut obliuiscar: multoq́ malim: quod oĩbus sit melius: quorum utilitati meã iunxi. Tu ad me tamẽ uelim quãsæpissime scribas: eoq́ magis: qđ præterea nemo: scribit: ac si oẽs tuas tñ maxime expectarẽ. Quod scribis illũ p me Quĩto fore placatiorẽ: scripsi ad te antea eum statĩ. Q. Fratri oĩa tribuisse: nostri nullã mentionẽ. Vale.

¶ Interpretatio.

ILLA Scripsi. Cõmodior lectio, illi scripsi hoc est Terentię. In Asia. In põto cõtra Pharnacẽ filiũ mithridatis, quo cũ Cęsar uenisset, uenit, uidit uicit. Lapidib. egisse. Abegisse coniectu lapidũ repeliens unanimiter. Nullam. Legionem hoc est nullatenus legio cõmouebitur. Reperio i aliis codicibus cõmoraturam, nõ cõmoturam. Patris. A patrensibus castris in siciliam iturũ. Ea uideã. Cogitem. Ad tempus accõmodem. Seruiã tempori causam aliquã consuendo quare ad Pompeium abierim: quæ Cæsari uictori nõ omnino displiceat. Nostris. Qui a Cæsare desciuimus monendo per suas & amicorũ literas ne id cõmitteremus. Nostrorum. Quinti Qui a me desciuit, ac causam meã ex perdita perditiorem fecit. Sullana. Quibus Sulla multis pepercit. Genere ipso. Victorię. Tũc enim mali subacti sunt ac optimates uicerunt. In hac Cæsariana mali superiores fuerũt. Rei. Obęrati, desperati. Paulominus tẽperata. Aliquãtulum temperatiora. Hæc, Victricia tempora Cæsaris. Eiusmodi. Subitellige sunt. Obliuiscar. Quoniã in præterita nullum est aliud ius q̃ obliuionis. Oibus. Pompeianis. Ac si omnes. Quãuis omnes ad me scriberẽt. Illum Quinto. Beroaldo placet. Illũ p Quĩto. Vetus lectio. Illũ p me Quinto. hoc est intercessione ac auctoritate mea. Mentionem. A Cæsare uel a Quinto factam.

Paulominus.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

DIligenter mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius. accepi enim a te literas: quibus uideris uereri: ut epistolas illas acceperim: quas quidem uellem nũquã mihi redditas. Auxerunt enim mihi dolorem. si in aliquem incidissent: quicquam noui attulissent.

¶ Argumentum.

CAESar facilis ad ignoscendum fuit, quinimo per literas questus ẽ iniuriam ab eo Ciceroni illatam.

¶ Interpretatio.

QVicq̃ noui. Aliquid tumultus ac turbationũ.

Illius. Quinti fratris. Impro bitate offenderetur. Literæ Cæsaris significabant se dolore affici quod. Q. iniuriam fratri Ciceroni intulisset. uenerũt in Quinti manus hæ literæ. Quintus ostendit non ut se accusaret. sed fratrem. quoniam inerant Cæsaris accusationes. Negari. Lege rogari ne quidem. hoc est Cæsar non grauate ueniam Quinto dedit. Quod. Vt fratri sit parcitum. Impetrationes nostras. Fraternas. Nihil ualere. Corrige. nihil mihi ualere/nihil prodesse mihi. De militibus. Quibus Cæsar diuiserat agros/ uel quod militares iniurias ferre non possunt. Negant usquã. Moraturos/uiuere posse. Acceperint. Sua rapta a militibus. In opidum. Ad opidum expugnandum. In expugnatione opidi. Quoquomodo. Bono uel malo/ bellicoso uel non. Censes. Faciendum. Corpore. Imbecillo per diutinum mœrorem. Sed ut malis. Beroaldus. sed ut in malis. Testã. Terentiæ.

¶ Argumentum.

INDOlet Atticũ quodam morbi genere tentari. Philotimus lætas literas ad Ciceronem a Cæsare refert. Omnia tamen timet.

¶ Interpretatio.

CERTIOrem. Alii tardiorem. Modo ualere. Scribe/ modo ualeres est optantis. Negociatione. Antiqua exemplaria/ne cogitatione, Assequi. Indipisci/rõ nulla/ immo ratiocinatio mihi dictat non põt esse uerũ. Nõ modo te ipsa uera est/ sed cogitare nõ possumus rẽ ueram. Cogitamus. n. sæpe falsa: & q̃ rationi non subsistunt. Tolerabile. Quod mẽs nostri iugi nescia ferre possit. Cõficiatur. Pareẽ i aliquẽ reb. nostræ ac fortunæ inopi portum paremus. Propulsandã. Repellẽdã propulsare pprie dñt illi: qui defensant iniuriam. Testamẽto. Cogites. Illud. Nec ut cogitassemus. Antea. Fecisse.

Quid enim tam peruulgatum: quam illius in me odium! & genus hoc literarum: quod nec Cesar quidem ad istos uidetur misisse: quasi quo illius improbitate offenderetur. sed credo: ut notiora nostra mala essent. Nam quod te uereri scribis: ne illi obsint: eiq; rei mederi: ne rogari q̃dem se passus est de illo. quod quidẽ mihi molestum nõ est: illud molestius: istas impetrationes nostras nihil ualere. Sulla: ut opinor: cras erit hic cum Messala. Currũt ad illum pulsi a militibus: qui se negant usquã: nisi acceperint. ergo ille huc ueniet. quod nõ putabam. tarde quidem: itinera enim ita facit: ut multos dies in oppidũ ponat. Pharnaces autẽ: quoquo modo agit afferet moram. Quid mihi igitur censes? iam enim corpore uix sustineo grauitatem cœli huius: qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mãdem: ut me excusent? ipse accedam propius? quæso attende: & me: quod adhuc sæpe rogatus nõ fecisti: consilio iuua. Scio rẽ difficilem esse: sed ut in malis. etiã illud mea magni interest: te ut uideam. profecto aliquid profecero: si id acciderit. De testamẽto: ut scribis: animaduertes. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVod ad te scripseram: ut cum Camillo cõmunicares: de eo Camillus mihi scripsit: te cũ eo locutum. tuas literas expectabam: nisi illud quidẽ mutari: si aliter est: & oportet: nõ uideo posse: sed cũ a nullo accepissem literas: desideraui tuas. Et si putabã te certiorem factũ non esse eã modo ualere. Scripseras enĩ te quodam ualetudinis genere tẽtari. Augustus q̃dẽ Rhodo uenerat. VIII. Iduũ Quintil. Is nuntiabat. Q. Fratrem ad Cæsarem profectum. IIII. Calẽdarum Iun. Philotimum Rhodum prid. eius diei uenisse. habere ad me literas. ipsum Augustum audies. sed tardius iter faciebat. eo feci: ut eo celeriter eunti darem. quid sit in his literis nescio. sed mihi ualde. Q. Frater gratulatur. eq̃dem in meo tãto peccato nihil: ne cogitatiõe quidẽ asseq possum: quod mihi tolerabile possit esse. Te oro: ut de hac miseria cogites: & illud: de quo ad te pxime scripsi: ut aliquid cõficiatur ad inopiam propulsandam: etiam de ipso testamẽto. Illud quoq; uellem antea. sed oĩa timuimus.

Melius quidẽ in pessimis. Emẽda, melius quidẽ ut in pessimis. Nihil fuit. Legendum fuerit. Dissidio. Dissidere separiq; a Caesare. Aliqui ad fratrẽ referunt. Nocturnarũ expugnationũ. Nec res periisset nocturnis crassatiõibus qbus saepe bona Ciceronis expugnata fuerũt. Metellae. Legis cõditae a Metello qua aqua & igni hostibus Caesaris interdicebat. Maiorũ. Scribe maiorũ, & iunge cum noie. Si quid ius. Lege, assequi ius pstitit. quod p literas admonebas ut cõsequi tentarẽ, beneficio tpis assecutus sum. Ipse. Caesar. Denunciare. Polliceri incolumitatem.

Melius qdẽ ut in pessimis nihil fuerit: dissidio aliqd fecissemus: ut uiui uel tabularũ nouarũ noie: uel nocturnarũ expugnationum: uel Metellae: uel omniũ malorum: ne res periisset: & uideremur aliqd doloris uirilis habuisse. Memini oino tuas literas. sed & tempus illud: assequi ius praestitit. nunc quidem ipse uidetur denũtiare. Audiuimus enim de statu Clodii. generum ne nostrũ potissimum: et hoc uel tabulas nouas. Placet mihi igitur: & est idem tibi nuntiũ remitti. Petet fortasse tertiam pensionẽ. Cõsidera igitur tu: ne uidel. ab ipso nascatur. An prius ego: si ullo modo potuero uel nocturnis itineribus experiar: ut te uideam. Tu & haec: & siquid erit: quod intersit me scire: scribas uelim. Vale.

Clodii. Filii, de quo extat epistola Ciceronis ad Antonium & ad Ciceronẽ. Potissimũ. Subintellige fouere Clodiũ filiũ decet. Vt hoc uel tabulas. Lege. Et hoc ut tabulas nouas quas Dolabella gener Ciceronis iducere tẽtabat. Petet. Dolabella tertiã pẽsionẽ dotis uxoriae, secũdã supra petiuit. Placet igitur mihi remitti nuntiũ genero. Diuortium faciat Tullia cũ Dolabella. Mittebatur nũtius cũ libello repudii sup qua re iuriscõsulti meminere dige. de diuortiis. nosq; sexcẽties. Et est idem tibi. Subintellige animi. Ne uidel. ab ipso nascatur. Scribo. Considera igitur tu, ne uidelicet ab ipso nascatur. Tu uideris cur nuntiũ remittam: an expectent ut ipse prior incipiat. An prius ego. An melius ego ut itinere nocturno ad te cõtendãteq; qprimum uideam.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

Quedam ad me: & quę etiã de me uis: ad Tulliã de me scripsisti: ea sentio esse uera. Eo sum miserior: etsi nihil uidebatur addi posse: quod mihi non modo irasci grauissima iniuria accepta: sed ne dolere quidẽ impune liceat. Quare istud: feramus: qđ cũ tulerimus: tamẽ eadem erũt ppetienda: quae tu: ne accidant: ut caueamus: mones. Ea. n. est a nobis cõtracta culpa: ut oi statu: omniq; populo eũdem exitũ habitura uideat. sed ad nostram manũ redeamus: eniuero haec occultius agẽda. uide quaeso etiã nunc de testamento: quod tum factũ: cum illa haerere coepat. nõ credo: & cõmoti. neq; eni rogare: ne me quidẽ: sed quasi ita sit: quoniã in sermone iã uenisti: poteris eã monere: ut alicui cõmittat: cuius extra periculum huius

℃ Argumentum.

SCRipserat nõnulla manu sua Cic. in Caesarem quae Titus cautius agẽda monet. De testamẽto eodem quo supra agit. Terẽtiã suspectã hẽt. Philotimum pariter. Petit si qd est quod consolationẽ afferre possit, id qprimum scribat.

℃ Interpretatio.

AD ME uis. Scribendũ, de me uis. Ad me scripsisti noua laetissima, q de me uis ac desideras. Possum nihilominus defẽdere, ad me uis hoc est scribi a Tullia. Scripsisti Tullię q uoluisti ut ea ad me scriberet. Ad nostrã manum. Ad turbam domesticã. Reddiderit. Scribo. Redeamus. Haec occultis. De domesticis ac de occultis ad te itineribus. Tum factum. Subintellige oportuit. Quaerere. Legendum haerere, hoc est nominibus implicari. Cõmoti. Sunt creditores. Volebat Cicero Terentiam inducere ut testamẽtum conderet, ac haeredem Atticum, Saltem procuratorem condendi testamẽtum uirum bonum, eum potissimum, qui a bellis ciuilibus esset integer. Rogari. Emenda rogare. Non ii rogare eam ut testamentum condat, Sed ut sapiens consultor mone. Ne me quidem. Dicas eam rogare, inducas eã potius. Quasi ita sit. Te me rogasse finge. Venisti. Cũ ea terentia. Dicas Terentia iam de testamento mecum uerba fecisti, respondeo uideri opportunum.

belli fortuna sit te quidē tibi potissimū uelim: si idē illa uellet: quā quidem Cœlio miserā in hoc timere de illo altero. Scio equidē uenire nunc nil posse: sed seponi: & occultari possunt: ut extra ruinā sint eam: quæ impendet. Nam quod scribis nobis nostræ: & tuæ Terentiæ fore parata tua: credo. nostra quæ po terunt esse? Si de Terentia autem (mitto cætera: quæ sunt inumerabilia) quid ad hoc addi potest? Scripse ras: ut. XII. HS permutaret: tantū esse reliquum de argento: Misit illa. CCLII. mihi: & ascripsit tātum esse reliquum cū hoc tam paruum de paruo detra xerit: perspicis quid in magna re fecerit? Philotimus nō modo nullus uenit: sed ne per litteras quidē: aut per nuntiū certiorem facit me: quid egerit. Ephesō qui uenerūt: ibi se eum de suis cōtrouersiis in ius adeuntē uidisse nuntiant quidem (ita enim uerisimile est) in aduentū Cesaris fortasse reiiciūtur. Ita autem nihil puto eum habere: quod putet ad me celerius perferendum: & eo me magis esse despectum: ut etiā siquid habet: id nisi omnibus suis negociis cōfectis ad me referre nō curet. Ex quo magnum equidem capio dolorem: sed non tantū: quantum uideor debere: nihil enim mea minus interesse puto: quā quid illinc afferatur. id quā ob rem: te itelligere certo scio. Quod me mones de uultu: & oratione ad rē accommodanda: & si difficile est: tamen imperarem mihi si mea quicquam interesse putarem. Quod scribis literis putare Africanū negocium confici posse: uelim scriberes: cur ita putares. mihi quidem nihil in mentem uenit: quare id putem fieri posse. Tu tamē uelim: siquid erit: quod consolationis aliquid habeat: scribas ad me. sin: ut perspicio: nihil erit: scribas id ipsum. Ego ad te: siquid audiero: citius scribam. Vale. VIII. Iduum Sextil.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

FAcile assentior tuis literis: quibus exponis pluribus uerbis nullū te habere consilium: quo a te possim iuuari. Consolatio certe nulla est: quę leuare possit dolorem meum. nihil est enim contractum casu. nam id esset ferendum: sed omnia fecimus his erroribus: & miseriis & animi: & corporis: quibus proximi uti

Fortunas. Lege. Fortuna sit/ qui non sit ciuilibus turbis impli catus. Te quidem. Eam eli/ gere uelim. Tibi uelim, Com mittat. Quam. Terētiā. Cœ lio miseram. Ordo. Quam mise/ ram in hoc timore Cęlio/ supple admonueram. Terentiam admo nueram ut illum hæredem face/ ret in hoc timore bellico. Alte ro. Agro suffidiano. Venire. Vendi. Volebat ut Terētia uen/ deret sua bona/ & quædā alia hæ reditaria/ ne Cæsar ac hostes illa diriperent. Nostræ & tuæ. Be roaldus nostra & tua legit. Te/ rentiæ. Accommoda Terentiæ.

Tua credo. Fore parata/ iun/ gēda simul. Permutaret. Ver/ suram faceret. Fecerit. Si in ari do/ quid in uiridi? Si paruæ sum/ mæ non parcit/ maiori non par/ cet. Nullus. Nō. Plautina elo cutio.

Nullus.

Argumentum.

RESPONsiua epistola literis Attici quibus si/ gnificabat/ sibi nō ades se consilium quo iuuaretur: nec consolatione dolor tantus leuari posset. De Cæsaris itinere nōnul la. De testamento Terentiæ/ de pensione secunda minuta inter/ seruntur. Rogat ut argentū con flet/ supellectilem distrahat.

Interpretatio.

FACile assentior. Et id quod hodie dici solet/ p indubitato est non con/ iectaneū/ nec relecraneum est hoc argumētū: quod animū ad assen sum suspendit/ ut signum quoq qd' græci simion dicūt/ sed tecmi rion: quod in dubiū trahi nō po/ test. Consiliū. Excutiēte illud acerbitate fortunæ: quā pipateti/ corū antistes/ solitā hominē etiā prudentē diuexare refert. Belliū ē sua uitia nosse/ Florētibus rebus forticuli sumus oēs/ labāte uel re flāte fortuna muliebriter flenus/ pallio & uerbis philosophi/ non animo. Iuuari. Consolatiōe phi losophica/ qua Cratippus usus Pompeii fugientis sinistrū fortunā leuauit. Contractum. Factum. Casu. Fortuna: quæ nō est in nostra manu. sed centum sapientum consilia uincit. Proximi. Quintus & Dolabella.

nam mederi maluissent: quã abesse. Quam ob rem: quoniam neque consilii tui: neque consolatiõis cuiusquam: spes ulla mihi ostenditur: nõ quæram hęc a te posthac. tantum uelim: ne pristinum hoc officium intermittas. scribas ad me quicquid ueniet tibi in mentem: cum habebis: cui des: & dum erit: ad quem des: quod longum non erit. Illum excessisse Alexandria rumor non est firmus: ortus ex Sulpicii literis: quas euntes postea nuntii confirmarũt. quod uerum: an falsum sit: quoniam mea nihil interest: utrum malim: nescio. Quod ad te iampridem de testamento scripsi duas epistolas: uelim: ut possis adiuues. ego huius miserrima fatuitate cõflictor. nihil unquam simile natum puto: cui si qua re consulere aliquid possum: cupio a te admoneri. Video eãdem esse difficultatem: quã in consilio: dando ante tamen: hoc me magis solicitat: quã omnia. In pensione secũda cæci fuimus. aliud mallem. sed præterit. Te oro: ut in perditis rebus: siquid cogi: conficiq; potest: quod sit in tuto: ex argento: teque satis multa: ex supellectile des operã. Iam enim mihi uidetur adesse extremum: nec ulla fore conditio pacis: eaq; quæ sunt etiã sine aduersario peritura. Hæc etiam: si uidebitur: cũ Terẽtia loquere opportune. Nõ queo omnia scribere. Vale. III. Nonarum Quintil.

Officium. Vicissitudinem literarum. Longum. Cito habebis. Vtrum malim scio. Vetus lectio. Vtrum malim nescio. Scripsi apud. Prisca exemplaria. Scripsi duas epistolas. Possim aduersus. Corrige possis, adiuues. Miseriam ea facultate confectus cõflictor. Scribe. Ego huius miserrima fatuitate conflictor. Natum. Me per omnia infelicissimum. Nõnulli legunt. Ab illo nihil molle, iratum mihi puto Cæsarem. Video. Tibi fore eandem in monẽdo difficultatem, quę in dando cõsilio fuit. Datæ. Scribe. Dando. Ante. In his prioribus tẽporibus difficillimorum cardinibus & articulis. Hoc. Præsens & quod instat negotium. In pensiõe secunda. Quã Dolabellæ iterauimus dari non debuit. Aliud mallem. Fecisse. Sed præterit. Tempus cogitandi. Re satis multa. Familiari q̃ abundamus. Des operam. Conficiatur pecunia, ad nosq; mittatur, ne in manus inimicorum nostrorũ ueniat. Extremũ. Iacta est alea, res ad restim recidit. Furor ẽ post omnia perdere naulum.

❡FINIS EXPLANATIONVM IN. XI. EPISTOLARVM AD ATTICVM.

¶ Interpretatio in .xii. Librum epistolarũ ad Atticum Auctore Pio Bononiensi.

¶ Argumentum.

IMPErtata ut reor a Cæsare uenia garrit quicqd in Buccam uenit/ quod ipsa inter amicos etiã inanis garrulitas nescio quã suauitatem habet. De ludis pnestinis ac cœnis Hirtianis. Problema explicat/ Pompeium esse fructum.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER DVODECIMVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

VNdecimo die postquã a te discesseram hoc literularũ exaraui egrediens e Villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino: postero autem in Tusculano. Ibi unum diem. V. Calendarũ igitur ad constitutum: atque utinam continuo ad complexum meę Tullię: ad osculũ Atticę possim currere. Quod quidem ipsum scribe queso ad me: ut dum consisto in Tusculano sciam: quid garriat in rusticatu: quid scribat ad te: eiq; interea: ut scribis: salutem annunciabis: ireq; Pyliæ. & tamen: & si continuo congressuri sumus: scribes ad me: siquid habebis. Cũ complicarem hanc epistolam: noctu Abundus ad me uenit cum epistola tua tabellarius. qua lecta: de Atticę febricula scilicet ualde dolui. Reliqua: quæ expectabam ex tuis literis: cognoui omnia. Sed: quod scribis igniculum matutinũ γεροντικώτερον est memoriola uacillare. Ego enim quarum Calendarum Axio dederam: tibi. III. Quinto: quo die uenissem: idest quintum Calẽdarum. Hoc igitur habebis noui nihil. quid ergo opus erat epistola! quid cum coram sumus: & garrimus quicqd in buccam uenit! est profecto quædam λέσχη: quæ habet: etiã si nihil subest: collocutione ipsa suauitatem. Hic rumor est. T. Murcum periisse naufragio. Asinium delatum uiuum in manus militum. naueis delatas in Vticam reflatu. hoc Pompeium non comparere: nec in Balearibus omnino fuisse: ut Patiecus affirmat. sed au

¶ Interpretatio.

Exarare. EXARAui. Scripsi. Calamus arare dicitur cũ characteres ueluti instrumenta ac aratrũ p sulcum paginarum ducit. Hoc literularũ. Hoc epistolium. In anagnino. Hodie dicimus ĩ territorio Anagniæ. **Anagnia.** Anagnia frequẽtius Anania dicta abest a Zinazano noui nominis opido decẽ milib. pass. Ciuitas in Hernicis uetustissima/ de qua Virgilius. Hernica saxa colũt/ quos diues Anania pascit. Seruius uero exponit Virgilium allusisse ad historiã. Nam Antonius Octauia Augusti sorore cõtempta/ postq̃ duxit Cleopatrã ægypti reginã eius monetam in Anania cudi iussit/ unde diues ẽ a Virgilio appellata. Igit. Deinde ex Terẽtiano interprete ac Plauto in Amphitryone. Ad ↄstitutũ. Ad cõdictã diem. Garriat. Erat ista puella garrula. In rusticatu. Tãq̃ i nouo regno/ ubi p soci insolẽtia muliebris garrulitas deesse nõ solet. Cõplicarẽ. Clauderẽ/ paginam cõponerẽ in epistolicũ fasciculum. **Abundus: Noctuabũdus.** Noctu abũdus. Sunt q distingũt ut abũdus sit nomen ppriũ. Alii unã dictionẽ esse uolũt atq; cõiungũt: noctuabũdus/ hoc est nocturno tpe uagus. Igniculũ matutinũ. Senibus pdesse. γεροντικώτερον. Senile est. In Buccã. Improuisũ ac repẽtinũ quicqd succurrit/ effũdimus/ morosa sine cogitatiõe. λέσχη. Cõfabulatio. Si nihil subest. Serũ ac graue. Subest. In medulla nõ in cute. Murcũ. **Murci.** Nomen uiri ppriũ. Alias Murci sunt qbus pollices amputant ne ad militandũ cogi possint. quoniã sunt segnes. **Murca. Murtia dea** Murceus & murcidus Plauto ignauus. Murcea dea Augustino quæ Murcidos facit/ longe a Murtia distans/ quæ pro uenere a myrto. Liuius. Ad Murtiæ datæ sedes. Nauis delatas. Vetus. Lectio. L. naues. Hoc. Ideo. Non comparere. Tamẽ uiuere maris insaniã passum. **Baleares.** Balearibus. Insulis duabus quæ alio nomine gymnesiæ. Quinimo funditores sunt omnes: nec a matre cibũ accipiũt antequã panẽ funda percusserint. Hinc epitheto decẽtissimo a Marone funda balearis est appellata.

τί γὰρ. Quid.n.ipsi curãt? Recta. Sunt curę. Corrigẽdũ tñ sic arbitror hũc locũ. Verũ si quęris/hoi nõ recta/sed uoluptaria q̃rẽti/nõne βεβίωται: hoc ẽ uita traducta ẽ: Vixit q uoluptatis est mancipiũ. πρόβλημα. Quęstio. Si qd acturus. Hoc age. Si q̃ris qd putẽ/ego fructũ puto. Problema Ciceronianũ est: qd' dissolui q̃rit ab Attico. In uerbo fructũ est inuolucrũ ac sẽsus opertus. Deriuat a fruor/nõ a noie fructus. Scribebat Cic. Põpeiũ esse fructũ a Cęsare/hoc ẽ in pr̃atem Cęsaris uenisse Põpeiũ. A uerbo fruor/alii/ut iuriscõsulti fruitus deriuãt/alii fructus/ut hic Cic. Ad me.

Fructum puto.

thor nullius rei quisquã. Habes: quæ: dum tu abes: locuti sunt. Ludi interea præneste. Ibi Hirtius: & isti omnes: & quidẽ ludi dies octo: quæ cœnæ! quæ deliciæ! Res interea fortasse trãsacta est. O miros homines. At Balbus ædificat: τί γὰρ αὐτῷ μέλλει; Verũ si quæris homini homini nõ recta: sed uoluptaria quærenti: non ne βεβίωται. Tu interea dormis. Iam explicandum est πρόβλημα: siquid acturus sis. Si quæris quid putem: ego fructum puto. Sed quid multa? iam te uidebo: & quidem: ut spero: de uia recta ad me. Simul enim & diem Tyrannioni constituemus: & siquid aliud.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

VNum te puto minus blandũ esse: q̃ me: & si uterq; nostrũ est aliquando aduersus aliquẽ: inter nos certe nunq̃ sumus. Audi igit me hoc ἀγοητεύτως dicẽtẽ. ne uiuã mi Attice: si mihi nõ modo Tusculanũ: ubi certe sum libẽter: sed μακάρων νῆσοι tãti sunt: ut sine te sim totos dies. Quare obduretur hoc triduũ: ut te quoq; ponam in eodem πάθει: quod ita est profecto. sed uelim scire: hodie ne statim de auctione: & quo die uenias. ego me interea cũ libellis. At moleste fero Venonii me historiã nõ habere. sed tamẽ ne nihil de re nomẽ aliud. qd Cæsar: tres habet cõditiões: aut emptiões ob hastã: perdere malo (& si præter ipsam turpitudinẽ: hoc ipsum puto esse pdere) aut delegatiõe in mãcipes ãnua die: quis erit: cui

In Tusculanũ cõmeabis. Diem cõstituemus. Cõdicemus quãdo sit uenturus. Si qd aliud. Agẽdum erit/agemus.

Interpretatio.

VNVM. Hoc ẽ pricipiũ alterius eplę. Simul cõgesta sũt p incuriã sõmiculosi lectoris epistolia p̃multa: q̃ tu diligẽtiã nostrã secutus ita secernes. Aliqñ. Erga alterũ blãdiẽter nos amoris suauitatẽ seruamus. Audi igit. Ista sũt li. xvi. ll lic uide qm̃ hic sũt multa menda. Hęc aliq uolũt pricipiũ eẽ epistolii. Ego friuolis nõ imoror. ἀγοητεύτως. Sine p̃stigiis & fuco. Μακάρων νῆσοι. Insulę beatorũ quę ab aliis fortũatę dicũt/nũc canarię ut aiũt Lusitani duce italo lcyno/suticæ nauigatiõis auctores. De qbus pli. li. iiii: Addit paulopost. Ex aduerso Celtiberię cassiterides dictæ a græcis a fertilitate plũbi & regione arro trebanũ p̃montorio dicũ sex/q̃s aliq fortũatas appellauere. Separata tñ ista loca putãt. Obduret. Perseueret/cõtumaciter p̃stemus. Obstinatus obdura/poeta doctus ait. Triduum. Quod inuitissimo genio sine te transiget. πάθει. Affectu: ut me quoq; desideres. Ita est. Et tu quoq; mihi afficeris. De auctõe. Ab auctõe ac publica subhastatiõe uenias: q̃ dicit auctio. Cęsarẽ uellicat quotidie bõa ciuiũ subhastantẽ. Cũ libellis. Oblectauero.

Insulæ fortunatæ.

Cassiteri/des.

Me nihil de re. Scito moueri de materia de q̃ Venonius agit. Nomẽ aliud. Verus lectio. Mouet aliud. Hęc ẽ elegãtia styli ac phraseos nitor. Quid Cęsar. Facit. Cõditões. Amicos locupletãdi uel uitæ degũdę/aut hastã curat/aut legat/aut Fastos curat. Ista loca floccifacit Cic. p̃ęphia. Emptõe. Scribẽdũ ẽptões. Cęsar curat emẽtes ac uẽdẽtes. Imp̃ator hastæ p̃sidebat/ut pateret de Sulla: q de bonis q̃ uẽdebat poetę nescio aq̃ cui dono dedit ne deiceps qd scriberet. Auctor Cic. in oratõe p Archia. Ob hastã. Cũ hasta posita q̃ significãtur uendi parta bello. Perdere. Rẽ q̃ ita lucrari. Et sit. Ordo. Quãuis hoc putẽ esse pdere p̃ter turpitudinẽ q̃ dãno supadditur. Delegatõe in mãcipe. Legat. In mãcipes. Delegat bona Cæsar in mãcipes hoc ẽ sectores & emptores hastæ. Mãceps p̃prie q publicũ emit cõducit ue: qd' manu uel pollice exerto se facere significabat: q & p̃res dicit: qd' p̃ęstare debet populo ut si p altero p̃dem se offerret. Põponius dig. locati & cõducti. Qui fideiussor existit apud mancipẽ pro colono publicorum p̃diorum: quæ manceps ei colono locauit Reipub. nõ tenetur. Annua die. Tempore. ad Tempus uidelicet unius anni. Dies pro tempore ponitur. Iurisconsul. Annua/ Bima/trima die. Quis erit. Manceps.

Manceps.

Annua die

Credā. Scribe/credat hoc ē Cæsar. Boni nō addicēt hastæ. Cæsari nō soluētur Antonio ꝯtigit: q cū de hasta Cæsaris: bonaq; & supellectilē Pōpeianā emisset/ nō erat soluēdo/ Cæsar pignora capi iussit. Ex Cicerone in Antonianis. Quādo. Frustra quoq; Cæsar fastos curat & annū corrigit uitio pōtificū deprauatū/ ut feriæ nō cōsisterēt. Cæsar in eū quē habemus ordinē redegit: unde Lucanus uerba faciēte Cęsare. Nec meus Eudoxi uincet fastibus ānus. Metonis. Ridet Cęsaris curiositatē: q sæpe irrita est/ pręsertim in tāta annoꝝ uarietate. Est ānus magnus/ ut inqt Cęsorinus in lib. de die natali: quē aliq Pētaterida noiauerūt/ nōnulli Trieterida/ Eudoxus octoterida/ octo uertētibus ānis cōstans. Romani lustra. græci olympiadas pro magnis ānis duxerūt. Est ānus quē Aristoteles maximum appellat: quē solis & lunæ/ uagarūq; qnq; stellaꝝ orbes ꝯficiunt: cuius anni hyems est cataclysmus: nostri diluuionē uocāt. Aestas aūt ecpyrosis .i. exustio. Est & annus chaldaicus ꝯstās ex ānis solaribus .xii. dodecatheris dict⁹. Est ānus ęgyptius: quē græce cynicon/ latine canicularem uocamus/ ab initio exortus caniculę. Est & Metonicus: quē Meton Atheniēsis ex ānis undeuigīti ꝯstituit. Maximus ānus est ille Aristotelicus: de quo pipateticoꝝ princeps in libro de ꝓprietatib. elementoꝝ hæc scribit. Quare accidit illa ꝑmutatio in oibus .xxxvi. milibus ānis: & hoc ē ultimū rerum oium: cui intūtur auctores recidiuatiōis. Veteni cōditione semissem. Q ñ erit annus/ si nō Metonicus saltē semisse minor/ cōditione Veteni & disciplina & cōsideratione Veteni. Astronomi nomē est Vetenus. Aliq semisse mallunt/ ut sit semisse minor. Alii emēdant. Aut uocē cōditionis emissem. Vel forte emissem uocē hoc est pconiū & subhastationē Veroni: qui Veronius uocem ꝓstituebat hastę Cæsaris: ac hastariū cōduxerat. Cōditionem uocamus emptionem/ iuxta illud epigrammatici. Accipe & hoc munus cōditione mala: hoc est magno ptio. Alii conditiones emissem. σκέψαι igitur. Cōsidera/ principiū est clausulæ. Iste. Cæsar. Forte nō potero ꝯditōibi adsistere. His factis. Auctiōib. Subsidio currat. Subsidia ferat. Opitulatū eat. Clipso. Scribe Calipso. Cleopatrā intelligit: q̄ Cæsarē amore ipudico tenuit/ nō secus ac Vlyxē Calypso: adeo ut amoris cōiugalis oblitū ageret: in cuius Calypsus auxiliū Cice. prodit Cæsarem meditari: quoniā oppugnabat a fratre uel ne oppugnaret formidabat. Ne talis. Scribe/ nę affirmatiue. Ἀλογίστως μελλήσει. Sine ratione cūctabitur Cæsar: deliciis diffluet/ ac amore sirenio contabescet.

Marginalia: Meton. — Annus magnus. — Pētateris. — Trieteris. — Annus maximus. — Cataclysmos. — Ecpyrosis. — Dodecatheris. — Cynicus annus. — Metonicus — Conditio. — Calypso.

credā! aut qñ ipse Metonis annus ueniet! aut Veteni cōditiones emissem. σκέψαι igitur. ac uereor: ne iste iā auctionē nullā faciat: & sedulo iis factis Calipso subsidio currat: ne talis uir ἀλογίστως μελήσει.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Gratas tuas mihi: iucūdasq; lras: qd q̄ris? Restitutus est mihi dies festus. Angebar. n. quod Tiro εὐμβριθέστερον te sibi esse uisū dixerat. addā igitur ut censes: unū die: sed de Catone πρόβλημα ἀρχιμήδειον

Interpretatio.

GRAtas. Principiū alterius eplę. Dies festus. Quē quis solēnem attū agebat/ uacuū ac amici sermone carentē. Εὐμβριθέστερον. Grauiorē. De Catone. Libro uidelicet Ciceronis in laudē Catonis scripto/ in quē Cæsar duos rescripsit anticatones. Ἀρχιμήδειον. Quæstio archimedis difficilis uidelicet & geometrica q̄ explicari nō pōt uel arguta ac elegās/ Cic. p Cluentio/ nō archimedes melius potuit describere. Archimedes syracusanus Radio ac abaco semp intētus: cuius sepulchrū Cic. repir. Quē Marcellus/ auctore Plutarcho/ briareū ac cētimanū appellabat. nihil scriptis cōmendauit: q arte sua ut iocūditate sūma illectus cibū ac corporis curā obliterauit. Sæpe numero inuitus ductus ad balnea dū perungeret p corporis ungēta geometricas figuras ac lineamēta digito iscribebat. Tāta eius rei dulcedine capiebat: ut uere illū musaꝝ instinctu correptū dixerimus cū multa pulcherrime excogitasset amicos ac necessarios orasse fertur ut post eius mortē ambitā cylindro sphęrā eius sepulchro iponerēt/ pscriberētq; ex ꝯtinēti firmamēto ad ꝯtentū/ quæ nā excessus sit ꝓportio. Liu. lib. iiii. de scdo punico bel. Et habuisset tāto impetu cœpta res fortunā/ nisi unus hō syracusis ea tēpestate fuisset Archimedes. Is erat amicus spectator cœli/ siderūq; mirabilior tū inuētor/ ac machinator bellicoꝝ tormētoꝝ/ operūq; q ea q̄ hostes ingēti mole agerēt/ ipse pleui momēto ludificaret. Sidonius Apollinaris radium Archimedis ita describit. Nō abnuo cū Orpheo plectrū: Cum æsculapio baculū/ cū Archimede radiū/ cum euphrate Horoscopiū/ cum pdice Circinū/ cū Vitruuio ꝑpēdiculum. Scribit synesius in lib. de sōniis quod Archimedes optabat eē aliqd extra terrā ita sperās se ꝯtra totam terrā libraturum. De loculo Archimedio ad memoriam uegetādam meminit Fortunatianus Atilius in libro qui ars inscribit

Marginalia: Archimedis q̄stio. — Archimedes. — Loculus archimedis.

Ingens. Nã si loculus ille Archimedius q̃tuordeci eboreas Lamellas/ quasq; anguli uarii sunt i quadratã formã inclusas hẽt/ cõponentẽ nobis alr atq; aliter/ mõ galeã/ mõ sicã/ alias colũnam/ alias nauẽ figurat/ & inumerabiles efficit spẽs. Solebatq; nobis pueris hic loculus ad ꝯfirmandã memoriã plurimũ ꝑdesse. Nõ assequor ut scribã. Nõ intelligo qũo scribere debeã. Tui côuiuæ. Academici ac philosophi. hoc iõ dixit quod auctore Cornelio Nepote nunq̃ fuit cœna Põponii sine lectiõe ac libro. Aequo. Propẽso in assensionẽ. Si a sentẽtiis. Problema Archimedæũ est laudare Catonẽ ac uitupare. Si taxẽ eius inias fere socraticas/ mẽdax habebor. Si nõnulla alia laudare in Catone uelim/ non expedit. Quare quo me uettam nescio. Omni uoluntate. Perpetua Catonis in Rempub. Perpetiam/ faciam scilicet/ qui laudãda uituperem. Quæ uelim. Lege/ q nolim. hæc sunt de Catone q̃ iure laudẽ. Hoc ipsũ. Quod sequit. Odiosũ. Speciẽ uitupatiõis hẽte pñt. Ἀκουσμα sit. Auscultatio tũ & q̃stiuncula. Quæram/ hoc ꝑ r̃pe an sit odiosum nec ne. Nisi hæc ornata sint. Nisi cõfiteris hæc ornamẽta esse & uirtutes in hoie/ q̃ cum nõ sint/ iure uituperẽtur. Ille. Hæc sunt q̃ i Catone nõ laudo. Quæ nunc sunt. Tyrannis & seruitus. Ne fierẽt. Ne Tyrãnicũ exitũ ꝯsequerẽtur. Facta ne uideret. Ne uidere cogeret. Uiã reliq̃rit. Scribe/ uitã reliq̃rit: mori maluerit. Probare. Alledii amici tui ac philosophi iudicio probandum ꝓferre.

HERI nõ multo. Hoc ẽ alterius eplę principiũ. Cn. Cornio. Emendat Beroaldus. Cn. filio. Scripsissem. Lris posteritati cõmẽdassem. Propinq. Affinis. Cęsar. n. marian⁹ fuit. qre circũferẽ cebre Syllæ dictũ. Cęsari multos Marios inesse. O tpa fore. Verus litera. O Tpã O mores. Exclamatio Ciceronis in Catilinã ad quã respexit epigrãmatic⁹ poeta sic. Dixerat O mores, O Tempora Tullius olim Sacrilegũ strueret cũ Catilina nefas. Quid si scribas? O Tpa fera. Barbara uidelicet horrida imania tpa qb. utriis pa tẽt honores strumę dibapho uestiuntur. Afini uolãt aquilæ rẽpũt. Cic. lib. primo in Catilinam. O Tempora O mores. Senatus hoc intelligit. Consul uidet hic tamen uiuit.

In tempora nostra.

Argumentum.

TYRO tibi curę est. De hortis iterat. Ab Attici præsentia expectat nova certiora. Consulit Titum an ad Cæsarem scribenda sit q̃dam epistola. Non uult debere potius proscribere.

Interpretatio.

DE TYrone. Seiunge a superioribus. Proscripti. Venales facti. Leuarat. Exonerauerat. Auctioni. Publicæ uenditioni. Vel una. Saltem una dies ponitur utiliter cætera effluunt.

Satis consilii. Si cõsiliũ cœpis sem de re quadam nostra. Solus. Alludit illi dicterio Africani. sed a contrario declamat/ nunq̃ minus solus sum q̃ cum maxime sum solus. Significat Cice. quod illis non magis lætetur q̃ si non adessent. Verum. Scribe uerũ. Auctio. Flet. Politici. Ciuiles uiri. Pro repudiatiõe. Qui simulat/ repudiat/ discedere uult ab amico qui causas quærit.

De Cerelia. Ante hæc in Aldinis codicibus sunt hæc uerba græca τοῦτο δὲ γνώσῃ idest hæc uero intelliges. Debere. Qui debet infelix est ut græco prouerbio fertur. Perscriptionem. Lege proscriptionem hoc est horrorum uenditionem. Hoc me/ tuere. Ne proscribantur. Alterum. Ne simulando uendere recusent/ uel quãdo ueneãt. Pręs. Fideiussor in re pecũiaria. Spintherem. Lentulum a similitudine cuiuspiã hoc nomine familia lentulorum dicta. Ἀπόγραφα uel ἀγιόγραφα dele hoc secundũ uerbum. Apographa latine descripta. Scripserat Cic. latine orationes Demosthenis & ęschinis. has nunc intelligit. Quidam codices habent agiographa hoc est sancte scripta.

Pres. Spinther.

apographa

Agiographa.

ℭ Interpretatio & Argumentum.

EGO ET si nihil. Altera epistola breuitate laconica. Post meridianæ. Alii pomeridianæ/ p postmeridianæ. Sic. n. Cice. dici malluit.

Pomeridianum.

ℭ Finis interpretationis libri. xii.

erit utilis. quid dicã gratius! Ipse Romã uenirem: ut una essemus: si satis cõsiliũ quadã de re haberẽ. Tironẽ habeo citius: q̃ uerebar. uenit ẽt Nicias: & Valeriũ hodie audiebã esse uenturum: q̃uis multi sint: magis tñ ero solus: quã si unus esses. sed expecto te a Peduceo utiq̃. Tu autẽ significas aliquid ẽt ante: ueq̃ id quidẽ: ut poteris. De Virgilio: ut scribis. hoc tñ uelim scire: qñ auctio. Epistolã ad Cæsarẽ mitti: uideo tibi placere. Quid q̃ris! Mihi quoq̃ idẽ maxime placuit: & eo magis: qd nihil ẽ in ea nisi optimũ: & optimi ciuis: sed ita optimi: ut tpa: quibus parere oẽs πολιτικοὶ præcipiũt: sed scito ita nobis eẽ uisũ: ut isti ante legerẽt. Tu igiẽ id curabis: sed nisi plane iis ĩtelliges placere: mittẽda nõ est. Id aũt utrum illi sentiãt: an uero simulẽt: tu ĩtelliges. sed mihi simulatio p repudiatiõe fuerit. τοῦτο δὲ γνώσῃ. De Cerelia qd tibi placeret Tiro mihi narrauit: debere nõ esse dignitatis meæ pscriptionẽ tibi placere: hoc metuere: alterũ in metu nõ ponere. Sed & hæc: & multa alia corã. Sustinẽda tñ (si tibi uidebiẽ) solutio est nominis Ceteliani: dũ & de Metiõe: & de Fabenio sciamus. L. Tulliũ Montanũ nostr: qui cũ Cicerõe pfectus est. ab ei9 sororis uiro lr̃as accepi Mõtanũ Planco debere: quod pręs p Flaminio sit HS XX. De ea re nescio quid a Montano rogatum: sane uelim: siue Plãcus est rogãdus siue q̃ re potes illũ iuuare iuues. ptinet ad nr̃m officiũ: si forte res tibi notior est: q̃ mihi: aut si Plãcũ rogandũ putas: scribas ad me uelim ut qd rei sit: & quid rogãdũ sciã. De epistola ad Cæsarẽ quid egeris expecto. De Silio nõ ita sane laboro: tu aut Scapulanos: aut Clodianos efficias: necesse est: sed nescio qd uideris dubitare de Clodia. utrũ qñ ueneant: an sint ne uenales. Sed qd est: qd audio Spintherẽ fecisse diuortium! De lingua latina securi es animi: dices qui talia cõscribis ἀπόγραφα sunt: minore labore fiũt. uerba tñ affero: quibus abundo.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

EGo: et si nihil habeo: qd ad te scribã: scribo tñ: quia tecũ loq̃ uideor. Hic nobiscũ sunt Nicias: & Valerius. Hodie tuas lr̃as expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ postmeridianæ: nisi te Epiroticę lr̃æ impedient: quas ego nõ interpello: misi ad te epistolas ad Martianũ: & ad Mõtanũ: eas in eũdem fasciculum uelim addas: nisi forte iam dedisti. Vale.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER .XIII.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

AD Ciceronem ita ſcripſiſti: ut neq; ſeuerius: neq; tẽperatius ſcribi potuerit: nec magis: q̃ quẽadmodum ego maxime uellem. Prudentiſſime etiã ad Tullios. Quare aut iſta proficiẽt: aut aliud agamus. De pecunia uero: uideo a te omnẽ diligẽtiam adhiberi: uel potius iam adhibitam eſſe. efficis enĩ: a te hortos habeo. Nec uero ullum genus poſſeſſiõis eſt: quod malim: maxime ſcilicet ob eam cauſam: quæ ſuſcepta eſt: cuius feſtinationem mihi tollis: quoniã de æſtate polliceris: uel potius recipis. Deinde etiam καταβίωσιν: mœſtitiamq; minuendã: nihil mihi reperiri poteſt aptius: cuius rei cupiditas impellit me interdum: ut te hortari uelim: ſed me ipſe reuoco. Non enim dubito: quin quod me ualde uelle putes: in eo tu meipſum cupiditate uincas. Itaq; iſtuc iam pro facto habeo. Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cęſarem. Nicias te (ut debet) amat: uehemẽterq; tua ſui memoria delectatur. Ego uero Peduceũ noſtrũ uehementer diligo: nam & quãti patrem feci: totum in hũc ipſum perſequor: æque amo: atq; illũ amaui. te uero plurimum: qui hoc ab utroq; noſtrũ fieri uelis. Si hortos iſpexeris: etſi de epiſtola certiorem me feceris: dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minus: ſcribã tamẽ aliquid. Nunq̃ deerit: gratior mihi celeritas tua: quã ipſa res: quid enim indignius? Sed iam ad iſta obduruimus: et humanitatẽ omnẽ exuimus. Tuas literas hodie expectabã: nihil equidem: ut ex his noui. Quid enim? Verũtamen Oppio: & Balbo epiſtolas deferri iubebis: & tamẽ Piſonem ſicubi de auro. Faberius: ſi uenerit: uidebis: ut tantũ attribuatur: ſi modo attribuetur: quãtũ debetur. accipies ab Erote: Ariarathes Ariobarzani filius Romã uenit: uult opinor regnum aliquod emere a Cæſare. Nam quomodo nunc eſt: pedem ubi ponat in ſuo nõ habet. oĩno eũ Seſtius noſter parœciis publicis occupauit: quod quidem facile patior. Verũtamen quod mihi ſũmo beneficio meo cũ fratribus illius neceſſitudo eſt; inuito eum per lřas: ut apud me diuerſetur.

¶ Pius Bononienſis in. xiii. Epiſt. Ad Atticum.

¶ Argumentum.

ATTIcus inter Cicerones pacificator interpoſitus, epiſtolam ſcripſerat caduceatoris uice fungẽtem. Quę ſola uel nulla. Q. ſeniorem ad fraternã charitatem: filiũ autẽ ad diſciplinã adducere poterat, affectu domeſtico & ſanguine uñ ab uſq; pauis clarus erat, opido condignã. Marcum quoq; Ciceronem ad frugem reuocabat.

¶ Interpretatio.

NEC MAgis. Scribi potuit. Quẽadmodum. Vt nõ aliter deſiderarẽ. conſiderandum eſt hoc uerbum quẽadmodum raren ter ita locari. Aliud agamus. Ne ulterius laterem lauemus, & podicem, ut græci dicunt, abſtergeamus: & ęgyptium. Deſperatis Hippocrates uetat adhiberi medicinã. Efficis. Quod cupio. Habebo. Spero me habiturũ labore tuo. Sed potius. Dic. Vel potius. Recipis. Honus tuum peculiare. Καταβίωσιν. Tenuem uictum uel depreſſionem uitæ interpretat Aldus. Beroaldus uero meus ultæ deſperationẽ. Sui memoria. Quod eum ſępe in animum tuum reuoces, memoriam eius uiridem cõſerues. Dederis. Materiã mihi ſcribẽdi. Deerit. Scribendi uiciſſitudo. Piſonẽ. Interpellabis. Sicubi. Si aliqua uia & modo. De auro. Prouidit. Attribuatur. Faberio ſoluatur. Ariarathes. Cui pater: auctore Maximo Valerio: regno ceſſit: ac nolenti diadema uiuẽs impoſuit. Pulchra cõcertatio, patris coronã iponere nitentis ac filii recuſantis. Pater huius fuit Ariobarzanes: quem Cicero libro. xv. epiſt. familia. εὐσεβῆ et φιλορωμαῖον hoc eſt Piũ & amicũ romanorũ appellat. Quõ nũc eſt. Si regnũ eius ſpectes, nihil eo ſpoliatius. Parochiis. Peregrinis ſiue uectigalibus & attributis glebæ colonis: pẽſionibus aduenticiorũ: incolatibus exterorum

Quẽadmodum.

Aliud agamus.

Catabioſis.

Ariarathis regis exemplum.

Parœcia. græce παροικία a uerbo παροικέω quod est incolo. Parœcia igit. Sic enim scribendū est pro incolatu ponitur. Hieronymus ad Riparīū. Miror sanctum episcopū in cuius parœcia esse pṙbyter dicitur acquiescere furori eius. De parœcia an sit incolatus lege Hieronymum ad sunnam.

¶ Argumentum.

DE NOminibus Titus dubitare Ciceroni uidetur quod ad eum refert, Cicero uero non dubitat: in quo diligentiam Tito peculiarem notat.

¶ Interpretatio.

AD TE Literas. Idoneū alterius epistolæ principium a superiori diuersæ. Noīa. Debitores. Columella. Bona noīa fiunt mala, si nūquā interpelles. Cicero septia in Verrem actione. Pecuniam in nominibus numeratam. Dubitare. Iuxta illud. Quod dubites ne feceris. Ad me refers. Relictis ad meū iudicium de nominib. Plura. Verba ab illo, uel quod te maiori honerē sarcina. His urendum. Nominibus etiam dubiis. A me omnia. Expedienē cum Romam uenero. Teneamus. Modo ortos habeamus. Fore. Affore celerem. Diem. Certum tempus. A pcone. Qui auctionem istam hortensem faciat. Certe. Saltem.

¶ Argumentum.

HABEO. Alterius epistolę principiū. Pomponius dono Tullio miserat librum Romanaę gentilitatum ac familiarū, & cum eodem nescio quæ: in quibus hærebat: euentila uetat.

¶ Interpretatio.

HABOratū. Prisca manus elaboratum: elucubratum uidelicet ac eui gilatum. Puto. Ita esse ut scribis. Nam filius. In codicibus emendatis ita reperio. Nam Silius anno post quæstor fuit quā consul Mumius. Animus. Dic Annius, forte Milonis filius, uel alius codē nomine. Velim autem possis. Lectio uetus. Velim ante possit. Mumiū. Inter decem legatos: qui forte missi sunt Athenas pro iure deceuirali. nō tamē ita dixerim ex supputatione temporum & his quæ infra. Quinimmo fuit ut tempora diuersa: ita legatio diuersissima.

Ad eā rem cū mitterem Alexandrū: has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei: cum poteris: etsi impediet fortasse Faberius. sed tamē: cum licebit. Dionysius noster grauiter queritur: & tamē iure: a discipulis abesse tādiu. multis uerbis scripsit ad me. credo item ad te. mihi quidem uidetur etiā diutius abfuturus: ac nollem. Valde enim hominem desidero.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AT Te literas expectabā non dum scilicet: nam has mane rescribebam. Ego uero ista nomina sic probo: ut nihil aliud me moueat: nisi quod tu uideris dubitare. Illud enim nō accipio in bonā partem: quod ad me refers. Quid si ipse negociū meum gererem? nihil gererem: nisi cō silio tuo: sed tamen intelligo: magis te id facere diligentia: qua semper uteris: q̄ quod dubites de nominibus istis. Etenim Cœlium nō pbas: plura nō uis: utrūq; laudo. His igitur utendum: expers aliquando factus esset in his qdē tabulis. A me igit̄ omnia: quod dies longiores: teneamus mō: qđ uolumus. Puto fore istā etiam a præcone diem: certe ab hæredibus. De Crispo: & Mustella uidebis: & uelim scire: q̄ sit ps duoꝝ. de Bruti aduentu erā factus certior: attulerat enī ab eo Aegypta libertus literas. Misi ad te epistolam: quia cō mode scripta erat.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

HAbeo munus a te laboratū decem legatorū: & quidē puto: nā Silius natus anno: postq̄ fuit Cō sul Mumius: sed quoniā sæpius de noībus quæris qd placeat: ego tibi quoq; sæpius respōdebo placere. Siquid poteris cū Pisone: cōficies. Annius enī uidet̄ in officio futurus. Velim aūt possis: si minus utiq; simul simus: cū Brutus in Tusculanū ueniet: magni īterest mea: una nos esse. scies autē: qui dies is futurus sit: si puero negociū dederis: ut quærat Spuriū Mumiū:

Mumius.

putaram in decem legatis fuisse: sed uidelicet ἐύλογον fratri fuisse. Fuit enim ad Corynthum. misi tibi Torquatum. Colloquere tu quidem cum Silio: ut scribis: & tu urge. Illam diem negabat esse mense Maio. istam non negabat. Sed tu: ut omnia: istuc quoque ages diligenter. de Crispo: & multis scilicet cum quid egeris: quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiscum polliceris: satis est: præsertim cum hic tibi dies in magno nostro negocio consumatur.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

DE aquæ ductu probe fecisti. columnarium uide: ne debeamus: quanquam mihi uideor audisse iam illic commutatam eē legem. Pisoni quid est: quod honestius respondere possimus: quam solitudinem Catonis? nec cum hæredibus solum Herennianis: sed etiam ut scis (tu enim mecum egisti) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoq; ad rem pertinet) in Achaia sumpserat. Sed agit liberaliter: quoniam negat se quicquam facturum contra nostram uoluntatem. coram igitur: ut scribis: constituemus: quemadmodum rem explicemus. Quod reliquos cohæredes conuenisti: fecisti plane bene. Quod epistolam meam ad Brutum poscis: non habeo eius exemplum: sed tamen saluum est: & ait Tiro te habere oportere: etsi/ut recordor: una cũ illius obiurgatoria tibi meam quoq; quam ad eum rescripseram: misi. Iudiciali molestia ut caream: uidebis. Tuditanum istum proauum Hortensii plane non noram: & filium: qui tum non potuerat esse legatus/fuisse putaram. Mumium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Sępe. n. hic Spurius: qui nuper est mortuus: epistolas mihi pnũciabat uersiculis facetis: ad familiareis missas a Corintho: sed non dubito: quin fratri fuerit legatus non in decem. atque hoc etiam accepi non solitos maiores nostros legare in decem: qui essent Imperatorum necessarii: ut nos ignari pulcherrimorum institutorum: aut negligentes potius M. Lucullum: &. L. Murenam: & cæteros ad. L. Lucullum misimus. Illudq; ἐυλογώτατον: illum fratri in primis eius legatum fuisse.

ἐύλογον. Rõnabile subintelligēe est. Fratri. Iniunctam hanc fuisse legationē: quoniā Mumius Achaicus tunc expugnabat Corinthum & Achæos/uel quod legatus fratri fuit/ut inferiora inuere uidētur. Fuit. Illo tempore quo legati missi sunt. Erge. Scribendum urge hoc est Silium ut uendat. Et multis. Supple uerbis nos admone cũ quid egeris. Gradatim nobis inue singula negotia: quæ cõfeceris. Columnarium. Vectigalis & publici nomen: de quo Cæsar in cõmentariis ac in quadā Epistola Beroaldus. Celius sic exponit hunc locum: Colonariā conditionem in Decretis canonicis distinctione lxxxvii. & apud iuriscõsultos eā accipio: quæ ad rem rusticam tractātes ptinet. unde & colonarios in Epistola Celiana apud Ciceronē: humiliores itelligimus hoies: sorteq; rusticanas tribus. In Epistolis ad Atticum/colonariũ esse arbitror uectigal quod pro re pēderetur rustica. In eundē sensum protulit hoc Cæsar libro ciuiliũ bellorum tertio. Beroaldus aliter hic & apud Cæsarem legit i quadam Epistola: cuius hæc uerba sunt. Epicephalia sunt tributa: q̄ uiritim imponi solent per capita. De hoc genere tributi sic scribit Cæsar in iii. cõmētario ciuilis belli Põpeiani. In capita singula seruorũ ac liberorũ tributũ imponebatur/ut hostiaria: columnariaq; genera tributorũ i singula hostia & colũnas. Colũnariũ hic Beroaldus legit non colonariũ.

Colũnariũ.

Locus Cæsaris.

Beroaldi opinio.

Epicephalia.

Interpretatio.

DE AQVAE. Nouæ Epistolę principiũ. Vide ne debeamus. Beroaldus legit. Vide ne ullũ debeamus. Nuper est. Deest uerbũ mortuus. Versiculis. Breuitate laconica. Pro linea uersus Plinio iuniori: Cicerõi: Cęteris. Legatus. Hic spurius. Fratri. Aliud ē eē legatũ ad Cęsarē: aliud legatũ Cęsaris. Labeo fuit Cæsaris legatus i Gallia: q rõnes eius administrabat. ἐυλογώτατον. Rõnabilissimũ si dici põt: rõni ualde cõgruũ. Legatis. Scribe legatum.

Versiculus.

Eulogotatos.

Interpretatio.

OPERAM TVAM. Per epiphonema pronuntiandum. O operã tuam multam. Sũptuaria. De minuendo sumptu in cibis emendis: quæ leges cibariæ quoq; dictæ: censoriæ uidelicet: quæ cibos moderabãtur. Gerendus. Eorum negotia non curanda.

Melius. Nosti qui resides in urbe. Ne quid. Rescribas de nõ emendis hortis. Alii interpretantur pro Terentia. Cum tu adesses. Alii codices habent. Ac uellem tum tu adesses, quando scilicet me uidebit.

Interpretatio.

NIHIL ERAT. Diuersa Epistola: ut cuiuis facile uidere licet. Cures eas. Lege, cras. Titulum. Indicem proscribẽdorum. uel nomina exploratorũ: quos ad hortos dispartire uolumus. Oluestorum. Alii legũt hortorum, alii quæstorum, eorũ uidelicet quos ad hortos uenales inquirẽdos delegabimus. Epitomen. Brutus, ut superius attigimus, librũ scripsit de Romanis familiis siue oratoribus: quem inscripsit epitomen hoc est breuiarium. Γαναιτίου. Panætii librum de prouidẽtia uel de officio.

Interpretatio.

COmmodũ. Statim. Diuiditur a supiori. Cultrius hic. Alii codices habent, Celius hic. Uidetur tamen ex sequentibus de solo Trebacio loqui. Quare cũ Beroaldo, huc, emenda tali sensu. Trebacius uenit huc cultrius: idest ornatius. comitatu uidelicet honestissimo.

Ἐκτενέστερον. Contentius: extẽsius. φιλοστοργότερον. Plenrius: amantius. Ἄφατα. Ineffabilia: inenarrabilia. Quæ. Lege quędam, quæ secreta erãt & mystico tera: nec proferre licebat. sed i sinu habere neq; disciũgere, ut alibi a Cicerone dicit. Multa. Et multa: quę neq; sint eleusiniis, ut gręci dicũt, symystis cõmunicanda. Cũ paucis debet sapiẽs secre

Epitome.

Pangtius.

Cõmodũ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

OPeram tuam multam, qui et hęc cures: & mea expedias: & sis in tuis multo mĩnus diligens: quam in meis. Sestius apud me fuit: & Theopompus pridie. uenisse a Cæsare narrabat literas. hoc scribere: sibi certum esse Romæ manere: causamq; eam ascribere: quæ erat in Epistola nostra: ne se absente leges negligerẽtur: sicut esse neglecta sumptuaria. Est εὔλογον: idq; eram suspicatus. sed istis mos gerendus est: nisi placet hanc ipsam sentẽtiam nos persequi: & Lentulum cum Metella fecisse diuortium. Hæc omnia tu melius. Rescribes igitur: quicquid uoles: dũmodo nequid. iam enim non reperio: quid te rescripturum putem: nisi forte de Mustela: aut si Silium uideris. Brutus heri uenit in Thusculanũ post horam decimã. hodie igitur me uidebit: ac uellem: cum tu adesses: nisi equidem ei nuntiari: te quoad potuisses: expectasse eius aduentum: uenturumq;: si audisses: meq;: ut facio continuo te: certiorem esse facturum.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NIhil erat: quod ad te scriberem: modo enim discesseras: & paulo post triplices remiseras. Velim cures cras titulũ quęstorum deferendum: & alicui des negocium: qui quærat. Q. Faberii fundus nunquis in Pompeiano: Nolano uenalis sit. Epitomen Bruti Cœlianorũ uelim mihi mittas: & a Philoxeno Παναιτίου περὶ προνοίας. Te Idibus uidebo cum tuis. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

COmmodum discesseras heri: cum Trebarius uenit: paulo post Cultrius huc salutãdi causa: sed mansit inuitatus. Trebarium nobiscũ habemus. Hodie mane Dolabella. multus sermo ad multum diem. nihil possum dicere ἐκτενέστερον: nihil φιλοστοργότερον. Ventũ est tamen ad quædã multa ἄφατα ἀδιήγητα. sed unum eiusmodi: quod nisi

exercitus sciret nõ modo Tironi dictare: sed ne ipse quidem auderem scribere: sed hactenus. εὐκαίρως ad me uenit: cũ haberem Dolabellam: Torquatus: humanissimeq; Dolabella: quibus uerbis secũ egissem: exposuit: cõmodum enim egeram diligentissime: quæ diligentia grata est uisa Torquato: a te expecto: siquid de Bruto: quãquam Nicias confectũ putabat: sed diuortium non probari: quo etiam magis laboro: idem quod tu. Siquid est enim offensionis: hæc res mederi potest. Mihi Arpinum eundum est: nã & opus est cõstituta nobis ad illa prædiola: & uereor: ne exeundi potestas non sit. cum Cæsar uenerit: de cuius aduentu eam opinionem Dolabella habet: quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. cũ illuc uenero: intellexeroq; quid negocii sit: cum ad quos dies rediturus sim: scribã ad te. Vale.

ta cõmunicare, iuxta illud i deuteronomio. Nõ arabis in boue simul & asino. i. sapiẽs & fatuus nõ iugandi. Exercitus sciret. Omnibus notũ esset. Ne ipse quidem. Secreto: mihi soli conscius. Εὐκαίρως. Tempestiue. Offensionis. Iræ inter illos. Hæc res. Diuortiũ. Mederi potest. Tollere dissensiones: quæ ex illa affinitate ortũ habuerunt. Opus est. Subintellige Arpinum ire ad horam condictam. Constituta nobis illa. Emenda. Constituta nobis ad illa prediola. Subintellige est hora, dies, tempus melius, opus est nobis constitutis illis prediolis, ut prediorum prouentus constituantur ac ordinentur. Paulopost. Sed fuit faciendum ut constituerem mercedulam prediorum.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Minime miror te: et grauiter ferre de Marcello: & plura uereri periculi genera. Quis enim hoc timeret: quod neq; acciderat antea: nec uidebatur natura ferre: ut accidere posset? Omnia igitur metuẽda: sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν: tu presertim me reliquum cõsularem. Quid tibi Seruius: quid uidetur? quanquã hoc nullã ad partem ualet scilicet: mihi præsertim: qui non minus bene actum cum illis putem. Quid enim sumus? aut quid esse possumus? domi ne? an foris? Quod nisi hoc mihi uenisset in mentem ista scribere: nescio quæ: quo uerterem me: non haberem. Ad Dolabellam: ut scribis: ita puto faciendũ κοινότερα quædam: & πολιτικώτερα. faciendum certe aliquid ẽ. Valde enim desiderat Brutus. siquid egerit: curabis: ut sciam: cui quidem quamprimũ agendum puto: presertim si statuit. Sermunculum enim omnem aut restrinxerit: aut sedarit. Sunt enim: qui loquantur etiam mecũ: sed hæc ipse optime: præsertim si etiam tecum loquetur. Mihi enim est ĩ animo proficisci. XI. Calen. Hic. n. nihil habeo: quid agã: ne hercule illic quidẽ: nec usquã: sed tñ illinc hodie Spintherem expecto. Misit. n. Brutus ad me per literas: purgat Cæsarem de interitu Marcelli: in quem ne: si insidiis quidem ille interfectus esset: caderet

Interpretatio.

Minime miror. Secerpatur hæc a supiori Chao epistola. Παρὰ τὴν ἱστορίαν. Preter historiam. Me reliquum. Subintellige facis aut pretis. Quid tibi Seruius. Excusat se exemplo Seruii & optimatũq; uacillarũt omnes. Nullam ad partem. Nullo modo. Seruius errauit: errauit Cicero, igitur honeste Cicero errauit. Actum. A me errante non dico Seruio, sed mũdo. Ista nescio quæ. Tusculanas qõnes: in quo gñre Cicero dolorem suũ leuabat. Quo me uerterem. Quid agerem Cicero? Quo me uertam nescio. Respõdet Plautina persona: si deos salutas: dextrouersum censeo. Κοινότερα. Cõmuniora: πολιτικώτερα. Ciuiliora: Sermũculum. Hominum uoculas. Hęc ipse. Nouit Brutus: nihil ignorat Brutus si tecum locutus est. Proficisci. Discedere. Marcelli. Interfecti a Magio prefecto fabrũ Pompeii. In quem. Cæsarem principum clemẽtissimum a quo Cicero reditum impetrauerat.

Sermunculus.

Magius.

Furor. Magianus. In furorem & amētiam Magii referenda est causa mortis Marcelli. οὐ γὰρ Non.n.probū. Sponsor factus. Declarat causam quare Magius Marcellū interfecerit. Soluendo non erat. Magius. Aliquid. Mutuum. Illum. Marcellū. Vt erat. Constans. Est aliud. Latens causa mortis Marcelli. Disiunctior. Subintellige, tacenda est causa latens. Sed fuit faciendum. Opera danda fuit ut agri mei prouentus ordinarem. Magnum onus obseruantiæ. Ne me Brutus obseruare cogeretur: adire: salutare. Colere. Simul ætatem traducere, nūc lingua uernacula, simul gaudete dicit. Quid egerit. Aliquid. Obuiam. Eūdum sit Cæsari. Maturū. Accelerata præcepta tibi affero.

ulla suspitio. Nūc uero: cū de Magio constet: nōne furor eius omnem causam sustinet? plane quid sit: non intelligo. Explanabis igitur: quanquam nihil habeo: quod dubitem: nisi ipsi Magio: quæ fuerit causa amentiæ: pro quo quidem etiam sponsor factus: & nimirum id fuit. soluēdo enim non erat. credo enim petisse a Marcello aliquid: & illum: ut erat: cōstantius respondisse: οὐ γὰρ ὄμετοι credebam esse facile totum. Est aliud postea quam sum a te disiunctior: sed fuit faciēdum: ut & constituerem mei cedulas prædiorum: & ne magnum onus obseruantiæ Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus cōmodius colere īter nos in Thusculano. Hoc autem tempore: cum ille me quotidie uidere uellet: & ego ad illum ire non possem: priuabatur omni delectatiōe Thusculani. Tu igitur: si Seruilia uenerit: si Brutus quid egerit: etiam si constituerit quando obuiam: quicquid denique erit: quod scire me oporteat: scribes. Pisonem: si poteris: conuenias. Vides q̃ maturum sit. sed tamen: quod cōmodo tuo fiat.

Interpretatio.

VAlde me momorderūt. Diuersi corporis Epistola est. Ligarianā. Hereditatem uel possessionē. Scripsero. Proscripsero: uenale proposuero. Prçconium deferam. Te magistrū emptionis faciam. De Varrone. Animi ad imortalitatē nati signa uides. Etenim Varro desiderabat in primis Dialogis inseri Ciceronis: se facturū Cicero recipit cū ea cōponet: q̃ Varronis psonā admittere poterūt. φιλολογώτερα. Erudiriora subintellige, Tempestiue inserā. προσφώνησιν. Nūcupationem: quod mihi opus sublime dicare nūcupatim uolebat. Fuit hoc diuinū opus Varronis de lingua latina. Καλλιππίδης. Callipides. hoc nomine accusat Varrōis tarditatem: qui ut ille cognomento κάτωνος, multa pollicebatur, nihil prçstabat: & ut ait Terentius, qui sedulo mouens sese, nihil promoueret. Cum significare uolumus hominem facere minantem: neq; faciērem, Callipidem uocamus: a Tragœdo in tragica Actione claro, & Agesilai tempore percelebri, auctor Plutarchus in apophthegmatis. Vtebatur hic Callipides uestitu exquisitiore atque cultiore, incessu pōpatico: in proscenio prosiliebat crebro: mox resiliebat non ultra cubiti longitudinem progrediens. Vnde natū prouerbium de satagēte: nec tamen proficiente aut absoluente quod inceperat ut Callipides diceretur. Tranquillus in Tiberio.

Philologotera.

Prosphonesis.

Callipides.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

VAlde me momorderunt Epistolæ tuç de Attica nostra. eædem tamen sanauerunt. Quod enim te ipse consolabare eisdem literis: id mihi erat satis firmum ad leniendam ægritudinem. Ligarianam prçclare uendidisti. posthac quicquid scripsero: tibi prçconium deferam. Quod ad me de Varrone scribis: scis me antea orationes: aut aliquid id genus solitum scribere: ut Varronem nusquam possem intexere. Postea autem quam hæc cœpi φιλολογώτερα: nam Varro mihi denunciauerat magnam sane: & grauem προσφώνησιν. Biennium præterit: cum ille καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam

Cæsare. Ad extremum uota pro itu & reditu suo suscipi passus ut uulgo iam per iocum Callipides uocaretur: quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio græco notatũ est. Hoc ante nos pceptor Philippus Lynceus interpres interius olfecit. Ad hũc Plutarchus infit Agesilaum respondisse ita dicentẽ. Num agnoscis me Rex: nec qui sim audisti? Agesilaus contemplatus hominem, An non tu es inquit Callipides ille dicelicta? quod hoc nomine uocant lacedæmonii mimos. Callipidis meminit Aristophanes in nephele: indicans hãc dictionem ab eqs esse deductam. Cubitũ. Nam Callipides ille mensuram cubiti non procedebat: auctore Plutarcho. Parabam. Ad ἐπικαρπίαν: ut par pari redderem. αὐτῷ τῷ μέτρῳ. Ipsa mensura & melius. Aliter dicitur ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν. Tamen magis ad beneficii pensationem referendum quod ait Hesiodus: αὐτῷ τῷ λώιον αἴκε δύνῃαι. Aut mẽsura eadem aut melius si facultas suppetit: ac fœcundos agros imitandos. Prouerbii Lucianus meminit in imaginib. αἴκε δύνῃαι, si possis. Sic enim legendum, non ἀκαδημίαν, literarũ confinio & græcæ linguæ insolẽtia seculo turpissime labante. Integer uersus Hesiodicus erat. αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώιον, αἴκε δύνῃαι. Nam mẽsura eadem metiendũ, modo possis. Non teneor lege Hesiodi: quoniam non possum. Cicero libro primo officiorum. Quod si ea quæ acceperis maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus, quid nam beneficio prouocati facere debemus? περὶ τέλων. De finibus compositionem uel opus. Despondimus. Dicauimus tãquam sponsam proco penelopæo. Fuit enim Brutus grauissimus philosophus: finesq; philosophię opus illud excutit. Non nolle. Brutum cupere. Ἀκαδημικὴν. Academicos libros, Tunc illius fuit opinionis, Ἀντιόχεια. Ex opinione Antiochi philosophi, uel sectam Antiochi sequentia, q̃uis proprie Platonem ut pręcipuum ducem intueantur, non nihil tamen adhærent Antiocho. Mox Cicero ob repudium Terentiæ Varronis propinquæ: uel ob aliam causam propositum mutauit, & Academicos Lucullo dicauit. Antiochus Ascalonita: de quo hoc i loco meminit Cicero: ex uetere Academia dicẽdi peritissimus, Luculli pręceptor auctore Plutarcho. Cicero uero Philonem eodem tempore e noua sectabatur. Frequens pręterea inter eos disputatio. quare Cicero librum edidit contra ueterem academian; qui Lucullus inscribitur, ubi dat ei partes ueteris, ipse nouam tuetur. Lucullo. Cui desponsuri decreueramus academicos libros. Alibi. Noui operis fœtura. Reponemus. Reddemus honorem suum. Reponere Plauto ac cæteris est restituere.

Philippi laus.

Dicelicta.

Ipsa mẽsura & melius.

Antiochus.

Reponere.

ad id: quod ille mihi misisset: ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώιον: si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus ascribit αἴκε δύνῃαι. nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν sane mihi probaram: Bruto: ut tibi placuit: despondimus: idq; eum non nolle mihi scripsisti. Ergo illam ἀκαδημικὴν in qua homines nobiles illi quidem: sed nullo modo philologi: nimis acute loquuntur: ad Varronem transferamus. etenim sunt ἀντιόχεια: quæ iste ualde probat. Catulo: & Lucullo alibi reponemus: ita tamẽ: si tu hoc probas: deq; eo mihi rescribas uelim. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

DE Brutiniana auctione accepi a Vestorio literas. ait sine ulla controuersia rem ad me esse collatam: Romæ uidelicet: aut in Thusculano me fore putarunt: ad. VIII. Calẽdarum Quintil. Dices igitur uel amico tuo: uel Othoni cohæredi meo: uel Labeoni nostro: paulum proferant auctionem: me circiter Non. in Thusculano fore cum Pisone. Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adest. Vale.

¶ Interpretatio.

DE Brutiniana. Diuide ac seuelle a superiori hanc Epistolam pręposterae coagmentatam. Auctione. Venditione. Proferant. Amplient atq; dilatent: procrastinentur. Toto pectore. Sensibus omnibus congruentibus. παντὶ στήθει græce dicitur.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Commotus tuis literis: quod ad me de Varrone scripseras: totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli: transtuliq; ad nostrum sodalem: & ex duobus libris contuli in quatuor. grandiores sunt omnino: quam erant: sed tamen multa detracta. Tu autem mihi peruelim scribas: quid intellexeris illum uelle. Illud utiq; scire cupio: quæ intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι nisi forte Brutus idem edere restabat: sed tamen scire peruelim. Libri quidem ita exierunt (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere: ne apud Græcos quidem simile quicquam. Tu illam iacturam feres æquo animo: quod illa: quę habes de Academicis: frustra descripta sűt: multo tamen hæc erunt splendidiora: breuiora: meliora. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Nvnc autem ἀπορῶ quo me uertam. Volo Dolabellæ ualde desideranti placere: nec reperio quid: & simul αἰδέομαι Τρῶας. neq; si aliud quid potero μέμψιν effugere. Aut cessandum igitur: aut aliqd excogitandum. Sed quid hæc leuia curamus! Attica mea obsecro te quid agit? quæ me ualde angit. Sed crebro regusto tuas literas. in his acquiesco. tamen expecto nouas. Brimma libertus cohæres noster scripsit ad me uelle: si mihi placet: cohæredes: sed Sabinum Album ad me uenire: id ego plane nolo. hæreditas tanti non est: & tamen obire auctionis diem facile poterunt (est enim. III. Iduum) si me in Thusculano postridie Nonarum mane couenerint. quod si latius uolent proferre diem: poterunt: uel biduum: uel triduum: uel/ut uidebitur. nihil enim interest. Quare/nisi iam profecti sunt: retinebis homines. De Bruto siquid erit: de Cæsare siquid scies præterea: scribes. Illud etiam: atque etiam consideres uelim: placeat ne tibi mitti ad Varronem:

¶ Interpretatio.

COMMOtus. Nouum epistolæ. Persuasus inquit literis tuis quibus mecum agebas de Varronis desiderio: sustuli Catulum & Lucullum nobilissimos uiros de psidio academiæ ac Varronem nostrű substitui. Sed erant. Lectio uetus. Sed tamé. ζηλοτυπεῖσθαι. Obtrectari. Brutum. Scribe Brutus in recto casu. Id. Hoc opus. Ei. Apud Varronem.

Detestabatur. Deuouebat ut merus Stoicus. φιλαυτία. Amor sui/quem amorem propriű uulgo dicűt. Cõmunis. Promiscue complectens omnes. Simile. Sic.

Philautia.

¶ Interpretatio.

NVNC autem. Epistolę nouæ principiű. ἀπορῶ. Dubito. αἰδέομαι Τρῶας. Vereor Troianos/ ne in me uidelicet populus latret.

μέμψιν. Accusationem: querelam. Agit. Annominationem facit in uerbo agit & angit. Regusto. retracto: relego. Alibi idē. Et latinus Atticissimus regustandus. Brima. Vetus lectio Bruna pręfert. res leuicula. Obire diem. Obseruare. Auctionis. Cum uenderetur hæreditas. Si me. Tű necessario alioq uoluerit. Proferre dié. Pro crastinari. Vel biduű. Proferre. Tēpus.n. quãdoq; sentétiã maturat: unde ab illo philosopho uocatű est sapientissimű. quoniã omnia perficiuntur in tempore. Nam mora dat uires inquit Ouidius/ etiam epicharmus Tempus consultorem optimum tefert. Triduű. Proferatur/ego digitum leuabo.

Vt uidebit. Etiam maius tempus prorogetur. Interest. Nostra quantum prorogetur. Si quid erit. Quod scias/ubi locorű sit/qua pte mundi conseruator urbis futurus/heros degat. Virtus ac honestas dux potentissimæ cõciliatriculæ/qm inqt Horatius: uirtus tua fecit amicű. Ná inter bonos est dare symbolum.

quod scripsimus: etsi etiã ad te aliquid pertinet. nã scito te ei Dialogo adiunctum esse: tertium opinor. Igitur consideremus: etsi nomina iam facta sunt: uel induci: uel mutari possunt. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVid agit obsecro te Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam. nec mirum: nemo enim uenerat: nec fortasse causa fuerat. itaq; ipse quid scriberem non habebam: quo autem die has Valerio dabam: expectabam aliquem meorum: qui, si uenisset: & a te quid attulisset: uidebam nõ defuturum: quid scriberem. Nos cum flumina: & solitudinem sequeremur: quo facilius sustentare nos possemus: pedem e Villa adhuc egressi non sumus: ita magnos: & assiduos imbres habebamus. Illam Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus: quæ modo fuit Catuli: Luculli. Hortẽsii. Deinde: quia παρὰ τὸ πρέπον non uidebatur: quod erat hominibus nota: non illa quidem ἀπαιδευσία sed in his rebus ἀτρεψία. simulac ueni ad Villam: eosdem illos sermones ad Catonẽ: Brutũq; transtuli. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ECce tuæ literæ de Varrone. nemini uisa est aptior ἀντιοχεία ratio: sed tamen uelim scribas ad me primum: placeat ne tibi aliquid ad illum. Deinde: si placebit: hoc ne potissimum. Quid Seruilia. iam ne uenit? Brutus etiam quid agit: & quando? de Cæsare quid auditur? Ego ad Nonas: quemadmodum dixi. tu cum Pisone si quid poteris. de Sexto expectabam Roma aliquid: non imperassem igitur aliquid tuis. nunc eadem illa: quid Brutus cogitet: aut si aliquid egit: & quid a Cæsare. sed quid ista: quæ minus curo? Attica nostra quid agat: scire cupio: & si tuæ literæ (sed iam nimis ueteres sunt) recte sperare iubent: tamen expecto recens aliquid. Vale.

Quod scripsimus. Academicos libros. Ei. Tertio. Nomina. Interloqutores. Induci. Deleri nouis superadditis.

Interpretatio.

QVID AGIT. Alterius Epistolæ initiũ. Causa. Scribendi, quare ad nos scriberes. Defuturũ. Mihi.

Flumina. Prçcipia fluminum uiridantia, locũ uidelicet fluuiatilẽ sequebamur, ut frueremur: frui tamen nõ potuimus. Academicen. Academicum opus.

Traduximus. Transtulimus a Lucullo ad Varronem. Hortensii. Mox ad eosdem transtulit: ut hodie titulus ostendit, ad nos e barbariæ naufragio enatantes: semilaceri peruenerunt ii libri.

Deide. Ordo. Deide simulac ueni ad uillam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumq; trãstuli: quia prçter decorum nõ uidebatur, quoniam erat nota illis hominibus: Catoni uidelicet ac Bruto: non illa ruditas, sed pertinacia. Ἀπαιδευσία. Apædeusian academicorũ non appellat: sed perseuerãtiam uel pertinaciã. Nõ sunt rudes. nec ex imperitia dicunt quæ dicũt academici, sed pertinaci cõstantia.

Interpretatio.

ECCE tuæ. Mutato cõsilio meo superuenerũt literæ tuæ quæ ad Varronem opus academicũ transferebant. Visa est. Tibi nemini magis conuenire hæc ratio: idest materia academica q̃ Varroni.

Ἀντιοχεία. Academia noua: in qua disputans ac pro illa propugnãs introducitur Antiochus. Antiochea

Aliquid ad illum. Varronem inscribi. Placebit. Desponderi.

Hoc ne potissimum. Despondeam. Ad nonas. Veniam Romam. De sexto. Pompeio: quẽ supra dixi esse Carinæ. Imperassem. Beroaldus imperassem.

Quid a Cæsare. Agitur.

Interpretatio.

VIDES propinquitas. Altera Epistola: in qua dolet discessum, quem e Thusculano fecit: quoniam crebrum & quotidianum colloquiũ erat sibi cum Attico. Conficiamus hortos. Negotium hortorum expediamus. Id erit. Crebritas & frequentia. Rem de propinquioribus hortis expediemus. Quę scripsi. Rescribas nũ Varroni placeat istud opus an aliud. Primum. Rescribe. Quid intellexeris. An a Varrone senseris aliquid a me expectari. πολυγραφώτατος. Multæ scriptionis uir. Quam ζηλοτυπεῖν. Quantum Antiochensis afficiatur & academicis. Alii legunt: Quid. qd a me expetat Varro solicitare. Zelotypin Aldus exponit obtrectare, contrario sensu, an Varro stoicus Academicis detrahat. Multo. Minus ĩ dialogis meis Hortensiũ loqui facio q̃ faciebã. Ad eum. Varronem.

Polygraphotatos.

M. T. CICE. T. P. ATTICO. S.

Vides propinquitas quid habet. nos uero conficiamus hortos. colloqui uidebamur: in Thusculano cum essem: tanta erat crebritas literarum: sed id quidẽ iam erit. Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem: sed tamen expecto quid ad ea: quæ scripsi ad te. primum quid intellexeris eum desiderare a me: cum ipse homo πολυγραφώτατος nũquam me lacessisset: deinde quã ζηλοτυπεῖν multo Hortẽsium minus: aut eos: qui de Repu. loquũtur: plane hæc mihi explices uelim. In primis maneas ne in sentẽtia: ut mittam ad eum: quæ scripsi: an nihil necesse putes: sed hæc coram.

Interpretatio.

COMMODũ. Alia Epistola. Cõmodũ aduerbiũ significat statim. ἀκίνδυνα. Innoxia: sine periculo. Ligarianã. Villã quã Cicero ab Attico pscribi uoluit: a cuius auctoritate pluris uenit, de qua supra fit mẽtio. φιλόδοξος. Ambitiosus. Cõstituebã. Lege constituerã. Sed qa & desiderari. Deest uerbũ scribis. sed qa scribis & desiderari. Illũ. Varronẽ. ἀκαταληψίαν. Incõprehẽsibilitatem. Academici dicebãt oia in dubiũ uenire, nihil cõphendi, aut explorato sciri posse. Interrogati an nix esset alba: respõdebãt, põt eẽ q̃d sic: & põt esse quod nõ. Quæ Fauorinus in Academicos egregie disputans, iusto uolumine colligit. Κωφὸν πρόσωπον. Persona muta, quarta ĩ ordine. super qua Horatius, nec quarta loqui persona laboret, superius affatim. Esse. Scribendũ esset. In antiquis. Quoniam personæ, quæ supra ætatem nostram floruerũt: introducuntur: ne aliquid ambitioni ultra dedisse uiderer. Aliqñ fumũ ementes ac uendentes nos dibapho strumas uestientes: liberales auidissimos appellamus, & scorta scortea penelopas: ut nugacissimi poetę, Tria Vipereo fecimus ora cani. Luimus mẽdaciorũ pœnas, digni flagello Hieronymi: q uirgineũ sacrę scripturę sermonẽ, fuco Ciceronis oblinebat.

Philodoxos.

Acatalepsia.

Cophon psopon.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Commodum discesserat Hilarus librarius. IIII. Calendarum: cui dederam literas ad te: cum uenit tabellarius cum tuis literis pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te: ne tristis sis: quodq; tu ἀκίνδυνα esse scribis. Ligarianam: ut uideo: præclare authoritas tua commendauit. scripsit enim ad me Balbus: ac Oppius mirifice se probare: ob eamq; causam ad Cæsarem meam se oratiũculam misisse. Hoc igitur idem tu mihi antea scripseras. In Varrone ista causa me nõ moueret: ne uiderer φιλόδοξος: sic enim constituebam: neminem includere in dialogos eorum: qui uiuerent: sed quia scribis: et desiderari a Varrone: et magni illum æstimare: eos confeci: et absolui: nescio q̃ bene: sed ita accurate: ut nihil posset supra. Academicam omnem quæstionem libris quatuor in eis: quæ erãt cõtra ἀκαταληψίαν prẽclare collecta ab Antiocho Varroni dedi: ad ea ipse respõdeo. Tu es tertius ĩ sermone nostro. Si Cottã: et Varronẽ fecissẽ ĩter se disputãteis: ut a te pximis lr̃is admoneor: meũ κωφὸν πρόσωπον esset: hoc in antiq̃s psonis suauiter fit:

Heraclides. Intelligit de Heraclide Pontico philosopho: qui Athenas ad Platonem concessit: deinde Aristotelem audiuit. Reliquit ingenii monimenta & dialogos auctore Cicerone/quæ nõ extant. uir fuit mollioris habitus/ut pro Pontico Pompicus uocaretur. Auctor Laertius. Demetrius Magnesius tradit illum nutrisse Draconem:sustulisseq; eum Pheretro post mortem imponi/ut ex hoc putaretur ad deos migrasse. Plures fuerunt Heraclidæ ut Lycius Sophista qui coram Seuero principe ac eius aulicis extemporaliter declamaturus excidit: qui decessit octogenarius. Filix superstiti Rhetoricam nomine ex professione emptum octo talentis agrũ reliquit.

Heraclides

Ponticus. Põpicus.

Rhetorica ager.

ut & Heraclides in multis: et nos sex de Repub. libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres: mihi uehementer probati.in eis quoq; eę personę sunt: ut mihi tacendum fuerit: Crassus enim loquitur. Antonius: Catulus senex. C. Iulius frater Catuli. Cotta: Sulpicius. puero me hic sermo inducitur: ut nullæ esse possent partes meæ. Quæ autem his temporibus scripsi: Aristotelicum morem habẽt: in quo sermo ita inducitur cæterorum: ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque Libros περὶ τέλων: ut Epicurea. L. Torquato: Stoica. M. Antonio: περιπατητικὰ. M. Pisoni daremus. ἀζηλότυπον id fore putarã: quod oẽs illi decesserant. Hæc Academica: ut scis: cũ Catulo: Lucullo: Hortensio contuleram: sane in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα: quam ut illa de iis omnia: & iniqua uiderẽtur. itaq; ut legi tuas de Varrone tanquã ἕρμαιον arripui. aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ genus: quo ille maxime mihi delectari uidetur: easq; parteis: ut non sim consecutus: ut superior mea causa uideatur. Sunt enim uehementer ἀντιόχεια: quæ diligenter a me expressa acumen habent Antiochi: nitorem orationis nostrum: si modo is est aliquis in nobis. sed rursus dandos ne putes hos libros Varroni: etiam atq; etiam uidebis. Mihi quædam occurrunt: sed ea coram. Vale.

De Republica. In quo uolumine introduco Scipionem & antiquos.

De oratore. Ad Q. Fratrem: in quibus inducit Sceuolã/Crassum/Antonium: qui eo puero decesserant: ipseq; auctor Cicero tacet. Eæ personę. Et graues & antiquæ. Puero me. Ineunte ætate. Ipsum. Sit loquẽdi principatus. Non excludit se Aristoteles ut Plato solet. M. Antonio. Beroaldus legit. M. Catoni. De Paradoxis intelligere nõ potest: quæ Bruto dicãtur. De Thusculanis minus: quę post mortem Catonis Bruto. περιπατητικά. Aristotelica. ἀζηλότυπον. Aemulo carẽs interpretatur Aldus: potes & inaffectatum. æmulo carens melius quasi dixerit/si de mortuis loquar/non inducam zelum ac æmulationem non mouebo. Decesserant. Obierant/cũ mortuis non nisi laruæ luctãtur. λογικώτερα. Ratiõabiliora uel probabiliora. ̃ q̃ inutilia. Omnia de his personis Hortensio & Lucullo subtiliora inutiliter & iniquęidest inepte dicuntur/hominibus uidelicet Rhetoricis & qui a subtilitate absunt. Inutilia de his. Codices editionis Venetæ: Deus habent/ut sit Epiphonema quale illud Catullianum. Doctis Iupiter & laboriosis. De Varrone. Vt Varroni subtilia subtili dicatem. quoniam personam decebant. ἕρμαιον. Insperatũ lucrum. Vt non sim. quis non sim. Consecutus. Tamen nihil a nobis omissum est quo apti esse uideremur. Sunt enim. Quæ scripsi. ἀντιόχεια. Antiocho philosopho similia.

Logicotera

Iupiter

Hermęon

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

A Cæsare literas accepi consolatorias datas Pridie Calendarum Maii Hispali: De urbe augenda quid sit promulgatum: non intellexi: id sane scire uelim.

Interpretatio.

A CAESARE. A superiori distinguenda. Hispali. In Hispania. De Vrbe augenda. Inuictus imperator nihil humile cogitabat. Iunge inferioribus.

Philętios.

φιλαίτιος. Querulus. Theatrum. Spectaculum conuiuarum. Nihil enim melius. Scribe. Nihil enim minus. Fama enim non appetenda. sed recte uiuendum. Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa. A nostra. Emendandum a recta. Transuersum unguem. Latitudine pollicaris paruo discrimine abesse debemus. Haud frustra. Non de nihilo igitur nos philosophos appellas & putas: qui fama cæterisq; affectibus non mouemur. Hæc in manibus habere. Hæc philosophica: grauia uidelicet sancta ac seuera te in manibus habere/ te ab illis nõ discedere. Διαλείχθαι metuere. nolo imperitę turbę credas: quæ omnia timet Stoicus ac sapiens esto qui nihil timet. Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. q̃uis tales stupidos dicat Aristoteles. Vt ei desim. Famam contemnam a contrario declamauit Ouidius.

Sed famæ uigilare iuuat: Quis nosset Homerum
Illius æternum si latuisset opus?

Id agnosci licet. Quod famæ nũtium remisi. Vt. Quantum. Tenere. Scribe. Temnere. Post hoc uerbum desunt istæ dictiones. μὴ γὰρ αὐτοῖς. nihil enĩ ipsis: subintellige iudiciis teneor. Iam iudicia/ in quibus regnabam floccifacio. Domestica. Terentiã: Quintum/ cæteras familiares tricas & curas. Nõ licet scilicet. Emendati codices habent scindere: ubi alii: scilicet non debemus sententiam nostram scindere ac mutare. sed tamen probo q̃ sunt acta. Non curari. Lege. nõ curare.

¶ Interpretatio.

AD Hirtium. Diuersa Epistola. Alias malo. Scribendum aliis. De Torquato. Intelligere. A Dolabella. Audiuerim. Simulac. Cum primum accepero. Scieris. Lege. Scietis: uos omnes. Sũmum. Ad summũ. Ad plus hodie barbare dicitur.

Sũmũ.

Inhibere.

Inhibere. Cicero libro primo de Oratore sic scriptum reliquit. Atq; etiam si quando in dicẽdo scriptum attulerit aliquid/ cum ab eo discesserit/ reliqua similis oratio consequetur/ ut concitato nauigio/ cum remos sustinuerũt: retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum: intermisso impetu pulsuq; remorum. Sic in oratione perpetua cum scripta deficiunt/ parẽ tamen retinet oratio reliqua cursum scriptorũ similitudine & ui concitata. Emendauit

Torquato nostra officia grata esse facile patior: eaq; augere nõ desinã. De uxore Tuberõis: & priuigna: neq; possum iam abdere (est enim res peruulgata) neq; Tuberonem uolo defendere. Mirifice est enim φιλαίτιος. Theatrum quidem sane bellum habuisti. Ego: & si hoc loco facillime sustentor: tamen te uidere cupio: itaq;: ut constitui: adero. Fratrem credo a te esse cõuentum: scire igitur studeo: quid egeris. De fama nihil sane laboro: etsi scripseram ad te tunc stulte. nihil enim minus curandũ est: atq; hoc: in omni uita sua quenq; a recta conscientia transuersum unguem non oportet discedere. Viden quam philosophos haud tu nos frustra existimas! Hæc in manibus habere: Διαλείχθαι te nollem: quod nihil erat. Redeo enim rursus eodẽ. Quicq̃ ne me putas curare in toto: nisi ut ei ne desim? Id agnosci licet: ut iudicia uidear temnere μὴ γὰρ αὐτοῖς. uellẽ tam domestica ferre possem: q̃ ista contemnere. Putas autem me uoluisse aliquid: quod perfectum nõ sit? Non licet scindere sententiam suam: sed tamen: quæ tum acta sunt: non possum non probare: & tamen non curare pulchre possum: sicuti facio. sed nimium multa de nugis. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD Hircium dederam Epistolam sane grãdem: quam scripseram proxime in Thusculano. huic quã tu misisti: rescribam alias. nunc aliis malo. Quid possum de Torquato: nisi aliquid a Dolabella? quod simulac: continuo scieris. Expectabam hodie: aut summum cras ab eo Tabellarios: qui simulac uenerint: mittentur ad te. A Quinto expecto. proficiscens enim e Thusculano. VIII. Calendarum: ut scis: misi ad eum Tabellarios. Nunc ad rem ut redeam. Inhibere illud tuum: quod ualde mihi

Atticus illud uerbũ sustinuerũt:& substitui censuit inhibuerũt:quod primo adeo placuit Ciceroni ut iudicium Pomponii secutus erasaerit primũ/subdideritq; secundum: quam censuram longo interuallo posteritas est sequta. In omnibus enim codicibus inhibuerunt perperam/pro eo quod est sustinuerunt: scriptum est. Cicero propugnat in hac Epistola nihil immutari debere/quoniam sustinent remos/non inhibent nautae cum orae ac portui appellunt: quod nauigandi perito facile liquet. Dixit tamen Quintilianus libro. xii. Vnum modo illa imensa uastitate cernere uidemur.

amiserat: uehementer displicet. Est enim uerbum totum nauticum: q̄q̄ id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos: cũ ihiberi essent Remiges iussi. id non esse eiusmodi didici heri: cum ad uillam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinent: sed alio modo remigant: id ab ἐποχῆς remotissimum est: quare facies: ut ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni: si forte mutauit. nec est melius quicquam: q̄ ut Lucullus sustineat currum: equosq;: ut bonus saepe agitator: semperq; Carneades προβολὴν pugilis: & retentionem aurigae similem facit ἐποχὴν ἑρμοδώρου. Inhibitio autẽ remigum motum habet: & uehemẽtiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. Vides quanto hoc diligẽtius curem: q̄ aut de Rumone: aut Pollione. De Pansa etiam: si quid certius. credo enim palam factum esse. De Critonio: si quid esset: certe: ne de Metello: & de Balbino: Dic mihi: placet ne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat: is qui Platonis libros solitus est diuulgare: ex quo λόγοισιν ἑρμόδωρος. Quid illud? rectum ne existimas

ANTE LVcem. Seiunximus hanc epistolam signis euidentissimis adducti. Querelæ a Quinto Iuniori. Quare ne domũ illã uideat reuerti recusat & adolescentem ita deprauatum/ut etiam patrem incessat.

uero meũ uexari: sed id quidẽ arbitratu tuo. Laudationem Porciæ gaudeo me ante dedisse Lepte tabellario: quã tuas acceperim literas. Eã tu igitur: si me amas: curabis: si modo mitteť: isto modo mittẽdam Domitio: et Bruto. De Gladiatoribus: de cæteris: quæ scribis ἀνεμοφόριτα: facias me quotidie certiorẽ uelim: si tibi uidetur: appelles Balbũ: & Ophilium. De auctione proscribẽda: equidẽ locutus sum cũ Balbo. Placebat Publio conscripta habere Ophiliũ omnia. Habet & Balbus: sed Balbo placebat propinquũ diem Romæ: si Cæsar moraretur: posse in diem tertiũ differre. Sed is quidẽ adesse uidetur. Totum igitur considera. placet enim Vestorio. Vale.

Interpretatio.

CONTra Epicuræos. In Thusculanis uidelicet: qbus cũ stoico dogmati penitus inhæreat/tollit ac irritat oscitatores epicuræos. Oleo. Lucubratione ad obelis colychnium. Exaraui. Scripsi. Ante lucem. Meditatione antelucana. οὐκ ἐπέστησεν. Non insti tit/nõ statuit: alii aduertit. Est sic. Principium epistolæ Quinti Iunioris tale est. Dici potest. Videntur hæc uerba significare quod in Ciceronem patruũ multa belle dici possunt. Belle. Decenter. quod Cicero patruus ul cera sua habet: & quicqd patruo obiici non potest/ab eo non laudari. Q. Filio uidelicet. Vult. Videť uelle & concedere Quintus quod multa in me belle dici possint. Hoc. Cõuitio Quinti. Ne quas. Lege quas erasa negatiua. Cõmotũ. Iratũ. Tanq̃ laude mea uelut inimici offenderer. Istum. Quintũ. De matre. Põponia sorore tua. Quã pie. Dixerit audi i eplã ad me uel matrẽ scripta. Tecũ essem. Q Cicero patrue. Ordo. Volueram inquã ꝯduci mihi domũ ut q̃plurimũ tecum essem. Neglexisti. Dic neglexti. Ita. Erratum est a teiũt hoc errore absentes eẽ cogamur. Istam domũ. Vbi ẽ pater uel mater. Qua de cã scis. Quare hanc domum uidere nõ possum/tenes: exosus uidelicet matrẽ. Per odiũ: ꝓpter odium matris. πότερον φανερῶς, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. Verum aperte an obliquis fraudibus. Ac respuã. Sic exple Caluicium illud ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. An astu obliquo: declinando: scindendo: non lacerando.

M.T. CICERO. T.P. ATTICO. S.

ANte lucẽ cum scriberẽ contra Epicureos: de eodẽ oleo: et opa exaraui nescio quid ad te: & ante lucẽ dedi. deinde cũ somno repetito simul cũ sole experrectus essem: dať mihi epistola a sororis tuæ filio: quã ipsam tibi misi: cuius est principiũ: non sine maxima cõtumelia: sed fortasse οὐκ ἐπέστησεν. Est aũt sic. ego enim non probo quicqd non belle in te dici potest. posse uult in me multa dici nõ belle: sed ea se negat approbare: hoc quicq̃ potest esse ĩpunius? Iam cætera leges (misi. n. ad te) iudicabisq;. Bruti nostri quotidianis: assiduisq; laudibus: quas ab eo de nobis haberi ꝑmulti mihi renuntiauerant: cõmotũ istũ aliquãdo scripsisti aliquid ad me. credo: et ad te idq; ut sciã facies: nam ad patrẽ de me quid scripserit: nescio. De matre quã pie: uolueram inquã: ut quã plurimũ tecũ essem. cõduci mihi domũ: et id ad te scripserã: neglexisti. Ita minus multũ una erimus: nam ego istã domũ uidere nõ possum. qua de causa scis. hãc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nũc me iuua mi Attice cõsilio πότερον φανερῶς ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, utrũ apte hoiem aspernер. ac respuã ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. Vt enim Pindaro:

Δίχα μοι νόος. Ambigit mihi mens uerum dicere. Ambiguus sum an uerū dicam Quinto, an fingam. Illud. Aperte loq; ac ueritatē non fucare. Hoc. Obliquo astu uti. Quo. Veniet uel uenire posset. Antiqua lectio. Quid si Cæsar subito? Vanitatē. Crudelitatem potius. Ad patrē. Scribit. Domo sibi carendū. Domū redire nolle. Matrē. Pomponiam. Plenam pietatis. Quāuis ille aliter cēseat. Languescit. Quintus nepos. Ait. Subiegitur in epistola. Illū. Cæsarem. Vtar tuo cōsilio. Dissimulabo. σκολιά. Tortuosa nō aperta. Brutum. Venturū. Eadem. Quotidie reperis. Sūma.

Scolia.

sic Δίχα μοι νόος ἀτρεκὴς εἰπεῖν. omnino moribus meis illud aptius: sed hoc fortasse temporibus. Tu autē quod ipse tibi suaseris: idē mihi persuasum puto. Equidē uereor maxime: ne in Tusculano opprimar. In turba hæc essent faciliora. Vtrum igitur Asturæ: quo Cæsar subito? Iuua me quæso cōsilio. utar eo: quod tu decreueris. O incredibilē uanitatē: ad patrem domo sibi carendū propter matrem plenā pietatis. Hic autē iam languescit: et ait tibi illum iure iratum: sed utar tuo cōsilio. σκολιὰ enim tibi uideo placere. Romam: ut censes: ueniam: sed inuitus. ualde enim in scribēdo hæreo. Brutum inquis: eadē scilicet: sed nisi hoc esset: res me ista nō cogeret. Nec enim inde uenit: unde mallem: neq; diu fuit: neq; ullam literā ad me: sed tamē scire aueo: qualis ei totius itineris summa fuerit: libros mihi: de q̄bus ad te antea scripsi: uelim mittas: & maxīe φαίδρου. Ita ne nuntiat Brutus illū ad bonos uiros εὐαγγέλια: sed ubi eos? nisi forte se suspēdit. Hic autem: ut fulcrum est. Vbi igitur φιλοτέχνημα illud tuū: quod uidi in parthenion casa: et Brutum. Sed quid faciat? illud optime: sed ne is quidem: qui omniū flagitiorū author. bene de nostro. At ego uerebar: ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat his literis: quas ad meas. At uellē aliquid degustasse de fabulis: sed coram: ut scribis. Et siqd mihi authores? aduolo ne: an maneo? Equidē & in libris hæreo: & illū hic excipere nolo: ad quem ut audio: pater hodie ad Saxā acrimonia mirum: q̄ inimicus ibat: ut ego obiurgarem: sed ego ipse. Itaque post fac. tu tamen uide quid de aduētu meo censeas: et τὰ ὅλα. cras: si perspici potuerint: mane statim: ut sciam. Ego uero Quinto epistolam ad sororem misi: cum ille quereretur filio cum matre bellum: et se ob eam causam domo cessurum filio diceret. Dixit illum cōmodas ad matrem literas: ad te nullas. ille alterum miraba-

Voluntatis cumulus. φαίδρου. Phædri uidelicet dialogū, uel librum phædri, aliq codices habēt Phædrū librum uidelicet Platonis. Euāgelia. Lætos nuntios se aliquādo missurū. Iam cōsciscebat liberū facinus, ac mortē Cæsaris ruminabat. Vbi eos. Bonos uiros reperit. Nisi forte se suspendit. Vt tādem unus optimatū sit bonus. nec qdē Brutus uiuens est bonus. Hic autē. In furca. Vt. O q̄rum & quale, q̄ pulchrū. Fultū est. Scribe fulcrū est. O pulchrū fulcrū aptum psonæ ac moribus. Bruti. φιλοτέχνημα. Ars comminiscendi.

Euāgelia.

Parthenocasa. Vet' lectio. Parthenion casa. Veluti Scotiō Brutū innuat. i. cōcubitu furtiuo natum. Quamuis proprie Parthenios is sit qui natus sit ea: quæ uirgo crederetur: ac iam peperat: unde Partheniatæ lacedæmonii dicti. Scimus nanq; Brutum Cæsaris filium creditum, in cuius matrem Cicero sic locatus est. Et ut melius emptū sciatis, Tertia deducta est. Faciat. Brutus. Illud optime. Faciat si se suspendat. Ne is quidem. Male faciat Hirtius: qui est auctor flagitiorum nepotis mei. Bene de nostro. Factum erit, si se suspendat nepos. Saxa. Prisci codices habent saxam: ut nomen sit proprium. Mirum quā. Scribe, mirum qua, supple acrimonia pater ibat in filium. Vt ego obiurgarē. Quintum fratrem tanta acrimonia hoc est acerbitate, euntē in filium. Sed ego ipse. Subintellige obiurgandus eram: qui obiurgabam fratrem. Verisimile est hanc sententiam Ciceronem uerbis græcis subdidisse: quæ hodie interciderūt, ex libidine uero nostra cōminisci, facile quidem, uerum honerosum erat. Post. Me. Secūdo loco fratrem obiurga ne in filiū sic excandescat. τὰ ὅλα Cuncta, in uniuersum. Poterint. Cūcta. Mane. Facut mane sciā. Dixi. Alii codices dixit.

Scotios Brutus.

Parthenios

Partheniatæ.

Redarguisse se. Dic. Relanguisse: repulisse odium. σκολιῶς. Obliquo astu. Me non fore. Eum de quo Hirtius loquebatur. Canai. Hostis Cæsariani: non Ciceronis. In mea grauiores. Lectio uetus pręfert. In me grauiores. Quamuis Quintus Iunior in me grauius quam in alium deliquerit. Certe. Saltem: quod peccatum aggrauat. Brutus aliquid afferret. Quāuis Brutus parthenialata aliquid afferret aduentu suo. Expectat enim Cice. quo leniret ac mederi uulneribus studeret a fratris filio illatis/ suspendat se Brutus nihil proficeret. Nulla dubitatio est. Dubitationem mihi non eximeret fraudis ac doli Iuuenilis. Cras igitur. Veniā. Nisi quid a me commeatus. Scribo. Nisi quid a te commeatus. uel ad me. Cras ueniam/ nisi literas a te habebo: quæ res alicuius momenti afferētes retineant me: ut commeatus milites solet: quo deficiente/ dilabuntur: ac signa mouēt. Commeatus hodie uictualia dicunt.

¶ Argumentum.

VENIT ille. Nuperæ principium epistolæ: in qua de aduentu Quinti Iunioris agit. Καὶ μάλα κατηφής & admodum tristis.

¶ Interpretatio.

ET Ego. Subdo. σὺ δὲ τί σύννους. Tu uero quid cogitabundus? Quod iter instet. Quā uiam molitur. Inquā. Dico. Quę uis. Vrget te ad triste bellum. Aes alienum. Nomina: debita. Ne uiaticū quidem. Abundat mihi/ uel superest: sufficit. Hoc loco. Verba Ciceronis ad Atticum. Tua eloquentia. Obliquo astu/ uel opportuna taciturnitate. Ille eloquēs est & non tam dicere: q̄ tempori tacere nouit. Et ille. Quintus. Auunculus. Atticus. Cur pateris? Irasci. Cur cōmittis. Cur tam grauiter peccas/ ut irasci nescium pectus/ accendatur. Non patiar. Irasci: expurgabo: satisfaciam. At ego. Dico. Rectissime. Facies. Ita. Hoc pacto non satisfaciendo matri. Illi. Auunculo. Quoniam rem probat. Lege modo rem probet: modo non improbet consilium Atticus quid mihi de tempore? Priusquam proficiscaris. Sententia mea est ut antequam moueas in bellum/ patruo satisfacias. Dialogus. Sermo inter me & Quintum Iuniorem. Ecce tibi. Parelcon est tibi: seruit ornamento. Orat. Dum hæc scribo. Lepidi literæ monentes ut Romam properarem/ superueniunt.

tur. de te autē suam culpam: quod sæpe grauiter ad filium scripsisset de tua in illū iniuria. Quod autem relanguisse se dicit: ego ex tuis literis lectis σκολιῶς & ἀπατηλῶς significaui me nō fore: tum enim mētio Canai. Omnino: si id cō silium placeret: esset necesse sed: ut scribis: ratio est habēda grauitatis: & utriusq; nostrum idem consilium esse debet: etsi in me grauiores iniuriæ: et certe notiores. Si uero etiam Brutus aliquid afferret: nulla dubitatio est: sed hæc coram. Magna enim res: et multæ cautionis. Cras igitur: nisi quid a te commeatus.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VEnit ille ad me καὶ μάλα κατηφής. Et ego σὺ δὲ τί σύννους. Rogas inquit quod iter instet: est iter ad bellum: idq; tum periculosum: tum etiam turpe. Quæ uis igitur inquā? æs alienum: & tamen: ne uiaticum quidem. Hoc loco ego sumpsi quiddam de tua eloquentia. Nam tacui: & ille: sed me maxime angit Auunculus. Quidnam inquam? Quod mihi inquit iratus est. Cur pateris inquam? Malo enim ita dicere: quā cur committis. Non patiar inquit: causam enim tollam. at ego rectissime quidē. Sed si graue non est: uelim scire: quid sit causæ. Quia: dum dubitabam: quā ducerem: non satisfaciebam matri. Ita ne illi quidē? Nunc nihil mihi tanti est. Faciā: quod uolunt. Feliciter uelim inquā teq; laudo. sed quādo? Nihil ad me inquit de tempore: quoniā rem probat. Ego inquā sentio prius: quam proficiscans. ita patri quoq; morem gesseris. Faciam inquit: ut cēses. Hic Dialogus sic conclusus est. sed heus tu: diē meum scis esse. III. Nonarum Ianuarii. Adderis igitur. Scripserā iam. ecce tibi. orat Lepidus ut ueniā. opinor augures nihil habere ad templum

Ecce tibi.

Afflandum. Beroaldus effandum emēdat omniū doctissime. Effari templū augures solent cū inaugurant & consecrāt: unde effata Termini locorū consecratorum ac Dis urbanis hęrentiū uocantur. Effata ultimæ p̄cationes augurū: quæ post locum inauguratū augures iidem extra urbem effabātur. Auctores seruius libro æn. vi. & Varro de ling. lat. Et quoniam Aeneas pōtificaliter & augurum in morē loqui perhibetur: Maro uerbum illud solēne protulit. Sic effatus uestigia pressit. Si pertinaciter cōmunem lectionem tueris/afflādum interp̄tare euaporandum odore Thuricremo.

Effari. Effata. Locus Maronis.

effandum. Fatur μιασκόρδου. Videbimus te igitur. Ego uero utar prorogatiōe diei: tuq; humanissime fecisti: qui me certiorē feceris: atq; ita: ut eo tempore acciperem literas: quo non expectarem. Tuq; ut ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quædam agenda Romæ: sed consequemur biduo.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

POst suaues tuas literas: etsi acerba pompa: uerūtamen scire omnia non acerbū est: uel de tota. Populum uero præclarum: quod propter malū uicinum: ne uictoria quidē plauditur. Brutus apud me fuit: cui quidem ualde placebat: me aliquid ad Cæsarem. Adnuerā: sed pōpa uidelicet: tu tamē ausus es Varroni dare. Expecto quid iudicet. quādo autē perleget. De Attica probo. est quiddā etiam animū leuari rum spectatione: tum etiā religione opinionis: et fama. Cottam mihi uelim mittas. Libonem mecum habeo: et habueram ante Cascam. Brutus mihi Titi ligarii uerbis nūntiauit: quod appellet L. Cursidius in oratiōe Ligariana erratū esse meum: sed ut aiunt μνημονικὸν ἁμάρτημα. sciebam Cursidiū perne cessarium Ligariorum: sed eum uideo ante esse mortuum. Da igitur quæso negociū Pharnaci: Antæo: Saluio: ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

Fatur μιασκόρδου. Loquit̄ turpissime ac immundissime. Dictio composita est per contractionē. μίασμα imundicies. σκόροδον alliū. Scorodia eius purgamenta. Alii codices habent μικροῦ κόδρου hoc est instar mendici qualis fuit Codrus pauperculus. Alii uolūt de Codro rege: qui pro patriæ libertate cecidit: intelligendum esse: ut sit sensus. loquitur instar Codri parui/ qui nō potest superaré uel æquate Codrum: tamen pro sui pusillitate/ quātum pōt/ imitatur: ut superius eadem loquēdi figura dixit. Fauonio usi sumus pseudocatone. Non omnino ista implent aures meas. Prorogatione. Tempus ampliabo. Ab ludis. Post ludos. Consequmur. Continuabimus aduētum tuum Romam post biduum.

Miascordu loquitur. Scorodia. Codrus paruus.

Argumentum.

POPVlum Romanum laudat: qui Cæsari Cæsarianisq; nō plauserit. Brutum non cōntēnit. Ligarianam orationē retractat.

Interpretatio.

POST Suaues. A superiori secerne. Acerba pompa. Triūphauerat enim Cæsar de Scipione ac Iuba: exuuiæq; ciuiles populo displicuere. Vel de toto. Gratum fuit audire per te omnia & si Cæsar de tota urbe ac Italia triumpharet. Populum. O præclarum populum. Malum uicinum. Parthos aut Sextum Pompeium qui Siciliam occupauerat. Ne uictoria. Nec quidem in uictoria. quoniam Cæsa est arbor non euulsa: itaq; quā fruticetur uides. Plauditur. Ciuilibus triumphis Cæsaris non applausit populus. Cui. Bruto placebat ut aliquid ad Cæsarem scriberem. Pompa uidet. Dic. Pompa uidelicet: subintellige obstat/ ne aliquid scribam. quoniam non legeret occupatissimus. Dare. Libros meos. Perleget. Beroaldus emendat/ pelleget quod est idem. L. Cursidius. Quod in oratione pro Ligario dixeram/ aliquid de Cursidio/ nunc intelligo errorem esse meum. Μνημονικόν. Memoriæ peccatum. Fragilitas memoriæ excusat errorem. Libris. Orationibus ne Cursidius in oratione pro Ligario legatur.

Memoriæ peccatum.

Argumentum.

E ADVENtu celeri Iulii Cæsaris/ et apparatu ludorum. In philosophia consumere te spondet totos dies. De nummis & argento Cæsaris multa. Dubitat ne sit negligentior.

¶ Interpretatio.

VENIT. Noua epla. Ille. Cęsar. Diocharme. Scribo de ꝯlectura Diacriæ/ subintellige esset. Est locus Atticæ. Auctore sui Pallanta habet filium Pandionis. Populares Diacris. i. *Διακρεῖς* appellant. Alii legere mallũt Dicarcheæ q̃ ciuitas Campaniæ est/ puteoli a Romanis dicta: ubi Herodianꝰ symposium scripsit. Incola Dicearchæus & Dicęarchites. Adiuuāt hæc inferius posita. Quod nisi me torquati causa teneret satis erat/ ut puteolos excurrere possem. Post. Plane Puteolos nō fuit eũdum/ qa Cæsar adest. Ad libros. Corrige ad ludos. Venturus. Esset. Item Balbo legendum. Idē Balbo/ subintellige uidebatur. De Bebio. A Bebio sciscitari. Currētē. Hortaris. Addis oleũ camino,& sulphur incēdio. Dierũ. Temporis. Auctionem. Venditionem istarũ rerum. Præter prandia. Lege/ propter prandia. Epulo enim populũ Cęsar accepit. Vestorio. Qui Cæsari literas redderet.

Diacria.

Dicarchæa

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

VEnit apud me Lamia post discessum tuum: epistolāq; ad me attulit missam sibi a Cæsare: quę; q̄q̃ ante data erat: q̃ illę Dicarcheæ; tamē plane declarabat illum ante ludos Romanos esse uenturũ: in qua extrema scriptũ erat: ut ad ludos omnia pararet: ne uecō mitteret: ut frustra ipse propasset. Prorsus ex his literis nō uidebatur esse dubium: quin ante eā diem uenturus esset. Idemq; Balbo: cũ eam epistolam legisset uideri Lamia dicebat. dies feriarum mihi additos uideo: sed q̃ multos: fac; si me amas: sciā. De Babio poteris: & de altero uicino Egnatio. Quod me hortaris: ut eos dies consumā in philosophia explicanda: currentē tu quidem: sed cũ Dolabella uiuendũ esse istis diebus uides. Quod nisi me Torqti causa teneret: satis erat dierũ: ut Puteolos excurrere possem: & ad tēpus redire. Lamia qdē a Balbo (ut uidebaẽ) audiuerat: multos numos domi esse numeratos: quos oporteret quāprimum diuidi. magnum pondus argenti: auctionem: propter prandia: primo quoq; tempore fieri oportere. Scribas ad me uelim: quid tibi placeat. Equidem: si ex omnibus esset eligendũ: nec diligētiorem: nec officiosiorē facile delegissem Vestorio: ad quē accuratissimas literas dedi: quod idē te fecisse arbitror. Mihi quidē hoc satis uidetur. Tu q̄d dicis? Vnum enim pungit: ne negligētiores esse uideamur. Expectabo igitur tuas literas.

¶ Argumentum.

E LEPta & Curione/ nonnullisq; minutulis. Gaudet Cęsari placuisse Catonē suũ/ adeo ut copiosiorē se factũ dicat. De hortis Cluuianis/ idq; genus pusillis.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

POlex qdē: ut dixerat: ad Idus Sextil. ita mihi Lanuuii pridie Iduum præsto fuit: sed plane Pollex: nō index: cognosces igiẽ ex ipso. Balbũ conueni. Lepta enī de sua ui in Curionē laborans: me ad eũ perduxerat. me autē Lanuuio: quod Lepido tradidit: ex eo hoc primũ. pauloante acceperā eas literas: in quibus magnope confirmat ante ludos romanos. Legi epistolā. multa de meo Catone: quē sæpissime legēdo se dicit copiosiorem factũ. Bruti Catone lecto se

¶ Interpretatio.

POLEX. Diuelle hāc a superiori. Ludit in noīe. est eni Polex nomē proprii & nomen digiti prioris. Sed duplicatur in digito Lambda. ue rũ antiqui nō geminabant cōsonantes. Non fuit index Polex/ quoniam nihil indicauit. & index est digitus omnia indicās. Meo autem. Scribe. Me autem. Lanuuio uidelicet ad usq; Curionem adduxit. Quod. Lege/ quo: hoc est unde mox ad lepidum. Ex eo. A lepido hoc primũ adduci Cæsarem uenturũ. Confirmat. Cæsarem affuturũ. Bruti sermone. Libri de perfecto genere dicendi Bruto dicati/ uel librum a Bruto compositum intelligit.

Cretionem. Pugnam forensem ut aliqui: a cerno quod est pugno. Et cernere ferro ait Maro. Et Plautus subinde cernitur pro pugnatur uel computum. Vide interius & hoc a cerno idest discerno. Quid enim aliud agit qui computat & rationatur. Infra. Non metuendum est ne ille meo iussu cernat. Mox. Polex remittendus est ut ille cernat. præposuerat enim. Tu uelim e Police cognoscas rationes nostras sumptuarias. Cretionem tamē Iurisconsulti aditum ad hæreditatem uocant. Cernere enim auctore Festo est hæreditatem adire. Sed de hoc uerbo libro. xi. fusius diseruimus

Cretio.

De cretiōe p Iureconsultis.

Cernere.

sibi uisum disertū. ex eo cognoui Cretionem: testibus præsentibus sexaginta duobus. metuebam: ne ille arcessendus esset. Non cōmittendum est: ut meo iussu cernat. Idem igitur Pollex etiā de hortis Cluuianis egit cum Balbo liberalius. se enim statim ad Cæsarem scripturum. Cluuium autem Attico Hordeonio legare: & Terentiæ. HS LIII. milia: & sepulchro: multisq; rebus nihil a nobis: subaccusa quæso Vestorium. Quid minus probādum: quam Plociū unguentarium: per suos pueros: omnia tanto ante Balbo. illum mi Attice ne per eos perire reum mihi doleo: dilexi hominem. Quintum delegabo: siquid æri meo alieno superabit: & emptionibus: ex quibus mihi etiam æs alienum faciēdum puto. De domo Arpini nihil scio. Vestorium nil est: quod accuses. Iam enim obsignata hac epistola: noctu tabellarius noster uenit: & ab eo literas diligenter scriptas attulit: & exemplum testamenti.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

POsteaquam abs te Agamemnon: ut ueniret (nam id quoq; fecissem: nisi Torquatus esset) sed: ut scriberē: fecit. omisi ea: quæ in manibus habebam: abieci: quod iusseras edolaui. Tu uelim e Pollice cognoscas ratiōes nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis illum: qualiscūq; est: hoc primo anno egere. post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittēdus est: ut ille cernat: plane Puteolos non fuit eundum: cum ob ea: quæ ad te scripsi: tum quod Cęsar adest. Dolabella scribit: se ad me postridie Iduum. O magistrum molestum. Lepidus ad me heri uesperi literas misit Antio: nam ibi erat: habet enim domū: quā nos uendidimus. Rogat magnopere: ut sim Calendis in Senatu: me & sibi: et Cæsari uehementer gratum esse facturum. puto equidē nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius. Balbus est æger.

ad undecimi libri secundā epistolam te relego: ubi huius uerbi ueritatem nancisci poteris. Iustinianus Cretiones hæreditatū sustulit. Quę nā ille Cretiones fuerit, Accursius ignorat & earū deriuatione & originē. Fiebant solēniter Cretiōes hoc est aditus ad hęreditates nō sine solēni iuris prætorii iudicio; quod tanq̄ inutile moramētum sustulit Iustinianus. Improbe fecit Aldus qui uerbū priscum ius redolens inuertit, ac turpiter a Romana editione discessit: ex furunculo carcinoma facere solitus, & ex pernionibus podagras. Sexaginta diebus. Lege, duobus. Cernat. Computet. Sepulchro. In condituram ædificationemq; sepulchri. Tanto ante Balbo. Subintellige oppigneraße uel quid tale. Per meos. Corrige per eos, testimonio uidelicet illorum puerorum. Quidem. Lectio uetus perire. Deos. Dic reum. Mihi doleo. Mecum doleo, qui tantum amicū perdidi. Aeri meo alieno. Fœnori sumpto. Superabit. Restabit. Et emptionibus. Legē, in emptionibus utar. Ex quibus. Scribendum, in quibus. Aes alienum faciendum. Contrahenda debita.

¶ Argumentum.

ROGAT Atticū ut rationes sumptuarias corrigat, ne Polex egeat. Puteolos non inuisit, quod Cæsar adest. In senatum ueniet.

¶ Interpretatio.

POSTEA. Discludenda a superiori epistola. Abs te. Veniens. Agamemnon. Nomen serui. Edolaui. Composui. metaphora fabrilis. Sumptuarias. Impensas domesticas: Cernat. Cōputet. Se ad me. Venturū. O magistrum. Dolabellam q Ciceroni dictabat quō cum Cæsare se gereret. Nihil esse. Opus. Delirat lepidus hō leuissima.

Edolare.

Si opus esset. Si necessitas ueniendi instaret. Ferre. Scribe, ferret Cæsar uidelicet. Publio. Quid si spurio: de quo supra. Cum diceres. Aiebant te dixisse. In strepitu. Rumusculis. Vtinam iterum. Beroaldus emendat, Vetum perperam tamen. Cæsar. Factus hæres. Si nihil adhuc. Quãuis nihil habeã explorati. Ἀλόγως. Sine ratiõe: ueretur. His. Scribendum, Is, sine afflatu. Antequã. Non accurram. Cum poteris expedies.

Argumentum.

LAVDAtionem Porciæ mittit ut ad Brutũ mitteretur. Regustare uult Varronianam. Tueri uult Phameam, nec oẽs amat, quod est bellum aliquem odisse.

Interpretatio.

LAVDAtionem. Separa ut cæteras. Mittetur. Legit Beroaldus, hæc mitteretur, Subintellige, esset expedita. Olli utiq;. Omnino. Ollus propriũ nomẽ: subintellige laudationem. Regustare. Relegere. Ruris. Dic Ruri: Μέμψιν. Accusationem adscribit. Ephameæ. Lege, Phameæ: de quo supra. Cum eius re causam cœpissem. Scribe. Cũ eius causam recepissem. Octauius. Protegebatur a me. Vsus essem. Beneficio. Iuxta illud Ouidianum.

Et si nil pręstes, animi sum factus amici

Debitor: & meritum uelle iuuare uoco.

Gratus est q dono & bñficio capitur, gratissimus q uolũtate benefica. In magnis & uoluisse sat. est. Is. Phamea. Dixitq; iudicem. Legendum apud iudicem. Dare. Scribe. Darẽ. Patrocinium ei apud iudicem nõ denegarem. Ibi ꝯstituisse. Phamea patrocinium meũ petebat, ac diem elegerat quãdo Sestium nostrũ defensurus erat. A me enim fieri nõ potuit ut una fidelia duos parietes dealbarem.

Regustare.

Sed tamen malim uenire frustra: quam desiderari: si opus esset moleste ferre postea. itaque hodie Antii: cras ante meridiẽ domi. Tu uelim sis (nisi te impediuisti) apud nos pridie Calendarũ cum Pylia. Te spero cum Publio cõfecisse: equidem Calẽdis in Thusculanũ recurrã. Me enim absente omnia cum illis trãsigi malo. Q. Fratris epistolã ad te misi non satis humane illam quidem respondẽtem meis literis: sed tamen: quod tibi satis sit: ut equidem existimo: tu uidebis. Heri nescio quid in strepitu uideor exaudisse: cum diceres te in Thusculanũ uenturũ: quod utinam: iterum utinã tuo tamen cõmodo. Lepta me rogat: ut: siquid sibi opus sit: accurram. Mortuus enim Babulius. Cæsar opinor ex uncia: etsi nihil adhuc: sed Lepta ex Triente. Veretur autem: ne non liceat tenere hæreditatẽ. ἀλόγως omnino: sed ueretur tamẽ. His igitur: si accient: accurram. sin minus ante: q̃ necesse erit. tu Pollicem: cum poteris.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

LAudationem Porciæ tibi misi correctã: ac eo properaui: ut: si forte aut Domitio filio: aut Bruto mitteretur. Id: si tibi erit cõmodum: magnopere cures uelim: et uelim Marci Varronis: & Ollii mittas laudationem. Ollii utiq;: nã illam legi. Volo tamẽ regustare. Quędam enim uix mihi credo legisse. Atticæ primũ salutem: quã equidem Rure esse arbitror. Multam igitur salutẽ & Pyliæ. De Tigellio siquid noui: q quidem: ut mihi Gallus Fabius scripsit: μέμψιν ἀναφέρει mihi quãdam iniquissimã: me Ephameæ defuisse: cũ eius causam recepissem: quã quidem receperam contra pueros. Octauius Cn. F. non libenter: sed Phameæ causa uolebam. erat enim: si meministi: in Cõsulatus petitiõe per te mihi pollicitus: siqd opus eẽt. Quod ego perinde tuebar: ac si usus essem Is ad me uenit: dixitq; apud iudicem operam darẽ: ibi constituisse eo die ipso: quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. Scis enim dies illorum iudiciorum præstitutos fuisse. Respõdi non ignorare eũ: quid ego deberem Sestio: quem uellet alium diẽ: si sumpsisset: me ei non defuturũ. Ita tum ille discessit iratus: puto me tibi narrasse: Non laboraui scilicet: nec hominis alieni iniustissimã iracun-

diam mihi curandã putaui. Gallo autem narraui: cũ proxime Romæ fui: quid audissem: neq; nominaui Balbum minorem. Habuit suũ negocium Gallus: ut scribit: ait illũ me animi conscientia: quod Epha meam destituissem: suspicari. Quare tibi hactenus mando de illo nostro: si quid poteris: ex gras. De me nequid labores. est bellum aliquem odisse libẽter: et quẽadmodum non omnibus seruire. etsi mehercule: ut intelligis: magis mihi isti seruiunt: si obseruare seruire est. Admonitus quibusdam tuis literis: ut ad Cæsarem uberiores literas mitterẽ: institueram: cum mihi Balbus nuper ĩ Lanuuio dixisset: se: & Oppiũ scripsisse ad Cæsarem: me legisse libros contra Catonem: & uehemẽter probasse. Cõ scripsi de his ipsis libris epistolã Cęsari: quę deferetur ad Dolabellã: sed eius exemplũ misi ad Oppium: & Balbum: scripsiq; ad eos: ut tum deferri ad Dolabellã iuberent meas literas: si ipsi exemplũ probassent: ita mihi rescripserũt: nihil unquã se legisse melius. Epistolãq; meam iusserunt dari Dolabellæ. Vestorius ad me scripsit: ut iuberem. Mãcipio dari seruo suo pro mea pte Hetereio: cuidã fundum Brinnianũ: ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. Eum seruum: si tibi uidebitur: ad me mittes. Opinor enim ad te etiã scripsisse Vestorium de aduẽtu Cæsaris idem: quod a te mihi scriptum est ab Oppio & Balbo. Miror te nihil: dum cum Tigellio: uel ut hoc ipsum: quãtum acceperit: prorsus aueo scire: nec tamẽ floccifacio. Quæris qd cogitem de obuiãitione. Quid censes: nisi Alsium? & quidem ad Murenam de hospitio scripseram: sed opinor cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam superiore uersiculo Heros mihi dixit: sibi Murenã liberalissime respondisse. Eo igitur utamur: nã Silius culcitras non habet. Dida autem (opinor) hospitibus totam uillam concessit.

Animi conscientia fecisse.

Est bellũ. Lepidum: facetum. Græci, inquit ille, Belliores quã Romani nostri. Quemadmodum. Bellum est. Seruire. Patrocinii ministerium præstare.

Obseruare. Seruire hoc non est, sed propter ciuilem obseruantiam patrocinium præstare, nec seruitus dici debet. Admonitus. Et hanc a superioribus diuide. Institueram. Mittere. Libros. Cæsaris. Deferetur ad Dolabellam. Vt per manus Dolabellæ Cæsari redderetur. Mancipio dari. Vendi. Brinnianũ. Quid si Briulanum. Alibi Cicero. Briulus quidã Caupo de uia latina. Ab Oppio. Ex sententia Oppii. Nihil dum. Nihil adhuc. De obuiam itiõe. Cæsari, de occurrẽdo Cæsari. Culcitras nõ habet. Est inanis, & uacuus, fartum non habet.

Briulus.

Nihil dũ.

Culcitras non habet.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

AD Cæsarem quam misi epistolam: eius exemplũ fugit me tum tibi mittere: nec id fuit: quod suspicaris: ut me puderet tui: nę ridicule Micillus. Nec mehercule scripsi aliter: ac si πρὸς ἴσον ὅμοιόν que scriberem. Bene enim existimo de illis libris: ut tibi corã. Itaque scripsi ἀκολακεύτως. & tamen sic: ut nihil

℃ Argumentum.

CVR Epistolam ad Cęsarem Attico non miserit. Aduentu Cæsaris uillam militibus fuisse completam. Mẽsam Cæsaris laudat: sermonem quoq; genialẽ & scitum.

℃ Interpretatio.

AD CAEsarem. Diuersa ab superiori hæc epistola est. Fugit me. Oblitus sum. Ne ridicule. Scribe. næ ridicule. Supple dixit.

πρὸς ἴσον. Ad æquale, simile, par pari. ὅμοιόν que. Quæ coniũgit nõ refert. πρὸς ἴσον ὅμοιόν q;.

ἀκολακεύτως. Sine assentatiõe. Vt uere referam nihil dans auribus, ueritate nuda, simplici, recta, mascula usus, nulla græca, nec hispana assentatione. Olim græculi uitiorum omnium genitores, Romam inuaserant, miro assentationum artificio proceres Romanos perdebant, mellito laqueo strangulabant, nunc hispani uicarii græcorum quod reliquum est seruilibus plausibus foedauerunt.

Acolacentos.

Exploratum. Certum conualuisse. Totum mihi. Expecto uenturũ/uel restitue/ & in amorem reuoca. Quintum. Expecto. ἀμεταμέλητος. Sine poenitentia: uel quem non poenitet. Aldus emendat ametameleton/ non poenitendum/ uel non poenitentem. Barba Cassius. Cognomentũ cuiusdam Cassii. Reperio in quodã codice/ babe: quę uox est græca significans idem quod papę. Tertiis saturnalibus. Tertia die saturnaliorum.

Ametameletos.

Cassius barba.

Babe.

Rationes. Legebat. Audiuit. Audientiã fecit: accepit adeũtium desideria: quod maxime regium esse solet. ἐμετικήν. Vomitum. Edit & bibit. Subdé dictionem prępostere sitam. & edit & bibit/ ἀδεῶς: intrepide uidelicet. οἱ περὶ αὐτόν. Qui apud eum. Valde copiose. Accepti sunt. Hospites tamen nouis. Legendum. hospites tamen nouos qui diceres/ quomodo uocares?

Amabo. Finis sequentis clausulę. Eodem. Victu accipietis.

Semel satis est. Accipete hoc uictu: nec natura ferre potest excessus: unde a satyro dictũ. Voluptates commẽdat rarior usus.

σπουδαῖον οὐδὲν. Seriũ nihil. φιλόλογα. Eruditula. ἐπισκήνιον. Diuersorium. Paulisper hic. Ero. Ad equũ. Erant ad equũ Cæsaris/ ad frena Cæsaris pręcurrebant. Hoc ex Nicia. Audies. Res leuis a leui gręculo non rogato Cicerone referenda.

Philologa.

Ad equũ.

eum existimem lecturum libentius. De Attica nunc demum mihi est exploratum: itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi: & quidem quã primum. nam pendeo animi: narrabo tibi. Q. Crassus: sed ad me: an ad te nescio: mihi scripsit Romam. VIII. Calen. sed misi: qui inuitaret. Etsi hercle Romam iam ueniendum est: ne ille ante aduolet. O hospitem mihi tam graue ἀμεταμέλητον. Fuit enim periucunde. Sed cum secundis Saturnalibus ad Philippum uesperi uenisset: uilla ita completa militibus ut uix Triclinium: ubi cœnaturus ipse Cæsar esset: uacaret: quippe hominũ. CCCC. Sane sum cõmotus: quid futurũ esset postridie: ac mihi Barba Cassius subuenit: custodes dedit. Castra in agro. Villa defensa est. Ille tertiis Saturnalibus apud Philippũ ad. VIII. Calen. nec quẽquam admisit: rationes opinor cum Balbo. inde ambulauit in litore. post hæc in balneũ. tum audiuit. De Mamurra non mutauit. unctus est: accubuit ἐμετικήν agebat. Itaq; & edit: & bibit ἀδεῶς: et iucunde: opipare sane: & apparate. Nec id solum sed bene cocto: & condito sermone bono. Etsi quæris libenter pręterea tribus Tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτόν ualde copiose. libertis minus lautis: seruisq; nihil defuit: nam lautiores elegãter accepti. Quid multa? Homines uisi sumus hospites tamẽ nouus qui diceres? amabo te: eodem ad me cum reuertere. semel satis est σπουδαῖον οὐδὲν in sermone φιλόλογα multa. Quid q̃ris? Delectatus est: & libẽter fuit. Puteolis se aiebat unũ diem fore: alterũ ad Baias. habes hospitium: siue ἐπισταθμείαν odiosam mihi duxi: non molestam. Ego paulisper hic: deinde in Thusculanum. Dolabellæ uillã cum præteriret: omnis armatorũ copia: dextra sinistra ad equum: nec usquam alibi. hoc ex Nicia. Vale.

¶ Finis. xiii. epistolarum Ad Atticum.

¶ In Decimum Quartum epistolarum Ad Atticum explanationes Auctore Pio Bononiensi.

¶ Argumentum.

CAESAris impotentiam describit: ac eius de Bruto iudicium pensitatum ac uerum, si quis exitum rerum consideret.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD.T.POMPONIVM ATTICVM LIBER.XIIII.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

REuerti ad illum: de quo tecum mane. nihil perditius: explicari rem nō posse. etenim: si ille tali ingenio exitum non reperiebat: quis nunc repiet? Quid quęris? Perisse omnia aiebat. quod haud scio an ita sit: uerum ille gaudens affirmat: minus diebus. XX. tumultum gallicum. in sermonem se post Idus Martii: praeterquā Lepidi uenisse nemini. ad summam non posse istaec sic abire. O prudētem Oppium: qui nihilominus illū desiderat: sed loqtur nihil: quod quēquam bonum offendat. Sed haec hactenus. Tu quaeso quicquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere. in his de Sestio satis ne certum: maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille: ad quem diuerti: Caesarem solitū dicere: magni refert: hic quid uelit: sed quicquid uolet: ualde uolet. idq; eum animaduertisse: cū pro Deiotaro Niceae diceret: ualde uehementer eum uisum & libere dicere: atq; etiam (ut enī quicq; succurrit: liber scribere) proxime: cum Sestii rogatu apud eum fuissem: expectaremq; sedens quoad uocarer: dixisse eū: ego dubitem quin summo in odio sim: cum M. Cicero sedeat: nec suo cōmodo me conuenire possit? Atqui: si quisquam est facilis: hic est: tamen non dubito: quin me male oderit. Haec & eiusmodi multa. Sed ad propositum. quicquid erit nō modo magnum: sed etiam paruum scribes. equidem nihil intermittam. Vale.

¶ Interpretatio.

DIVERti. Diuertere est hospitari: unde diuersorium locus, etiā hospitiū. Diuersitor qui accipit hospitio. Illum. Oppium. Tecum mane. Subintellige loqbar. Nihil pditius. Rebus optimatum. Explicari. Expediri. Nō posse. Aiebat: sentiebat Oppius. Ille. Oppius. Tali ingenio. Prēditus. Tumultū gallicū. Veriti sunt ne Galli desciscerēt. Hoc docet epistola iferius posita his uerbis. Horribile est quae loquantur: quae minitētur, ac uereor gallica etiam bella. Ipse Sextus quo euadat. In sermonē. Vocatum aiebat a Caesare. Lepidi. Nemini accidit preterquā illi & lepido ut sermoni Caesaris interfuerint. Ad summam. Duplex dictio Beroaldo. Ad summam, in summa, ad summū. Non posse. Dicebat Oppius. O prudētem. Ironia. Suspitat antiqua tempora Oppius, & tamen Caesarem saluum uultquo incolumi Respub. nunquā erit. Pigrere. Moreris, Pigritare etiā prisci dicebant. De Sestio. Scribe Sexto, Pompeio uidelicet qui Catinam i Sicilia occupauerat. Infra. Ipse Sextus quo euadat. Ille. Oppius dicebat. Magni refert. Plurimū interest. Hic. Brutus. Valde uolet. Mordicus ut Cynegirus propositum apprendet. Id. Dicebat Caesarem se natu ram Brutinam aduertisse, cum intercessit apud eum pro Rege Deiotaro. Niceę. Stephanus. Niceą ciuitas Bithyniae uocata pri, ancora: post Antigonia, postea a Lysimachi uxore niceą.

Diuersitor

Pigrari. Pigritare.

Nicaea.

Vt qcq; succurrit. Prout aliqd in Buccam uenit, ut nihil omittā. Sestii. Qui patrocinio meo apud Caesarē egebat. Eū. Caesarem. Ego dubitem. Dubitare non debeo, liquet. Sedeat. Exclusus cubiculo. Verba Caesaris ingenuitatē ac humanitatē incredibilem referentia. Suo cōmodo. Pro uoto & nutu. Cōuenire. Aditeralloq. Atqui. Laus Caesaris a facilitate. Hic est. Caesar. Male. Valde. In sequenti epistola. Ego nūc tam sim stultus, ut hunc ipsum facile hominem putem mihi esse amicum, cum tandiu sedens meum commodum expectet.

Male.

¶ Argumentum.

AVDIT Libenter urbanatac Cassio datum plausum ridet. Refert Scoma Cæsaris de. M. Tullio expectante. Itineris futuri seriem reddit.

¶ Interpretatio.

DVAS. Proprie & significãter, binas de literis dicere fi. Theatrum. Multitudinis Theatricæ acclamationes & reclamatiões. Publium. Dolabellam. Bona signa. Populi cõsentientis in Cæsarem & Cæsarianos. Σαλάκωμα. Inanẽ iactantiam, unde aliqui Salacomis legunt libro. vii. episto. famil. Cognouisti meã causam: & istius Salacomis iniquitatem. Aiebat: Publius. Facilem. Scribe facile & iunge cum putem. Variauit. P. Verba Cæsaris. Dicebat ille se non dubitare quod nõ ametur a populo, cum Cice. tantus Senator excluderetur. Tamẽ mallo legere facilem. Cęsar enim sic Ciceronem appellauit, Atqui si quisquã est facilis: hic est, ideo nihil mutandum, & referendum ad Ciceronem, non Cæsarem. φαλάκρωμα. Caluicium. Intelligit se Caluum & senem amare otium. Alii ad Cæsarem referũt caluum, & reuocare capillos assuetum: unde ius laureæ perpetuo gestandæ oblatum a populo libenter accepit. Auctor Tranquillus. Bruti. Qui pacem ac quietem publicã optabat. Hodie. Veni. Cras. Eio. Cogitabam. Fore.

Salacoma.

Phalactoma.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

DVas a te accepi epistolas heri: ex priore Theatrum: Publiũq; cognoui: bona signa cõsentientis multitudinis: plausus uero Lucio Cassio datus: etiam facetus mihi quidẽ uisus est. altera epistola de Madaro scripta: apud quem nullum σαλάκωμα: ut putas. processit enim; sed minus diutius: sermone enim sum retentus. Quid autem ad te scripseram: obsecro: fortasse id eiusmodi est, Aiebat Cæsarẽ secũ: quo tempore Sestii rogatu ueni ad eum: cum expectarem sedens: dixisse. Ego nũc tam sim stultus: ut hunc ipsum facilem hominẽ putẽ: mihi esse amicũ: cum tã diu sedẽs meum commodũ expectet? Habes igitur φαλάκρωμα inimicissimũ ocii: id est Bruti. In Thusculanũ hodie: Lanuuii cras: inde Asturę cogitabã. Pyliæ paratũ est hospitium: sed uellem Atticã. Verum tibi ignosco: quarum utriq; salutem. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TRanquillæ quidem tuæ literæ: quod utinã diutius: nam Matius posse negabat. Ecce autem Structores nostri ad frumentum profecti: cũ inanes redussent: rumorem afferunt magnum Romæ: domum ad Antonium frumentum omne portari. πανικὸν certe: scripsisses enim. Torũbus Balbi nullus adhuc & mihi notũ nomẽ. Bellus enim esse dicitur architectus: ad obsignandũ tñ adhibitus non sine cã uide-

¶ Argumentum.

VBitat ut Tranquillitas diuturna esse possit, & quędam affert etiam panica, terroris consternatiõisq; plena.

¶ Interpretatio.

LITEræ. Fuerunt. Diutius. Esse possint. Matius. Corrigendum esse matius epistola sequens utiq; cogit. Tument negotia. Nam cum Matius. & reliqua. Posse. Diu esse Tranquillas. Structores. Structor proprie: qui in mensa diuidit ac obsonia componit. Iuuenal. Structorem interea ne qua indignatio desit Saltantem uideas. In hoc loco pro frumentatoribus ponuntur: qui ad cœmendum frumentum pręfecti fuerant. πανικὸν. Tumultus ac uniuersa consternatio: cuius pan auctor creditus est a priscis: qui tumultus prout cito crescit, ita cito detumescit: unde panicon hoc in loco repentinam consternationem. sed inanem significat. Scripsisses. Si quid haberes certi, pręsertim in re tam subita ac magna. Torumbus. Architecti nomen. Bellus. Festiuus ille Torumbus. Ad obsignandum. Cæsar ac Cæsaris amici adhibuerunt Atticum signatorem testamento suo. Quare hoc faciant Marcus Tullius interpretatur.

Structor.

Panicon.

Torumbus

Ita putarem. Nos habere minime suspectos/ ac in suis/ sed indifferētibus adhibent. Nō animo. Cum ex aīo ac penitre sensu nos nō amant. Odorare. Tacite inuestiga. Διάθεσιν. Affectū. An mihi afficiatur. Epularum. Lutco erat Antonius ac nunq̄ sobrius/ quare ab eo non formidandū Cæsar olim respōdit. sed a pallidis Bruto uidelicet & Cassio. Pragmaticon. Negociale/ in praxi. Scribes. Emēda scribe. Ἐπισημασίαν. Designationē: significationē: arenas: uenatiōes: spectacula: id q̄ genus reliqua. Minorum. Mimorum Beroaldus emendat & recte.

Odorari. Pragmaticon. Episemasia

ris. uolunt enim nos ita putare. Nescio cur non aio quoq; sentiāt: sed quid hæc ad nos: odorare tamen Antonii διάθεσιν. quē quidem ego epularum magis arbitror ratonē habere: quam quicquā mali cogitare. Tu: siquid pragmaticō habes: scribe. sin minus populi ἐπισημασίαν: et mimorū dicta perscribito. Pyliæ: & Atticæ salutem. Vale.

¶ Argumentum.

ERVMO ribus hominum/ instantibus bellis etiam gallicis/ Laus tyrānicidarum quos Heroas appellat. Reliqua copias desiderant/ Rogat ne literulę intermittanť.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Vnc quid putas me Lanuuii? At ego te isthic quotidie aliquid noui suspicor. tument negotia. Nam cū Matius: qd censes? cætero equidem doleo: quod nunquam in ulla ciuitate accidit: non una cum libertate rempu. recuperatā. Horribile est: quæ loquātur: quę minitētur. ac uereor gallica etiam bella. ipse Sextus quo euadat. Sed omnia licet cōcurrant: Idus Martię consolantur. Nostri autem ἥρωες: quod per seipsos confici potuit: gloriosissime: & magnificētissime cōfecerunt. Reliquę res: opes: & copias desiderāt: quas nullas habemus. Hæc ego ad te: ut siquid noui (nā quotidie aliquid expecto) confestim ad me: ētsi noui nihil: nostro more tamē ne patiamur intermitti literulas: siquidem non committam. Vale.

¶ Interpretatio.

VNC. In Lanuina ciuitate quæ ex antiquis memoriis Laniuina dicebatur/ nunc ciuitas diuina/ Cicero se cōtinebat: & hoc post cędem Cæsaris. Tumēt. Erumpunt seditiones & bella. Cum Matius. Dicat tranquillum esse non posse. Quid censes? De uerbis Matianis. Doleo emersisse causas cōtrarias: liberi sunt populariter/ & Respublica est amissa. libere loquuntur/ & seruiunt. In nulla. Scribendum ulla. Non recuperatam Rempub. Quod Respub. recuperata non esset. Vna cum libertate. Simul cum libertate. Libertas ipsa nitasq; loquendi passim regnat: Respublica periit. Loquātur. Homines passim. Sextus. Pōpeius: qui Siciliam occupauerat. Idus Martiæ. Quibus trucidatus est Cæsar in curia Pompeiana. ἥρωες. Coniurati & tyrannicidæ. Quid per seipsos. Quantum ab ipsis fieri potuit. Reliquæ res. Tyrāni amicis obstare etiam armatis. Ad me. Scribas. Si quidē. Quando ego quidem. Non cōmittam. Vt literularum fiat intermissio.

Laniuina ciuitas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Pero tibi iam esse: ut uolumus: quoniā quidem quā leuiter cōmotus esses: sed tamē uelim scire: quid agas: signa bella: quod Caluena moleste fert: se suspectū

¶ Argumentum.

MNIA Turbarum plena uidet post mortem Cæsaris. Signa non bona quod legiones ueniunt e Gallia. Satellites Tyranni sunt in imperiis. Tyrannicidæ frigent/ qui in cœlo esse debebant/ noua rerum molimina instant.

¶ Interpretatio.

SSE. Bene ualere. Quoniā quidem. Significasti uel nobis innotuit/ deest hic uerbum latinū uel græcū idem significās. Quā leuiter. Turbatus eras corpore/ sed leuiter. Caluena. Nomen propriū/ de quo paulopost. Omnia plena pacis ac mihi caluena dixerat.

Legiones. A laudarum ac militum Cæsaris properabát ultoribus Cæsarianæ mortis affuturæ. Quid tu illas putas factutas. Annius. Caniniũ uoluit/mox se ipm corrigit. Μνημονικὸν. Memoriæ peccatũ. Aleator. Ab Antonio. Antonius fecẽ cõcit. φυρμός. Permistio multa. Libertorũ. An libertos ciues uocat seruiles:q Cæsari seruiebant etiã publice iugulato. Legari. In legationẽ uotiuam aliquo mitti. Voluerim. Vetus lectio/noluerim. Ante res platas. Ante cõiurationẽ cum facinore apertã. Cui. Tumori. Odisse nõ deberẽ. Quod in urbe substiti/tanquã medicus mali maximi emergentis. Tyranni satellites. Dolabellam & Antonium/ cæterosq; quos ex sinu suo Cęsar posuerat in imperiis. In latere. In Italiæ partibus etiam propinquis: ut in Campania. Εὐριπιστά. Instabilia/ab Euripo/ qui septies in die fluit & refluit/Liui⁹ negat. Eos. Heroes/ Tyrãnoctonos. Parietibus contineri. Immo tueri se stipatoribus armatis/populo domos illorũ cõuolante. Illi. Sed illi Tyrannicidæ. Quoquomodo. Quomodocunq; res uergat: an felicem exitum res habebit/an cõtra. quoniã ut ait Plautus/ qui per uirtutem peritat/nõ interit. Beati. Erũt. Ciuitas. Roma. Quid aduentus Octauii. Significet. Veniebat adolescẽs Octauius in urbem ut pecunias Cæsaris repeteret ab Antonio. Ad eum. Fiant. Νεωτερισμοῦ. Nouarum rerum. Numquid aliqua turba extabit. Nõ puto. Octauium fore causam nouitatis/ & tamẽ fuit. Sed adiuuante Cicerone/per se nihil poterat.

Memoriæ peccatum. Aleator. Phyrmos.

Euripista.

Neoterismus.

esse Bruto. Illa signa nõ bona: si cum signis legiones ueniunt e Gallia. Quid tu illas putas: quæ fuerunt in Hispania? non ne idem postulaturas? Quid eas: quas Annius trãsportauit? Caninium uolui: sed μνημονικὸν ἁμάρτημα: ab aleatore φυρμὸς πολύς. Nam ista quidẽ Cæsaris libertorum cõiuratio: facile opprimeretur: si recta saperet Antonius: meã stultam uerecũdiã: qui legari noluerim ante res prolatas: ne deserere uiderer hunc rerũ tumorem: cui certe si possem mederi: odisse nõ deberẽ. sed uides magistratus: siquidẽ magistratus illi sunt: uides tamen Tyranni Satellites in Imperiis. uides eiusdem exercitus. uides in latere ueteranos: quæ sunt εὐρίπιστα omnia. Eos autem: qui orbis terræ custodes nõ modo septi: uerum etiã magni esse debebãt: tantũmodo laudari: atq; amari: sed parietibus contineri. Atq; illi quoquomodo beati. Ciuitas misera. Sed uelim scire: quid aduẽtus Octauii. num qui concursus ad eum: num quæ νεωτερισμοῦ suspitio. nõ puto quidem. Sed tamẽ quicquid est: scire cupio. Hæc scripsi ad te proficiscens Astura. III. Iduum. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Argumentum.

Iterũ sunt animi paululum excitatioris occiso Tyrãno de legionibus gallicanis falsus rumor.

Interpretatio.

FVNDIS. Sinu Caietano continuus. Cecubus mons/ cui adiacent fundi. In uia Appia/ prope ager Cecubus uinibus laudatus. Opidũ familiæ columnensis notissimum. Heroibus. Coniuratis: Tyrannicidis. Brutos Cicero in epistolis famil. conseruatores patriæ uocat: ubi sententiam Marco Tullio condignam protulit: hisq; congruentem. O rem miseram: dominum ferre non potuimus: conseruo seruimus. Pro re nata. Pro articulo & cardine: in quo res uertitur? Pro rei dubiæ momento. Sesti illi. Lege Sestilii ut sit nomen proprium Beroaldus Sestilianum scribit. Sestion enim ut prodit Stephanus ciuitas mediterranea oenotrum. Gentile sesticus.

Fundi. Cecubus.

PRidie Iduũ Fundis accepi tuas lr̃as cœnans. primum igitur melius esse. deinde meliora te nũtiare. odiosa illa enim fuerãt: legiones uenire: nã de Octauio scis quæ expecto: quid de Mario? quẽ quidem ego sublatum rebar a Cæsare. Antonii colloquiũ cũ Heroibus nostris p̃ re nata nõ incõmodum. sed tñ adhuc me nihil delectat pręter Idus Martii: nam quoniam Fũdis sum cũ Ligure nostro structore Sestilii Fun-

Verborum. Seruo uel liberto Cæsaris: qui fundus ciuium Romanorū fuerat. De toto genere. De uniuersis iniuriis quas sub Cæsare ciuitas est passa. Ea. Propter commentarios Cæsaris: quos Cōsul probabat Antonius, & iis imperiū promercale corrupto Faberio scriba Cæsaris habebat, cū diceret, ita statuerat Cæsar, sic dono dederat: ista promiserat. Illum. Cæsarē. Consules. Habebimus. In biēnium. Spatio biennii. Cæsar his consulatum in biēnium promiserat, fiat ergo consul. πολιτεύεσθαι. Gubernare Remp. Nihil enim σόλοικον. Nihil tam solœcon.

dum a Verberone Curtilio possideri: quod cum dico: de toto genere dico. Quid enim miserius: quam ea nos tueri: propter quæ illum oderamus? Etiam nec Consules: et Tribunos Pl. in biennium: quos ille uoluit? nullo modo reperio: quemadmodum possim πολιτεύεσθαι. Nihil enim σόλοικον ἢ τυραννοκτόνους in cœlo esse: Tyranni facta defendi: sed uides eos: uides reliquos magistratus: si isti magistratus. Vides languorem bonorum. exultant lætitia in municipiis. dici enim non potest quantopere gaudeant. ut ad me concurrant. ut audire cupiāt uerba mea de Rep. nec ulla interea decreta. Sic enī πεπολιτεύμεθα: ut uictos metueremus. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plura: et πολιτικώτερα postea: & tu quid agas: quidqꝫ agaꝸ. Postridie Iduū Paulum in Caieta uidi. Is mihi de Mario: & de Repu. alia quædā sane pessima. a te scilicet nihil. Nemo enim meorum aliqua: sed Brutum nostrum audio uisum sub Lanuuio: ubi tādem est futurus? nam tum reliqua: tū de hoc scire aueo oīa. ego e Formiano exiens. XVII. Calēdarum: ut inde altero die in Puteolanum scripsi hæc. A Cicerone mihi literæ sane πεπυκνωμέναι: & bene longæ. Cætera autem uel fingi possunt: πεπυκνῶς literarū significat doctiorem. Nunc magnopere a te peto: de quo sum nuper tecum locutus: ut uideas: nequid ei desit. Id tum ad officium nostrū pertinet: tum ad existimationem: & dignitatem: quod idem intellexi tibi uideri omnino. Si ergo est: uolo mense Quintili in Græciam. Sunt omnia faciliora: sed: cum sint ea tempora: ut certi nihil esse possit: quid honestum mihi sit: quid liceat: quid expediat: quæso da operam: ut illum quam honestissime: copiosissime tueamur. Hæc: & cætera: quæ ad nos pertinebunt: ut soles: cogitabis: ad meqꝫ aut quod ad rem pertineat: aut: si nihil erit: quod in buccam uenerit: scribes. Vale.

Significant hæc uerba nihil tam absurdum quam tyrannicidas.

Vides eos. Tyrannicidas languere ac pene latere. Nonnulli legunt. sed uides Coss. Subintellige quos Cæsar sine suffragiis solo nutu designauit. His nō absludunt: quæ in familiaribus idem scripsit. Oppressa sunt omnia nec habent ducem boni: nostriqꝫ Tyrannoctoni longe gentium absunt. Magistratus. Impositos nobis a Tyrāno. Languorem. Inertiam: non mollitatem. Sed malaciā. Gaudeant. De morte Cæsaris. De te. Scribe. De Repub. Ulla decreta. Subintellige fiunt. πεπολιτεύμεθα. Rempub. Administrabimus. πολιτικώτερα. Ciuiliora.

Tu quid agas. Scribe: & me facito certiorem. A te nihil. Scribitur. Scire aueo omnia. Iunge superioribus. Ego e formiano. Principium clausulæ sequentis. πεπυκνωμέναι. Densæ.

Cætera. Belle scribit Cicero filius meus: non intumesco, quoniam a docto præceptore uel ab aliquo amico filii scribi possunt, cæterum crebritas mittendi facit ut rear esse sua. πεπυκνῶς hoc in loco significat crebritatem. Doctiorem. Ac facundiorē factum Ciceronem. Ei. Ciceroni filio.

Si ergo est. Tam doctus filius ac patris imitator. diutius eius desiderium ferre non possum.

Volo. Volabo. Tempus pro tempore. Tueamur. Muniamus contra necessitates humanas.

¶ Argumentum.

NONNULla de Parthis & Parthorum uictoria, mox eorundem resipiscentia. Ruina duarum tabernarum eum non conuellit Socraticis munitum doctrinis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TV me iam rebare: cum scribebas: in actis esse nostris & ego accepi. VII. Calédarum in diuersorolo Sinuessano tuas literas. de Mario probo: etsi doleo. L. Crassi nepotem optime: tam etiã Bruto nostro probari Antonium. Nam quod Cluuiam scribis moderate: & amice scriptas lr̃as attulisse: mihi dedit Paulus ad se a fratre missas: quibus in extremis erat: sibi insidias fieri. se id certis authoribus comperisse. hoc nec mihi placebat: et multo illi minus. Reginæ fuga mihi molesta est: sed Clodia quid egerit: scribas ad me uelim. De Bizantiis curabis: ut cætera: & Pelopem ad te arcesse. Ego: ut postulas: Baiana negocia: chorumq; illum: de quo scire uis: cum perspexero: tum scribã: ne quid ignores. Quid Galli: qd Hispani: quid Sestius agat uehemẽter expecto. Ea scilicet tu declarabis: qui cætera. Nauseolam tibi tum ansam ocii dedisse facile patiebar: uidebare enim mihi legenti tuas literas requiesse paulisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito. ubi sit. quid cogitet: quem quidem ego spero iam tuto: uel solum tota urbe uagari posse. Verũtamen de repu. multa cognoui ex tuis literis: quas quidem multiiuges acce pi uno tempore a Vestorii liberto. ad ea autem: quæ requiris breui respondebo. Primum uehementer me Cluuiana delectant. Sed quod quæris quid arcesserim Chrysippum. tabernæ mihi duæ corruerũt: reliquæ rimas agunt. Itaq; non solum inquilini: sed mures migrauerunt. Hanc cęteri calamitatẽ uocant. Ego ne incõmodum quidem. O Socrates. O socratici uiri: nũquam uobis gratiam referam. Dii immortales: quã mihi ista pro nihilo. sed tamẽ ea ratio ædificandi initur: consiliario quidem: et authore Vestorio: ut hoc damnũ quæstuosum sit. Hic turba magna est: eritq;: ut audio: maior. Duo quidem quasi designati Consules. O Dii boni. uiuit tyrannis! tyrannus occidit! eius interfecti morte lætamur: cum facta defendimus! Itaque q̃ seuere nos M. Curtius accusat: ut pudeat uiuere. neq; iniuria: nam mori milies præstitit: q̃ hæc pati quæ mihi uidentur habitura etiam uetustatem. et Balbus hic est: multũq; mecũ

Interpretatio. TV ME iam. Epistola a superiori seiuncta. In actis. Legatur in hortis. Beroaldo placet in agris. Diuersoriolo. Hospitiolo. Optime. Zeugma ab inferiori. Subintellige probari. Fieri. Tendi. Illi. In nõnullis exemplaribus tibi legitur. Reginæ. Calpurniæ uxoris Cæsaris: quæ post mariti mortem conuasauit: ut uerbo Terẽtiano utar: atq; delituit. Alii Octauiũ puerum. Alii Cytheridem scortum Antonii triũuiri. Sestius. Lege. Sextus. Põpeius uidelicet qui iam impio Siciliã tenebat. Nauseolam. Fastidium stomachi uel illo Ouidiano uersiculo docẽte. Non semel est stomacho nausea facta meo. Tum causam. Scribe. Tũc ansam. Ansa pro occasione ponit. nauseola fuit in causa ut Atticus otia duceret. Multiiugas. Multipharias. Chrysippũ. Architectum de quo supra: ubi alii legebant Euripum: docet hic locus eos facile decipi. Inquilini. Alii scribũt aranei. aiũt futuram domũ araneos ac mures primo deserere ac longe facessere. Plinius auctor. Hirũdines idem factitare tradunt. Incõmodum. Tantũ pollet philosophica medela ut turpitus affectus aĩ: quos græci uocant pathe: conuellat. O Socrates. O Academia q̃ dulcis est cratera tua: q̃ iucunda: quantam Tranquillitatem animis inicis. His germana pene in familiepist. Philosophiæ magnam habeo gratiã quę me non modo a sollicitudine non abducit: sed etiam cõtra fortunæ impetus armat. Gratiam. Pro meritis. Pro nihilo. Ducũtur. Ratio initur. Hoc cõsilium capio ut ædificem. Tyrannis. Hæreditas Tyranni in quæstu. Cum facta. Et facta. Ridiculum commentũ. Præstitit. Melius fuit. Habitura uetustatem. Transitura ad posteros cũ nostra suggillatiõe: uel diu uictura ista Tyrãnis si tot honorũ seq̃las habebit. Multũ mecũ. Est & uersat.

Diuersoriolum. Regina. Nauseola. Ansa. Multiiugę. Aranei. Mures. Abesit ante ruinam.

Ad quem.Balbū. A uetere. Antistio uetere. Legitur Laureæ uersiculus apud Plinium.

Nanq; academiæ celebratam nomine uillam

Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.

A se. Antistio uetere:qui post obitū Ciceronis Academicum eius fundū possedit/auctore Plinio. Catilius.Parthorū dux. Pacorum.Parthorum regē/de quo extat id epigrāmatici poetæ.Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula.Hunc Cice.in epistolis famil.horodis filium dicit. Sibi.Ex manibus suis. Eum. Catilium. Ereptū. A Pacoro. Accusat.Vetus. Volcatiū. Qui non tulit auxilium. Impetratū. Scribe imperatum.

Antistius Vetus.

Pacorus.

ad quem a Vetere literæ daræ pridie Calendarum Ianuarii:cum a se Catilius circūsederetur: & iam teneretur uenisse cū maximis copiis Pacoṛ Parthum. ita sibi esse eū ereptum multis suis amissis: in qua re accusat Volcatium. ita mihi uidetur bellū illud instare:sed Dolabella:& Nicias uiderint.idem Balbus meliora de Gallia.XXI.die literas habebat:Germanos:illasq; nationes re audita de Cæsare:legatos misisse ad Aurelium:qui est præpositus ab Hirtio: se:quod imperatū esset:eē facturos.Quid quæris?Omnia plena pacis:aliter ac mihi Caluena dixerat.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ITa ne uero hoc meus: & tuus Brutus egit:ut Lanuuii esset?ut Trebonius itineribus deuiis proficisceretē in Prouinciam? ut omnia facta:scripta:dicta: promissa:cogitata Cæsaris plus ualerent:q̄ si ipse uiueret? Meministi ne clamare illo ipso primo Capitolino die?Senatū in Capitolium a prætoribus uocari? Dii immortales:quæ tum opera effici potuerunt:lætantibus omnibus bonis:etiā sat bonis fractis latronibus. Liberalia tu accusas. Quid fieri tum potuit? Iam pridē perieramus. Meministi ne te clamare cām periisse: si funere elatus esset? at ille etiā in foro com

¶Argumentum.

IVLat Cicero funere elatum Cæsarē: ac omnia periisse seruis Tyranni occiso Tyranno tenentibus omnia/Tyrannicidas accusat qui deuiis itineribus sunt in prouinciam profecti.

¶Interpretatio.

ITA ne? Diuidenda a superiori epistola. Ita egit? Interfecit Cæsarem Brutus ut esset Lanuuii nō in urbe:in qua manendum fuit: & cum reliquis Tyranni confligendum. In hoc Brutum Cice. reprendit in quadam ad eum epistola. In medio achaico cursu cum etesiarū diebus Auster me in Italiam/quasi dissuasor mei consilii retulisset/ te uidi Veliæ/doluiq; uemēter. Cedebas enim Brute/cedebas/quoniam Stoici uestri negant fugere sapientis. Itineribus dubiis. Per diuortia uiarum & anfractus. Vt uiuerent. Cedentibus patriæ conseruatoribus qui aduersus hæc monstra pugnare debebant:quorum fomes erat Antonius/cuius furori cum omnes desperatam prouinciam fugerent se Marcus Tullius obiecit: ut uere glorietur in quadam epistola familiari Antonium ructantem & Nauseantem coniecī in Cæsaris Octauiani plagas. Clamare. Vociferari Antonium quod non consul/sed prętor Senatum uocaret. Capitolino die.Quo post mortem Cæsaris statim uocatus est Senatus in capitolium pro libertate uindicanda.Cicero infra. Illam sessionem capitolinam mihi non placuisse/ tu testis es/& quæ sequuntur. Tum. In principio cum consules Cæsariani: auctoritatem Amiserant. Opera egregia. Euelli debuit radicitus arbor:& reliquiæ quæ mox miserrime torserunt/succidendæ. Etiam sat bonis.Mediocriter bonis. Fractis.Debilitatis/immo;concisis. Latronibus.Dolabella & Antonio/ reliquisque Tyranni fautoribus. Liberalia accusas. In liberalibus Senatus conuocatus est ab Antonio frequens/circū septus est Ituræis & armatis/coactusq; est in acta Cæsaris iurare:de quo infra sic idem Cicero. Cæteri quis non? cui seruire ipsi non potuimus/ eius libellis paremus. Nam liberalibus quis potuit in senatu non uenire?Fac id potuisse aliquo modo fieri:num etiam cum uenissemus libere potuimus sentētiam dicere?Nonne omni ratione ueterani:qui armati aderant/ cum præsidii nos nihil haberemus/ defendendi fuerunt? Causam.Optimatum. Funere. Non modo publico:sed concesso funere.

Liberalia.

Laudatus. Ab Antonio: qui in fine orationis ostensa prętexta populum in Tyrānicidas irruere coegit. Extat adhuc Antonii oratio apud Dionem. Tranquillus quoq; in summo, inquit publico luctu exterarũ gentiũ multitudo circulatim suo q̃q; more lamētata est, pcipueq; Iudęi recutiti. Trāquilli uerba sunt hęc. Plebs stati a funere ad domũ Bruti & Cassii cũ facibus tetēdit: atq; ægre repulsi. Quæ deinde. Me miserũ cōsecura sunt. Vt audeāt dicere. Serui Tyranni. Tu ne cōtra Cæsaris nutũ? Aderis: uenies. γῆν. Ita scribendũ. γῆν πρὸ γῆς. Hoc est terrā p terra. Integrũ

Terram p terra.

est. γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνουσιν: in eum fert q sedes mutat & uagat. Aristophanes. καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς Lucianus in pseudomante huius prouerbii meminit, & Alciphron gręcus auctor in quadam epistola. ὑπηνέμιος. Subuentanea, a uento concepta, ut Oua epizephyria & Vria, uel uentosa & inanis. Dixit enim supra Atticũ nauseola laborare. Lætanti. De incolumitate tua. Beroaldus lectitāti mauult. Theobassos. Nulli nullibi sunt hoc noie populi. Quare legendum uidetur, Theos, bessos. Thea ciuitas laconiæ auctore Stephano: qui fortissis populus erat i armis. Bessi uero sunt sarmataq; feri populi q audita morte Cæsaris ꝯtineri nō poterāt, de quibus sic Ouidius. Viuere q̃ miserum est inter Bessosq;: Getasq;.

Hypenemia.

Theobassi.

Thea.

Bessi.

bustus: laudarusq; miserabiliter: seruiq;: & egentes in tecta nostra cum facibus imissi. Quæ deinde ut audeant dicere: tu ne contra Cæsaris nutum? Hæc & alia ferre nō possum. Itaq; γῆν πρὸ γῆσ cogito: tua tamen ὑπηνέμιοσ nausea iam plane abiit. mihi quidē ex tuis literis tum lectitanti ita uidebaẽ. Redeo ad Theobassos: Sueuos: Frācones. hos tu existimas confidere se illa habituros stantibus nobis: in quibus plus putarũt uirtutis: quā experti sunt! pacis isti scilicet amatores: & non latrocinii authores. At ego cum tibi de Curtilio: Sestilianoque fundo scripsi. De Censorino: de Messala: de Plāco: de Posthumio: de genere toto: melius fuit perisse illo interfecto: quod nunquā accidisset: quā hæc uidere. Octauius Napolim uenit. XIIII. Calendarum. Ibi eum Balbus mane postridie: eodemq; die mecum in Cumano illum hæreditatem aditurum. Sed: ut scribis ῥίζωσισ magnam cum Antonio. Buthrotia mihi tua res est: ut debet: eritq; curę. Quid quęris! Iam ne ad cētena Cluuianum aduentare uidetur! Sed primo āno. LXXX. detersimus: quæ pater ad me grauia de filio! matri: quod maxime nunc indulgeat: cui antea bene merenti fuerit inimicus: ardenteis in eum literas ad me misit. Ille autem quid agat: si scis: neque dum Roma es profectus: scribas ad me uelim: et hercule si quid aliud. uehementer delector tuis literis. Vale.

Sueui

Francones.

Galli pfidi.

Franci.

Sueuos. Noti sunt germaniæ populi sueui, fœderati pter merum Heluetiorũ. Francones. De quibus Tacitus cum situm germaniæ explicat, qui galliarũ domitores francos pro gallis appellarunt. Francorum est, ut ait Vopiscus in proculo ridendo fidem frangere. Frācifcus Petrarcha Frācos a feritate morum dictos putat, qui feroces olim habiti, nunc tamē longe alii. Leues lætiq; homines sunt, facilis ac iucũdi conuictus: qui libenter adsciscant gaudia: curas pellāt, ridendo, canendo, edendo & bibendo. In quibus. Romanis. Isti. Romani. Latrocinii auctores. Credebantur. Latronem experti sunt Cæsarem, quid de Tyranni seruis sperabunt? Periisse. Nos. Illo. Pompeio. Accidisset. Si ante perissemus. ῥιζότμιν. Aldus maniosus tacet ut captus Atagen. Emenda. ῥίζωσις hoc est radicatio, in euellendis radicibus incidēdisq; & in diuidendo patrimonio, facultateq; Cæsaris. Concluuianum. Emendat Beroaldus. Ad centena Cluuianum, quod ager Cluuianus ascendit ad summam centum sestertiorum, dum is est in manu Ciceronis. Aduentare. Accedere, ascendere. Ego propter sequentia priscos sequtus codices olim scribebam, Cœnam Cluuianam: ut intelligat de Qu. Iuniore, qui Cœnatum ad quendam Cluuiũ eius amiculum uenerat. Verbum quoq; aduentare, non est proprium in significatu Beroaldi. Infra tamē colligitur intelligendum de agro sic. De Cluuiano quoniam in re mea me ipsum diligentia uincis: res ad centena perducitur. Detersimus. Si ad agrum refers, interpretare detraximus ex hortis Cluuianis. Si ad filium Quintum, quod Cice. detrasit sexcentas maculas, quarum turpitudine sordebat: scribendũq; erit sexcenta, hoc est. dc. Ardentis. Fulminantis in patrem filii. Ille. Frater meus.

Rhizosis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

N Vdiustertius dedi ad te epistolam lon giorem: nūc ad ea: quę proxime uelim: mehercule Asturæ Brutus. ἀκολασίαμ istorum scribis: an cēsebas aliter? Equidem etiam maiora expecto. quin equidem concionem lego de tanto uiro: de clarissimo ciue ferre non queo. etsi ista iam ad risum. sed memento. sic alitur consuetudo perditarum concionū: ut nostri illi non Heroes: sed Dii futuri quidem in gloria sempiterna sint: sed non sine periculo quidem. Verum illis magna consolatio conscientia maximi: & clarissimi facti: nobis quæ? qui interfecto Rege liberi non sumus? Sed hæc fortuna uiderit: quoniam ratio nō gubernat. De Cicerone: quæ scribis: iucūda mihi sunt: uelim sint prospera. Quod uero tibi est curæ: ut ei suppeditetur ad usum: et cultum copiose: per mihi gratum est. idque ut facias te etiā rogo. De Buthrotiis: & tu recte cogitas: et ego non dimitto istam curam: sed suscipiam omnē istam actionem: quam uideo quotidie faciliorem. De Cluuiano: quoniā in re mea meipsum diligentia uincis: res ad cērena perducitur: nam tem nō fecit deteriorem: haud scio an iam fructuosiorem. Hic mecū Balbus: Hirtius: Pansa. modo uenit Octauius. & quidem in proximā uillam Philippi mihi totus deditus. Lētulus Spinther hodie apud me: cras mane uadit. Vale.

¶ Argumentum.

AR. Priori fere argumētum. Periculū instare tyrannicidis, futuros tamē eos in gloria sempiterna. De Cicerone filio iucunda: cui ad usum copiose suppeditari uult. De aduentu Octauii & nōnullorum, de causa Buthrotiana.

¶ Interpretatio.

A STVræ. Conuenit. ἀκολασίαν. Nequitiam, intemperantiā. Concionem. Subintellige quū: quando audio Cæsarianos satellites laudare Cęsarem manifestarium Tyrannum, & in patriæ exitium natum, ferre nō possum. Tanto uiro. Sic Cęsarem memorant. Ista. Minuta, publica. Iam ad risum. Sunt mihi philosopho. Memento. Me profiteri philosophiam. Sic alitur. Ferendo uoculas huiusmodi. Nostri Tyrannicidæ. Nobis quæ. Consolatio superest nulla. Cicerone. Filio studioso. Buthrotiis. Rebus tuis epiroticis, de quibus supra. Haud scio an iam fructuosiorem. Immo credo fecisse fructuosiorem. Philippi. Vitrici sui: qui eum a pugna cum Antonio deterrebat. Deditus. Est Octauius.

Acolasia.

M.T.CICERO.T.P. ATTICO.S.

O Mi Attice uereor: ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam: et odii pœnā: & doloris. Quæ mihi istinc afferuntur? Quæ hic uideo? πράξεως καλῆς μὲν ἀτελοῦς δέ: scis quā diligam Siculos: & quam illam clientelam honestam iudicem. Multa illis Cæsar: neq; me inuito. etsi latinitas erat non ferenda: uerūtamen autē ecce Antonius accepta grandi pecunia: fixit legem a Dictatore comitiis latā qua Siculi ciues Romani: cuius rei uiuo illo mentio nulla.

¶ Argumentum.

VERitur id quod supta extincto Tyranno nihilominus uiuere Tyrannidem. Antoniūq; ciuitatem Siculis concessisse fingentem hoc se ex cōmentariis Cęsaris facere.

¶ Interpretatio.

I DVS Martiæ. Cædes Cæsaris Idibus Martiis facta. Nihil dederint. Re ipsa, sed uerbo. Istinc. Roma. πράξεως καλῆς. Rem pulchram quidem, sed imperfectam. Scis. Ostendit emolumenta & honores collatos in siculos clientes sibi non displicere. displicere cuncta sine discrimine turbari, Tyrannumq; occisum non uideri. Illis. Siculis contulit. Latinitas. Ius latii: quod Cæsar Siculis dedit ferendum non erat, nunc eos Antonius ciuitate donat. A dictatore. Cæsare. Romani. Fierent. Illo. Cęsare.

O rem pulchrā sed imperfectam.

Latinitas.

Per Fuluiã. Vxorem Antonii:per quã partem regni quo mulctatus a Cęsare fuerat/obtinuit. Buthrotiã. Tuam rem iustam obtinere non poterimus/credo quoniã pecunia pręferiti nõ emi mus ut Siculi & Deiotarus. Quæ fuerit hæc causa Buthrotia in calce huius operis aperitur in qua dam epistola ad Plancũ & Capitonem. Eo quidem magis. Tanto magis rem Buthrotiã non tenebimus. Quo ista plura nobiscum. Quãto magna ista/hoc est iustitia/ęquum/ nobilitas pe/ tentium & claritudo/sunt nobiscũ/fauent uidelicet nobis:seditiosis:turpibus:iniquis/factiosis nue pecsilosis fauet Antonius. Per honorifice. Salutat/ambit/ atti/ det Octauius. Philippus non. Salutat Cæsarem/ Quinimo ab huius prouicia deterrebat. Ne nos quidem. Salutamus. Quẽ. Octauium. Posse. Dici. Cir cũstant: Facinorosi ad deprauan dum parati. Cice. in quadam epi stola ad Brutũ. Cæsaris uero pue ri mirifica indoles uirtutis: utinã tam facile eum florentem & ho/ noribus & gratia regere ac tene/ re possimus/quã facile adhuc te/ nuimus. Paulopost. Videtur in Octauio esse bona indoles. sed flexibilis ætas/multiq; ad depra/ uandum parati/q splendore falsi honoris obiecto/ aciem boni in/ genii pręstringi posse confidunt. Alibi. In octauio bona indoles: ἐὰν διαμένῃ: si permanserit uideli cet. Cui. Cæsari. Nostri. Ty rannicidæ. Oderat Mar. Brutus

la. Quid de Deiotari nostri causa: num similis? Dignus ille quidem omni regno: sed non per Ful uiam. Sexcenta similia. Verum illuc referó tam cla ram: tamq; testatam rem: tamq; iustam. Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidẽ magis: quo ista plura nobiscum: hæc perhonorifice: & ami ce Octauius: quem quidem sui Cæsarẽ salutabant. Philippus non. itaq; ne nos quidẽ: quem nego pos se bonum ciuem: ita multa circũstant: qui quidem nostri mortem minitantur. Negat hæc fieri posse? Quid censes: cum Romam puer uenerit: ubi nostri liberatores tuti esse nõ possunt? Semper quidẽ erunt clari: conscientia uero facti sui etiam beati. Sed nos (nisi me fallit) iacebimus. Itaque exire aueo: ubi nec Pelopidarũ inquit: haud amo uel hos designatos: qui etiam declamare me coegerũt: ut ne apud aquas quidem acquiescere liceret: sed hoc meæ nimiæ fa cilitatis. Nam id erat quondam quasi necesse. nunc

Octauium: futurumq; semper diuinauit exitio optimatum: cuius Bruti oraculum accipe in qua/ dam epistola his uerbis. Licet ergo patrem appellet Octauius Ciceronem: referat omnia: laudet: gratias agat/tamen illud apparebit uerba rebus esse contraria. Negat. Quis. Cum romam quom uoces appellantium eum Cæsarem audientur. Liberatores. Brutus ad Ciceronem. Ego mediusfidius non existimo tam omnes deos auersos esse a salute Pop. Roma. ut Octauius oran/ dus sit pro salute cuiusquã ciuis: non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iacebimus. Opti/ mates in nullo erunt honore. Pelopidarũ. Tyrannorum ab Agamemnone qui a Pelope anti/ quã ducebat originem. Aliqui Pelopidas optimates uel quoscũq; potentes. sed Reipu. infidos in/ telligunt: a Pelope propter hæc uerba quæ sunt apud Plutarchum in Scipione. Ampla enim im peria & nimiæ quæ expetuntur opes/tanque uarias & circũfusas molestias habent/ ut non minus uere quã eleganter a Theocrito dictum sit.

Pelopidæ.

Non mihi sunt uel opes Pelopis/nec multa Talenta:
Nec celeri cursu uentos superare fugaces.
At uacuo curis liceat cantare sub antro:
Et procul e specula mare despectare profundum.

A Pelopis nomine dicta Peloponesus/& Pelopidæ deducti/unde nomen Pelopidarũ apud histo ricos celebre: cui sic allusit Theocritus in Bocoliastis. μή μοι γᾶν πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα. Non mihi habeam terram Pelopis/neque aurea talenta. Cicero destinauit iter in græciam. sed ab Etesiis tanquã consilii dissuasoribus reflatus est ad Leucopetram / Romam uenit/ & Anto/ niano furori se obiecit. Inquit. Quis. Designatos. A Cæsare consules Hirtium uidelicet ac Pansam. Declamare. In quos quotidie umbraticis agonibus inueheret. exercebat se quotidia/ nis declamationibus Cicero. Ad aquas. Baianas/Balnea huiusmodi frequentat Cicero: in qui bus molliter uiuendum est: dicenda ac audienda iucundissima. Libro primo harum epistolarum obicit Clodius Ciceroni ad Baias fuisse. Sed hoc. Quotidie declamare nimium faciliter face/ re soleo: nec exasperat ob insolitam consuetudinem. Id. Declamare. Necesse. Vt dicen/ di copiam contraherem.

Item. Similiter, usu illaborata uerba fluunt. De Bruto. Scribito. Ambulatione. Hic nihil mihi sensui deesse uidetur. Anteponenda. Prisci codices repetenda. Vtraque lectio defendi potest. Hic est finis huius epistolæ.

¶ Argumentum.

QVAMVIS. Initium alterius epistolæ instar declamationis ubi se exercebat, ac urgentibus ciuilibus bellis ignorat Cicero quid agendum sit.

quoquo modo se res habet: non est item: quam dudum. nihil habeo: quod ad te scribam: scribo tamen non ut delecter his literis: sed ut eliciam tuas: Tu siqd erit de cæteris: de Bruto unq; quicqd erit. Hæc conscripsi. X. Calendarum accubans apud Vestorium hominem remotum a Dialecticis: in Arithmeticis satis exercitatum. Septimo denique die literę mihi redditæ sunt: quæ erant a te. XIII. Calendarum datæ: quibus quęris: atq; etiam meipsum nescire arbitrans: utrum magis tumulis: prospectuq;: an ambulatione delecter. Est mehercule: ut dicis: utriusq; loci tanta amœnitas: ut dubitem utra anteponenda sit.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

QVamuis enim tu magna: et mihi iucunda scripseris de. D. Bruti aduentu ad suas legiones: in quo spem maximam uideo: tamen: si est bellum Ciuile futurum: quod certe erit: si Sextus in armis permanebit: quem permansurum esse certo scio: quid nobis faciendum est: ignoro. neque enim iam licebit: quod Cæsaris bello iam licuit: neq; huc: neq; illuc: quęcunque enim hæc pars perditorum lætatum morte Cæsaris putabit (lætitiam autem apertissime tulimus omnes) hunc in hostium numero habebit. quæ res ad cædem maximam spectat. Restat: ut in castra Sexti: aut forte Bruti nos conferamus. res odiosa: & aliena nostris ætatibus: et incerto exitu belli. et nescio quo pacto tibi ego possim: mihi tu dicere.

τέκνον ἐμὸν οὔ σοι δέδοται πολεμήια ἔργα,
ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

Sed hæc fors uiderit ea: quæ talibus in rebus plus: quam ratio potest. Nos autem id uideamus: quod in nobis esse debet: ut quicquid acciderit: fortiter: & sapienter feramus: et accidisse hominibus meminerimus. nosq; cum multum literæ: tum non minimum Idus quoque Martiæ consolentur. Suscipe nunc meam deliberationem: qua solicitor: ita multa ueniunt in mentem in utranq; partem.

¶ Interpretatio.

SEXtus. Pompeius. putabat Cic. falsus animi bellum ciuile a Sexto Pompeio pendere. sed aliunde pependit. Sestus. Lege, Sextus. Neq; huc. A Cęsare ad Pompeium: ad Cæsarem a Pompeio transire: in quo summa clementia fuit, ut ultro uictis parceret. In his ab heroica uirtute degenerantibus incredibilis est feritas. Pars perditorum. Seditiosorum secta, & latronum conspiratio: seu potius consutatio. Putauit. Scribe putabit. Tulimus. Prę nobis tulimus: ostendimus. Quæ res. Alibi. Quare res. Castra Sesti. Scribe Sexti Pompeii uidelicet: quę castra bellis his ciuilibus ara misericordię fuerunt Atticæ, cunctis illuc inimicis Cęsaris ut ad tutissimum portum profugientibus. Exitu. Et odiosa. quoniam belli exitum ignoramus. Nam si p latronib. uictoria stabit, de nobis actum uideo. τέκνον ἐμὸν οὔ σοι δέδοται. Carmina sunt Homerica. Nate mi non tibi conceduntur bellica opera. Sed tu placida aggredere sapientiæ, doctrinæ, sermonis, eloquentiæ, literarum opera. Significant ii uersus: supra uires nihil esse tentandum: quod alibi Homerus sic innuit. πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν. nemo supra uires bellum gerere pōt animo quantumuis acri. Paridis ad fratrem sermo. Fortuna. Et hęc est Homerica sententia. Sic. n. i Iliados. R. canit cæcus oculatissimus. ἀλλ' ἤτοι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Torquebor ego. at hæc deo curæ fuerint: cui Sulmonensis poeta succinuit Quem Dis uotisq; reliqr. Plautinum illud arridet. Cętum sapientum cōsilia hęc uincit dea. Deliberationem. Declamationem in utramque partem.

Supra uires nihil tentes

¶ Argumentum.

PROFIciscor. Noua epistola qua in Græciam meditatur impetrata legatione libera a senatu. Nec erat uerisimile athletam ac pastorem gregem a lupis disiectum relinquere. Ibat tamen incertus futuri casus/ cum etesiæ ueluti consilii dissuasores ancipitis: illum reuerberarunt in Italiam.

¶ Interpretatio.

IN DISCRImẽ. Mansurum. Sapiens si uere sapit/ primum sibi sapere debet: ut inquit Plato. Homerus quoq; locupletissimus auctor primũ uitam nostram nobis curæ esse debere/ testatur. Priuata. Domestica/ cum debeam imprimis publica curare. Confirmationem. Vt inolescentem uirtuti Ciceronem confirmẽ/ ac radiculas facere cogam. Illuc: Athenas. Legari. Legatus mitti. Hanc legationem impetrauerat a Cæsare. Quod introducatur. Lege/ quo introducatur: in quã uillam Aquilia statuetur in bonis possessioneq; pro dote qua tenetur ei frater in causa restitutionis/ ut Aquilia cum qua Quintus diuortium fecit introducatur in minusculam uillã donec ei Aquiliæ dos ipsa restituatur. Dotata Aquilia. Quæ pecunia uenit ex Aquilia: quã dotatam. Q. Cice. senior duxit uxorem. Inferius Mar. Tullius Aquiliam nouercam. Q. Iunioris appellat: quam Cicero filius ferre nõ poterat. Nihil cogito. Vendere non cogito. Debitiõe dotis. Quoniam debitor est dotis Aquiliæ/ cum qua forte diuortium fecerat. A ducenda uxore. Cuius dote: ut uersura facta: dos restituatur Aquiliæ. Libero. Cęlibe. Auguror in lecto mẽdaces cælibe somnos/ inqt Ouidius. Qui non litigat/ cælebs est: prouerbium est Hieronymianũ cui suffragatur ingeniosus poeta. Dos est uxoria lites. Quis græcanicum distychon ignorat? Mulier omnis bilis est. Habet autem duas bonas horas/ unam in Thalamo/ alteram in morte. Sesti. Scribe. Sexti. Hic filius Clodii fuit inimici Ciceronis: cuius reditum prius a Cicerone blandissimis uerbis impetrauit Antonius. Epistola est apud Ciceronem inferius suauissima/ ac prudentiæ plenissima. Facillimum. Impetrabilem.

In mulieres

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRoficiscor: ut constitueram legatus in Græciam: credis! impendentis periculi non nihil uitare uideor: sed casurus in aliquam uituperationem: quod Reipu. defuerim tam graui tempore. Sin autem mansero: equidem uideo: in discrimine: sed accidere posse: suspicor: ut prodesse possim Reipub. Iam illa consilia priuata sunt: quod sentio ualde esse utile ad confirmationem Ciceronis: me illuc uenire: nec alia causa profectionis mihi ulla fuit: cum consilium cœpi legari ab Cæsare. Tota igitur hac de re: ut soles: si quid ad me pertinere putas: cogitabis. Redeo nunc ad epistolam tuam. Scribis: enim esse rumores: me ad lacum: quod habeo uenditurũ: minusculam uero uillam utriq; Quinto traditurũ: uel impenso pretio quod introducatur: ut tibi Quintus Filius dixerat: dotata Aquilia. Ego uero de uẽditione nihil cogito: nisi quid: quod magis me delectet: inuenero. Quintus autẽ de emendo nihil curat hoc tempore. Satis enim torquetur debitiõe dotis: in qua mirificas Egnatio gratias agit. A ducenda autẽ uxore sic abhorret: ut quicquã libero lectulo neget esse iucundius. Sed hæc quoq; hactenus. Redeo enim ad miseram: seu nullã potius Rempub. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sesti Clodii: quam honorifice quod ad me attinet: ex ipsius literis cognosces (misi enim tibi exemplũ) quam dissolute: quam turpiter: quãq; perniciose: ut nonnũquam Cæsar desiderandus esse uideatur: facile existimabis. Quæ enĩ Cæsar nũquam neq; fecit: neque fecisset: ea nunc ex falsis eius commẽtariis proferũtur. Ego autem Antonio facillimum me præbui. etenim ille: quoniã semel induxit animum: sibi licere: quod uellet: & fecisset nihilominus me inuito. Itaq; mearum quoq; literarum misi tibi exemplum. Vale.

M.ANTONIVS Cos.M.T. Ciceroni.S.

Occupationibus est factũ meis:& subita tua profectione: ne tecũ coram de hac re agerem:quam ob causam uereor: ne absentia mea leuior sit apud te:quod: si bonitas tua respondent iudicio meo: quod semper habui de te:gaudebo.a Cæsare petii: ut Sestium Clodium restitueret. impetraui. Erat mihi in animo etiam tum sic uti beneficio eius: si tu concessisses: quo magis laboro: ut & tua uoluntate id per me facere liceat. quod si duriorem te eius miseræ: & afflictæ fortunæ præbes: non contẽdam ego aduersus te.quãquam uideor debere tueri commentarium Cæsaris. Sed mehercule si humaniter: et sapienter:et amabiliter in me cogitare uis: facilem te profecto præbebis:& uoles.P. Clodium in spe optima puerum repositum existimare: non te insectatum esse: cum potueris amicos paternos. Patere obsecro te pro Repub. uideri gessisse simultatem cum patre eius. non contempsens hanc familiam. Honestius eni:& libentius deponimus inimicitias Reipu. nomine susceptas: quam contumaciæ. me deinde sine ad hanc opinionem iam nũc dirigere puerum:& tenero animo eius persuadere:nõ esse tradendas posteris inimicitias.quãquam tuam fortunam Cicero ab omni periculo abesse certum habeo: tamen arbitror malle te quietam senectutem:& honorificã potius agere:quã solicitam. Postremo: meo iure te hoc beneficiũ rogo.nihil enim nõ tua causa feci. Quod si non impetro:per me Clodio daturus non sum: ut intelligas quanti apud me authoritas tua sit:atq; eo te placabiliorem præbeas. Vale.

M.T. Cicero.M.Antonio Cos.S.

Quod mecum per literas agis unam ob causam mallem corã egisses. Non enim solum ex oratione: sed etiam ex uultu:et oculis: et fronte (ut aiunt)meum erga te amorem perspicere potuisses. nã: cum te semper amaui:primum tuo studio:post etiam beneficio prouocatus:tum his temporibus Respu.te mihi ita cõmendauit: ut chariorẽ habeam neminẽ. Lĩæ uero tuæ tum amãtissime:tum honorificẽtissime scriptæ:

Argumentum.

Multa summisse/multa minanter cum Cicerone agit Antonius/tandem reditũ impetrat Clodii filii Ciceronis inimici. Hoc quoque Cicero concedit.quoniam semel Antonius induxit animum sibi licere quod uellet.

Interpretatio.

CONTumaciæ. Odii non cedere contumacis. Tradendas.Veluti p manus & sequelas ut odia sint prope catẽnata. Meo iure.Gratia:causa mea.

Argumentum.

ANTOnio humanissime pro Clodio filio roganti/ remittit omnia/ uel quod dandum est hoc amico/uel quod nihil unquã in Cicerone acerbum fuit / semperq; ita statuit non esse insectandos inimicorum amicos.Insuper rogat ut puerum Clodium reconcillet.

Interpretatio.

VVLTV.Illo familiari/animi proditore ut inquit Mamertinus.Vnde facile est secreta animi quãuis dolosi elicere. Oculis. In quibus animus habitat/ ut ait Plinius/ quos Palemon flores animæ dicabat.Lucidi uenereum significant :quare læto oculo mulier amorabunda fertur. Fronte. Quæ expertecta significat animum esse hilarem/contracta & caperata/nubilum: minimeq; serenum. Iuxta illud epigrammatici poetæ. Non tamen hoc nimium nihil est/ si candidus aure/ Nec matutina si mihi fronte uenis. Studio. Merito tuo. Studuisti enim te a nobis amari/ amorem nostrum quotidianis in me beneficiis fulciens:& propagans. Respub. Quam protexisti.hoc dat auribus.

Ita. Humaniter ac blande.
Necessarium tuũ. Affinem/ super qua te supra nõnulla. Nullo negocio. Impune/ suapte/ faciliter. Tibi remitto. Hoc ad te reiicio/ facias quod tibi uidebitur. Me a te. Cum tam suauiter hoc rogasti me hoc impetrare a te uideor/ non donare.
Do humanitati. Adscribo et facio propter peculiariter insitam mihi rationem. Insigne. Apertum: notorium hodie barbare dicunt. Inimicorum. Si pater inimicus/ filius inimicus odio rediuiuo esse non debet. His praesidiis. Benignitate ac indulgentia naturae qua tueri labentes ac in errorem cadẽtes homines debemus. Iuxta illud. homo sum: nihil humani a me alienum puto. Tuas partis esse. Ad te pertinere. Residere. Restare: remanere. Puero hoc a me dabis. Imbue animum pueri hac humanitate mea. Interpellantibus. Obloquentibus: interuenientibus. Inimicitiis. Affinis tui Clodii.

Insigne.

¶ Argumentum.

TAXAT Quintum filium qui coronatus in Palilibus prodiit. Brutum Cassiumq; non accusat/ sed rerum uitia. quoniam Tyrannidem non extirparunt. Queritur opera Tyrannicidarum mutatum tãtum fuisse dominum. De Saxo in crucem transiuimus.

¶ Interpretatio.

ITERANdũ. Pro iteranda. repetenda sunt haec saepe mihi tanquã monstra/ nec omittenda prorsus. Iterandum ponitur pro iteranda/ apatemphaton hoc est indefinitum/ nec generibus nec modis seruiens. Parilibus. Parilia diem esse quo urbs Roma condita fuit: In superioribus a nobis affatim dictum quod coronatis Romanis habitu pastorio Traiicit immundas ebria turba dapes. Neminẽ. Fuisse. Insanit fratris filius qui cum improbis saltat & sussilit.

Parilia.

Coronatus Q. filius saltat.

sic mihi affecerunt: ut non dare tibi beneficiũ uiderer: sed accipere a te ita petente: ut inimicũ meum: necessarium tuũ: me inuito seruare nolles: cum id nullo negocio facere posses. Ego uero tibi istuc mi Antoni remitto: atq; ita: ut me a te: cũ his uerbis scripseris: liberalissime: atque honorificẽtissime tractatum existimem. Idq; cũ totum: quoquo modo se res haberet: tibi dandum putarẽ: tum do etiam humanitati: & naturae meae. Nihil enim unquã nõ modo acerbum in me fuit: sed ne paulo quidẽ tristius: aut seuerius: q̃ necessitas Reipu. postulauit. Accedit: ut ne in ipsum quidẽ Clodium meum insigne odium fuerit unquã: semperq; ita statui nõ esse insectãdos inimicorũ amicos: praesertim humiliores: nec his praesidiis nosmetipsos esse spoliãdos. Nam de puero Clodio tuas partes esse arbitror: ut eius animũ tenerũ: quẽadmodũ scribis: his opiniõibus imbuas: ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitrerẽ. Contẽdi cum. P. Clodio: cũ ego publicam causam: ille suã defenderet. Nostras cõtentiones Resp. diiudicauit. Si uiueret: mihi cũ illo nulla contẽtio iam maneret. Quare: quoniã hoc a me sic petis: ut quae tua potestas est: neges te me inuito usurũ. Puero quoq; hoc a me dabis: si tibi uidebitur: ut animũ eius conciliatum reddas. non quo aut aetas nostra ab illius aetate quicquã debeat periculi suspicari: aut dignitas mea ullam contentionẽ extimescat: sed: ut nosmetipsi inter nos coniunctiores simus: quã adhuc fuimus. Interpellantibus enim his inimicitiis: animus tuus mihi magis patuit: q̃ domus: sed haec hactenus. Illud extremũ. Ego quae te uelle: quaeq; ad te pertinere arbitrabor: semp sine ulla dubitatione summo studio faciam. Hoc uelim tibi penitus persuadeas. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ITerandum eadem ista mihi. Coronatus Quintus noster Parilibus. Parilibus solus ne? etsi addis Lamiã: quod demiror equidẽ. Sed scire cupio: qui fuerunt alii: quanq̃ satis scio: nisi improbum neminẽ. Explorabis igitur hoc diligentius. Ego autem casu cum dedissem ad te literas. VI. Calẽdarum satis multis: uer-

Explanabis. Prisci codices habent/ explorabis.

bis: tribus fere horis post accepi tuas: et magni quidem põderis. Itaq; ioca tua plena facetiarũ. De hæresi Vestoriana: & de Pherionũ more Puteolano risisse me satis: nihil est necesse me rescribere. πολιτικώτερα illa uideamus. Ita Brutos: Cassiosq; defendis quasi eos ego reprehendã: quos satis laudare nõ possum. Rerũ ego uitia collegi: non hominũ. Sublato. n. tyráno tyrannida manere uideo. Nã quę ille facturus nõ fuit: ea fiũt: ut de Clodio: de quo mihi exploratũ est: illum nõ modo non facturũ: sed etiã ne passurũ qdem fuisse. Sequẽ Rufo Vestorianus uictor nunq̃ scriptus: Cæterũ quis non? cui seruire ipsi nõ potuimus: eius libellis paremus. Nã Liberalibus qs potuit ĩ Senatũ nõ uenire? Fac id potuisse aliquo modo fieri: num etiã cũ uenissem? libere potuimus sententiã dicere? nõ ne omni ratiõe ueterani: qui armati aderãt: cum præsidii nos nihil haberemus: defendẽdi fuerunt? Illã sessionẽ capitolinã mihi nõ placuisse tu testis es: Quid ergo? Culpa ista Brutorum? Minime illorũ quidem: sed aliorũ Brutorum: qui se cautos: ac sapiẽtes putant: qbus satis fuit lætari: nõnullis etiã gratulari: nullis permanere. sed præterita omittamus: istos omni cura: præsidioq; tueamur: et queadmodũ tu petis: cõtenti Idibus Martiis simus. Quæ quidẽ nostris amicis diuinis uiris aditũ ad cœlum dederunt: libertatem populo Ro. non dederũt. Recordare tua. non ne meministi clamare te: omnia periisse: si ille funere elatus esset? Sapienter id quidẽ. Itaque ex eo: quæ manarunt: uides. Quæ scribis calendis Iunii Antonium de Prouinciis relaturum: ut & ipse Gallias habeat: et utrisq; dies prorogetur: licebit ne decerni libere? Si licuerit: libertatẽ esse recuperatã lætabor. Si non licuerit: qd mihi attulerit ista domini mutatio præter lætitiã quam oculis cœpi iusto interitu tyrãni? Rapinas scribis ad Opis fieri: quas nos quoq; tum uidebamus. nec nos liberati ab egregiis uiris: nec liberi sumus: ita laus illorum est: culpa nostra. Et hortaris me: ut historias scribam. ut colligam tãta eorũ scelera: a quibus etiã nũc obsidemur. Potero ne eos ipsos nõ laudare: q te obsignatorem adhibuerunt? Nec mehercule Raudusculũ mouet. Sed hoĩes bñuolos: qualescũq; sunt: graue est inseq

Magni põderis. Momẽti magni plenas. Hęresi. Geometrica secta/ de q̃ supra. Pherionũ. Vtar accursiana solutiõe/ nescit qd sit dicere. Aliq dicũt Pheriones esse magistratus puteolanos. mihi nõ liq̃t. De Pentoniis agris nõ tacuit Xenocrates in libro de morte. Sed illi erãt Athẽis. Quã tũ tamẽ colligi põt noĩa sunt hereseon hoc est sectarũ in philosophia: & Pheriones/ uel phenones erant heretici. Nam aliq codices phęnonũ habẽt/ quod ad lucẽ & mercuriũ referri põt etiã ad solẽ/ sed esset nodũ in syrpo quærere.

πολιτικώτερα. Ciuiliora. Rerum. Temporum & successuum.

Fiũt. Ab Antonio & Dolabella. Victor. Propositi falsis Cæsaris ab Antonio commentariis.

Nũq̃ scriptus. Et tñ paremus ut scripto. Cæteri qs nõ. Quis nõ etiã deterrimus reditũ ĩpetrabit? Cũ Ruso nõ uitiosus hõ/ sed uitiũ: ĩpetrauerit? Cui. Cęsari.

Libellis. Cõmentariis Cęsaris ẽt subditiciis libellis. Liberalibus. Qua die frequẽtem senatũ cõuocauit Antonius: & eum circũsepsit armatis. Sessionẽ Capitolinã. Q ñ post mortẽ Cęsaris fractis latronib. senatus freq̃ntissimus ad uindicandã libertatẽ in capitolio sedit/ sup qua re nõnulla supius. Alior; Brutorũ. Optimatũ imprudentũ/ q non noie ut tyrãnoctoni/ sed re Bruti hoc est pecora sũt. Permanere. Perstare in snia libertatis asserendæ.

Tua. Non dicta/ sed oracula. Ille. Cęsar. Ex eo. Ob hoc elatũ cadauer/ ex hoc funere q̃ acciderint. Ad Opis. Subintellige ædẽ. Intelligit Antonii furta/ de qb. alibi. Laus illor;. Tyrãnicidar;: q patefecerũt iter ad gloriã.

Culpa nr̃a. Qui nesciuimus uti uictoria. Obsignatorẽ. Cõspiratorẽ Tyrãnicidii uel q semper Tyrãnicidis fauet: p̃sertim Bruto. Nec hercule Raudusculus mouet. Scribe. Nec hercule me Raudusculũ mouet. Per Raudusculũ æs intelligit quod ad Opis direptum est ab Antonio. Lege Philippicas orationes. De Rauduscul0 & porta Raudusculana superius.

Pheriones.

Sessio.

Bruti re.

Ad Opis.

Obsignator Atticus

Raudusculum.

Hæc armis: Potentia ac ui tuebimur/ ne credas. nugæ meræ.

¶ Argumentum.

DOLAbellæ laus/ qui columnam sustulit/ locum sternendum locauit/ quare meliora sperat. Bruto nullo loco deerit.

¶ Interpretatio.

EPistola breuis. Seiūgatur hęc a superiori. Subdubitabam. Subuerebar appellare meū/ quoniā ad latrones satellitesque Cæsarianos desciuisse putabam: nunc colūnam euertit Cæsari post funus erectam/ Tamē ut patet ex historica lectione & Antoniana secunda natura immutata/ Dolabella Rēp. oppugnare est adortus. A Cassio tamen cum exercitu mox sublatus est & iugulatus. Ἀναγνώρισιν. Recognitionē: admirationem. Res. Quā fecit Dolabella. De saxo in crucē. Subintellige iueramus. De malo quod aiūt/ i peius: Antonio conatibus bonorū resistente/ adiuti sumus a Dolabella. Per saxū intelligūt aliq̄ Tarpeiū: ex quo rei maiestatis deuoluebanť. Sed hoc erat de maximo i minus malū. aliqui ad ꝓuerbiū referunt/ inter sacrū & saxū tractū a porca fœderis. sed hoc applicari nisi methaphorice nō pōt. qm̄ ad rem priuā hoc est porcā spectat. Ego refero ad saxum fori: de quo in ānotamentis plura retuli/ & nūc Laconice: res est. n. scitu digna: paucula tractabo. Lucius Apuleius platonicorum eloquētissimus lib. ii. de asino aureo. Peragrata cuncta thessalia fuscis auibus Larissam accessi: ac dum singula peterrās tenuato admodum uiatico pauperiei meæ somēta congro/ conspicor medio foro quendam senem: insistebar lapidem. Comperio in foro Romano lapidem editiorem fuisse: ex quo pręco populum alloquebatur. ab hoc ritu Romano factum est uti loca editiora omnia: de quibus pręco buccinat/ lapides appellentur: ut omnis carcer a Romano carcere Tullianum. De hoc lapide Plautus intelligit ita loquens in Bacchidibus. O stulte stulte nescis nunc uendi te/ atque in eo ipso adstas lapide ubi pręco prædicat: quippe uenalibus mancipiis: obæratis: decoctoribus & noxiis solitis ex eo lapide addici. Columellæ huic sententiæ subscribentis uerba sunt hæc ex libro quarto agriculturæ. Quæ uulgus quidem parui æris uel de lapide noxium posse comparari putat. De hoc lapide meminit in oratione contra Pisonem Cicero sic. De me cum omnes magistratus promulgassent/ præter unū pretorem: a quo non fuit postulandum/ fratrem inimici mei/ pręterq̄ duos de lapide emptos. Pedianus qui Tullianas orationes cōmodissime interp̄tatus est/ sic enarrat. Duos Tribunos/ quos de lapide emptos ait quia mercede id faciebant: quibus uerbis diligenter pensitatis suppeditatus est coniectandi locus/ in foro uidelicet Romano lapidem fuisse/ iuxta quem sectio & permutatio rerum uenalium fiebat/ & apud quem hastarium Romani faciebant. In Plautinis commentariis hoc addidi. Athenis Atticis fuisse lapidem in edito positum/ a quo omnes huiusmodi lapides appellationem receperunt. Pausaniæ in Attica uerba sunt hæc. Apud Areopagum Palladis Martiæ ara uisiť quam ille absolutus constituit. Saxa quoq; argentea/ in quibus rei omnes: accusatoresq; consistunt/ alterum impudentiæ/ alterum cōtumeliæ nūcupatur. Plutarchus in Solone. Pręconis lapidē conscendens elegiā recita/

Columna Cæsaris.

Anatheoresis.

De saxo in crucem.

Saxū fori.

Lapis pręconis.

Plauti loc⁹.

Pedianus.

Pallas Martia.

Saxa argentea.

contumelia. sed de omnibus meis consiliis: ut scribis: existimo exploratius ad Calēdas Iunii statuere posse: ad quas adero: & omni ope: atque opera enitar: adiuuāte me scilicet authoritate tua: et gratia: & summa æquitate causæ: ut de Buthrotiis. S.C. quale scribis: fiat. Quod me cogitare iubes: cogitabo equidem: etsi tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem quasi iam recuperata Repu. uicinis tuis Massiliēsibus sua reddis. Hæc armis? Quę quam firma habeamus: ignoro: restitui fortasse possunt: authoritate non possunt. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EPistola breuis: quæ postea ad te scripta est: sane mihi fuit iucūda. De Bruti ad Antonium: & de eiusdem ad te literis: posse uidētur esse meliora: q̄ adhuc fuerint: sed nobis: ubi simus: & quo iā nos cōferamus: prouidendū est. O mirificū Dolabellā meum. Iam enim dico meū: antea (crede mihi) subdubitabā: magnam ἀναθεώρησιν res habet. de saxo in crucem.

ult. Homerus libro Iliados.xviii. κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον· οἱ δὲ γέροντες εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ. Columnā tollere. De hac columna sic meminit Tranquillus in dictatore. Postea solidam columnam prope.xx.pedum lapidis numidici in foro statuit/scripsitq; parenti patriæ. Apud eandē longo tempore sacrificare/uota suscipere:cōtrouersias quasdam interposito per Cæsarem iureiurando distrahere perseuerauit. Hanc execratam columnā Cice.uocat:cuius & Lactantius primo diuinarum institutionum libro meminit:ad quā olim illud Hotarianum retulimus. In/uidioso ne pede proruas stātē columnā:a quo oriunda titulis auitis illustris Cæsarea Rōana familia columnæ peculiari gaudet insigni.

Columna plebs Cæsaris. Horatii nodus solutus Cæsarei romani peceres

Columnam tollere:locum illum sternēdum locare. Quid quæris? Heroica? Sustulisse mihi uidetur simulationem desiderii:adhuc quę serpebat in dies:& inueterata uidebatur:ne periculosa nostris tyrānoctonis esset. Nunc prorsus assentior tuis literis: speroq; meliora:quāquam istos ferre non possum:qui dum se pacem uelle simulant:acta nefaria defendunt:sed non possunt omnia simul. Incipit res melius ire:quā putaram:nec uero discedam:nisi cum tu id me honeste putabis facere posse. Bruto certe meo nullo loco deero. idq;etiam si mihi cum illo nihil fuisset:facerem: propter eius singularem: incredibilemq; uirtutem. Pyliæ nostræ uillam totam : quæq; in uilla sunt trado. In Pompeianum ipse proficiscens Calendis Maii: quāprimum uelim Bruto persuadeas: ut Asturæ sit. Vale.

Heroica. Inter radēda interrogatio:subitelige heroica puro cē q fecit Dolabella. Simulatio/nē. Simulachrū/Idolon/i quo desideriū Cæsaris alebat. Inueterata. Gū ueterascere Cæsaris appetitus cœpisset:fundamēta iecisset. Tyrannoctonis. Bruto & Cassiis. Erat alter Cassius cognomēto Barba:de quo superius:ad quē trahit illud Tranqlli in uita Iuliana. Cassius alter/quis Cascā nōnulli correxerint errore huius historię. Quāuis duo Cassii fratres fuerit. Simul. Vno & eodē momento fieri.

Tyrānoctoni. Tranqlli de Cassio loc'.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

Q Vinto Nonarum conscēdens ab hortis Cluuianis in Phaselum episcopiū has dedi literas : cum Pyliæ nostræ uillam ad Lucrinum: Villicosq; procuratores tradidissem. Ipse autem eo die in Pæti nostri tyrotarichum imminebam:perpaucis diebus in Pompeianum: post in Puteolana: et Cumana regna renauigare. O loca cætera quam ualde expetēda:interpellantium autem multitudine pene fugienda. Sed ad rem ut ueniam. O Dolabellæ nostri magnam ἀριστείαν:quanta est ἀναθεώρησις? Equidem laudare eum:& hortari nō desisto. Recte tu omnibus epistolis significas:quid de re:quid de uiro sentias. Mihi quidem uidetur Brutus noster iam uel coronā auream per forum ferre posse. Quis enim audeat uiolare? ppositā cruce:uel saxo? præsertim tātis plausibus

¶Argumentum.

Audat Dolabellæ facinus liberum ac liberale sublatæ colūnæ:unā meliora sperantur.

¶Interpretatio.

CON Scēdēs. Nauigās. Cluuiēis. Quos eme rat:q nescio cuius fœminæ Cluuiæ fuerant:de qb.supra. Episcopū. Legendū episcopiū: exploratoriū uidelicet ac agile: de quo supra. Villicos. Villici p curatoresq; differūt. Procurator hodie cōmissarius appellat/ Villici factores. Epigrāmatistæ uersiculus nemininō notus. Procuratorē felix spoliabit amica. Tyrotarichū. Patinā de qua in epistolis famil. ac supioribus nostris racemationibus lōge plura. Regna. Ditiones/uel ubi p uoluptate/amœnitateq; locoꝝ: nos in regno esse ac cœlo uidemur. Interpellantiū. Consultantiū/salutantium. Ἀριστείαν. Pręclarū facinus. De re. Idibus Martiis. Alii ad Dolabellam referunt. sed quia Brutus semper erat in ore Attici/non Dolabella/ideo ad Brutū refero. De uiro. De Bruto. κατ' ἐξοχὴν quia fuit ultimus Romanorum. Cruce. In uiolatorem Bruti tanquā sacrosanctæ potestatis. Saxo. Lapidatione publica/uel saxo Tarpeio/ unde maiestatis rei deiiciebantur.

Episcopiū Procuratores. Villici. Tyrotarichus. Aristia. Saxum.

Infirmorum. Scribe infimorum hoc est popelli/qui Bruto populatim plaudebat tanq̃ liber/tatis assertori. Bruto nostro affatim satisfecerim. Nulla hic esse debet interpositio. Significat itu/rum in græciam quũ Bruto satisfecerit / hoc est Brutum adiuuerit/ Bruto reddiderit amanter et officiose quas nõ modo ipse. sed omnes libertatis amici debent gratias: & quẽ debent amq̃rẽ. Af/fatim significat abundanter & copiose. Leonidæ. Pręceptoris uel pędagogi Ciceronis: q ab in/dole puerum laudabat. Lætemur. Vtile puero iudicemus. Ille. Cicero. Ita. A spe/ab indo/le/a fructibus non a floribus co/gnoscimus arbores. Quomo/do nũc est. Prout nunc res se ha/bet ac pueri exiguitas. Fiden/tis. Leonidę. Timẽtis. Ne puer Cic. decoquat/ut decoxit. He/rodi. De quo supra. Mandatũ. Vetus lectio mandatã. Vt mi/hi. Deest uerbũ gręcũ κτιμάτων in Aldino codice repertum: quæ uox quũ nihili sit/ inuitat ut ca/tameron uel catatõ meron. i. par/ticulariter uel per ptes legamus.

Litera. Nec elementum qui/dem. Suspicor nihil boni habere quod scribat. Ne nihil habuẽ/rit. Nihil hoc in loco pro prono/mine aliquid ponitur. qm̃ idẽti/dem apud etiã elegantes aucto/res duæ abdicatiuæ p simplici ponũtur: maximeq; negant. Cic. in oratione pro Milone. Quanq̃ p̃sidiis salutaribus & necessariis septi sumus tñ ne nõ timere sine aliquo timore possumus. Supra ad Atticũ. Vereor ne non liceat. Ibidẽ. Timeo ne non ĩpetrẽ. Ibi/dẽ. Vereor ne excũdi ptãs nõ sit. Plautus in casina. Metuo ne nõ sit surda. Terẽtius i Phormione. An uerebamini ne non id facerẽ quod recepissem semel? Horati⁹. Sedit qui timuit ne non succede/ret. Martianus de iure dotium. Vereor ne nõ sit obligata. Ouid. de ponto. Ne nõ peccarim mors quoq; non faciet. Vlpianus de re/ceptis arbitris. Videndum est ne nõ sit cõpromissum. Cum co/gnossem. Si cognouissem per lite/ras. Xenonẽ. Atticum philo/sophũ: de quo supra Cic. Præ/staturũ. Contra eos q præstiturũ tantum admittunt. Soluturum quod debet. Nec sero. Beroal/dus/ne sero scribit hoc sensu. Sol/uet quod debet: ne sero ac tarde soluisse dicatur. quod pudori af/fert iniuriã: iuxta id uerbum iurisperitorum. minus soluit q tarde soluit. Depẽdaf. Lege depren/daf cum Beroaldo. Recte esse. Cõualuisse. Nõ belle. Ego tam fuisse/ne dolerem ullatenus.

Duæ abdicatiuæ pro simplici.

Præstaturũ

bus: tanta approbatiõe infirmorum! Nũc mi Attice me fac ut expedias. cupio cũ Bruto nostro affatim satisfecerim excurrere in Græciam. Magni interest Ciceronis uel mea potius: uel mehercule utriusque: me interuenire discenti. Nã epistola Leonidę: quam ad me misisti: quid habet quæso: in quo magnope/re lætemur! Nunq̃ ille mihi satis laudari uidebitur: cũ ita laudabitur. Quoquomodo nũc est: non est fi/dentis hoc testimoniũ: sed potius timentis. Hero/di autem mandaram: ut mihi catameron scriberet: a quo adhuc nulla litera ẽ. Vereor: ne nihil habuerit: quod mihi: cũ cognossem: iucundum putaret fore. Quod ad Xenonẽ scripsisti: ualde mihi gratum est. Nihil enim deesse Ciceroni tum ad officiũ: tum ad existimationẽ meam pertinet. Flãmam Flaminium audio Romæ esse. Ad eum scripsi: me tibi mandasse per literas: ut de Montani negotio cũ eo loquerere. Et uelim cures epistolam: quã ad eum misi, redden/dam: & ipse (quod cõmodo tuo fiat) cum eo collo/quere. Puto siqd in homine pudoris est: præstaturũ eum. nec sero quodãmodo dependatur. De Attica pergratũ mihi fecisti: quod curasti ante scirẽ ei recte esse: q̃ non belle fuisse. In Pompeianũ ueni. V. Calẽ/darum Maii: cũ pridie (ut antea ad te scripsi) Pyliam in Cumano collocauissem. Ibi mihi cœnanti literæ tuæ sunt redditæ: quas dederas Demetrio liberto pridie Calendarũ: in quibus multa sapiẽter: sed ta/mẽ talia (queadmodũ tu te scribebas) ut omne cõsi/liũ in fortuna positũ uideretur. Itaq; his de rebus ex tẽpore: & coram. De Buthrotio negocio utinã qui/dem Antoniũ cõueniam. multũ profecto proficiã: sed nõ arbitrantur eũ a Capua declinaturũ. Quo q̃/dem metuo ne magno Reip. malo ueniret: quod idẽ L. Cæsari uidebatur: quẽ quidem Neapoli affectum grauiter uiderã. Quã ob rẽ ista nobis ad pridie Calẽ/dar; Iunii tractãda: & perficiẽda sunt: sed hactenus. Q. Filius ad patrẽ acerbissimas literas misit: q̃ sunt

ei redditæ:cum uenissemus in Pompeianũ:quatum tamẽ erat caput. Aquiliã nouercam non esse laturũ: sed hoc tolerabile fortasse. Illud uero se ab Cæsare habuisse oĩa:nihil a patre:reliqua sperare ab Antonio. O perditũ hominem:sed μέλλει. Ad Brutum nostrũ:& Cassium:et ad Dolabellam epistolas scripsi:quarum exempla tibi misi:nõ ut deliberarẽ reddendæ ne essent(plane enim iudico esse reddendas) sed quod nõ dubito:quin tu idẽ existimaturus sis. Ciceroni meo mi Attice suppeditabis quãtum uidebitur: neq; tibi hoc onus imponere patiere. quæ adhuc fecisti:mihi sunt gratissima. Librum enim illum ἀνέκδοτον nondum: ut uolui: perpoliui. Ista uero:quæ tu connecti uis:aliud quoddam separatũ uolumẽ expectãt. Ego autẽ(credas mihi uelim)minore periculo existimo cõtra illas nefarias ptes uiuo tyrãno dici potuisse: q̃ mortuo. Ille enĩ nescio quo pacto ferebat me qdẽ mirabiliter:nunc quacũq; nos cõmouimus:ad Cæsaris nõ modo acta: uerũ etiam cogitata uocamur. De Montano: quoniam Flãma uenit uidebis. puto rẽ meliore loco eẽ debere. Vale.

Laturum. Quod ferre nõ poterit. Odit fere semper nouercã priuignus, nec quicquã lucraf: accipit affatim quod pstat. Hoc tolerabile. Naturale est eni odisse nouercam. Nihil a patre. Ex imperatis a Cæsare possidere. μέλλει. Curæ erit meminerimus. Ciceroni filio. Suppeditabis pecuniã. Ἀνέκδοτον. Anecdotõ. Nondum editum, qui est adhuc sub incude. Mortuo. Adeo reliquiæ nos infestant. Ille. Cæsar. Erat enim Ciceronianæ uirtutis dilector & admirator. Flãma Flamminius. de quo supra fit mentio. Flamminius flamma.

M. T. Cicero. Dolabellæ. Cos. S.

ETsi cõtentus erã mi Dolabella tua gloria: satisq; ex ea magnam lætitiã: uoluptatemq; capiebam: tamen non possum nõ confiteri cumulari me maximo gaudio: quod uulgo hominũ opinio sociũ me ascribat tuis laudibus. neminẽ cõueni: cõuenio aũt quotidie plurimos (Sunt. n. permulti optimi uiri: q ualetudinis causa in hæc loca ueniãt) præterea ex municipiis frequẽtes necessarii mei qui oẽs: cum te summis laudibus ad cœlũ extulerunt: mihi continuo maximas gratias agũt. Negant enim se dubitare: qn tu meis præceptis: & cõsiliis obtẽperans: prẽstãtissimũ te Ciuem: & singularẽ Cos. præbeas. Quibus ego: quanquã uerissime possim respõdere te: quæ facias tuo iudicio: & tua spõte facere: nec cuiusquã egere cõsilio: tamẽ neq; plane assentior: ne ĩminuam tuam laudẽ: si omnis a meis consiliis profecta uideatur: neq; ualde nego. Sum. n. auidior: etiã quã satis est gloriæ: et tamen non alienũ ẽst dignitate tua: quod ipsi Agamẽnoni Regi Regũ fuit honestum: aliquẽ in consiliis capiendis Nestorẽ habere: mihi uero gloriosum

¶ Argumentum.

HAEC Epistola ad Publium Dolabellam scribitur: cuius exemplum in epistola superiore mittitur ad Atticum: in qua eum ad ueram gloriam hortatur.

¶ Interpretatio.

SOCIVM. Consiliariũ ut Nestorem Agamẽnonis. In hæc loca. Baiana. Gloriæ. Quam qui spernit Brutus & Saxeus a Plutarcho dicitur: quæ ad gesta pręclara, apud Silium Italicũ, Annibalem stimulat, ut exclamet. Nouerit una Me tantũ Charthago: & qui sim nesciat omnis Orbis, Alibi. Iuuat Hercule tritas Despectare uias. Ouidio subscribente. Immensum gloria calcar habet. Summa & perfecta gloria auctore. M. Tullio libro secundo de officiis: constat ex tribus his. Si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Nestorem. Consilia ferentem senem.

Sororis filium. Antoniũ. Hũc Lucium Cęsarem proscribi mox passus est Antonius: ut ab Octauio Ciceronis proscriptionē impetraret. Sinas cernere. Adire: unde cretiones/ de quibus supra. Exhauserim. Euacuauerim/ ad me retulerim. Etiã uidebatur. Scribendum/ esse uidebatur. Ne licet. Non licet a te desciscere/ tibi non similis esse non potes. Res ipsa. Vt rem tenere uideretur/ factis magis pollere q̃ uerbis. Maturitatem. Significauit oratio tua/ concioq; sedatior: nihil a te factũ esse non prudentissime/ nihil amētia effreni: ac impetu iuuenili/ quo calentes aliquando p̃cipites iuuenũ animi efferuescunt ac ebulliũt: ut ira ferãtur simul ac efferantur in id calamitatis/ unde regressus nõ cõceditur. Sapiens nũq̃ dicit/ nõ putatam. Maturitas rebus cũctis adhibenda est. hæc est illa/ de quo cecinit Vates ingeniosus. Nã mora dat uires: teneras mora p̃coq̃t uuas: Et ualidas segetes/ quæ fuit herba/ facit. Hãc maturitatem si adhibueris ad consilii tui ptes agnosces/ nihil esse sensibus nostris p̃spicacius: quos aliqui clausos & occæcatos nobis dedisse naturam ferunt. Sunt enim: ut inquit alibi M. Tullius/ sensuũ ita clara iudicia & certa/ ut si optio naturæ nostræ detur/ & ab ea Deus aliquis requirat/ contenta ne sit suis integris incorruptisq; sensibus/ an postulet melius aliquid/ nõ uideam quid quærat amplius. nihil opus est quod naturam accuses/ quæ i profundo ueritatem: ut ait Democritus/ penitus abstruserit. Magna ẽ uis igenii nostri: imo tãta ut ab aliq̃bus θεῖος. animus/ ab aliis cęlestis appellet̃. In quã sententiã cothurnatus poeta sic Platonice cecinit. Dii ne hũc ardorẽ mẽtib. addũt Euriale? an sua cuique Deus fit dira libido? quo trahũt aliq mysticoteri: q ultra corticẽ/ irreriota rimant̃: illud Ausonii Burdealę/ falso Catõi adscriptũ: Si Deus ẽ animus nobis: ut carmina dicũt: Hic tibi p̃cipue sit

te Iuuenẽ Cos. florere laudibus: quasi alũn ũ m discíplinæ meæ. L. quidẽ Cæsar: cũ ad eũ ægrotũ Neapolim uenissem: quãquam erat oppressus totius corporis doloribus: tamẽ ante: q̃ me plane salutauerit: O mi Cicero inq̃t: gratulor tibi cũ tantũ uales apud Dolabellã: quãtum si ego apud Sororis filium ualerẽ: iam salui esse possemus. Dolabellæ uero tuo: et gratulor: & gratias ago: quẽ quidẽ post te Consulẽ: solũ possum uere Consulẽ dicere. Deinde multa de facto: ac de re gesta: tũ nihil magnificẽtius: nihil pręclarius actũ inquã: nihil Reipub. salutarius testatus est. atq; hæc una uox omniũ est. A te autem peto: ut me hãc: quasi falsam hæreditatẽ alienæ glorię: sinas cernere: meq; aliqua ex parte in societatem tuarũ laudũ uenire patiare. quãquã mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libẽtius omnes meas: si modo sint aliq̃ meæ laudes: ad te trãstulerim: quã aliquam partem exhauserim ex tuis. nã: cum te semp tantum dilexerim: quãtum tu ĩtelligere potuisti: tum iis tuis factis sic incẽsus sum: ut nihil unq̃ in amore mihi fuerit ardentius. Nihil est enim (mihi crede) uirtute formosius: nihil pulchrius: nihil amabilius. Semper amaui ut scis. M. Brutũ propter eius summũ ingeniũ: suauissimos mores: singularẽ probitatem: atq; constantiam: tamẽ Idibus Martii tantũ accessit ad amorem: ut mirarer locũ fuisse augendi in eo: quod mihi iam pridẽ cumulatum esse uidebatur. Quis erat: qui putaret ad eum amorẽ: quem erga te habebã: posse aliquid accedere? Tantũ accessit: ut mihi nunc deniq; amare uidear: antea dilexisse. Quare quid est: quod ego te horter: ut dignitati: & gloriæ seruias? Propo nã tibi claros uiros: quod facere solent: qui hortantur? Neminẽ habeo clariorem: quã te ipsum. te ímitere oportet: tecũ ipse certes: ne licet quidẽ tibi iã tantis rebus gestis: nõ tui similẽ esse: Quod cum ita sit: hortatio nõ est necessaria: gratulatione magis utendũ est. Contigit enĩ tibi: quod haud scio: an nemini ut sũma seueritas aĩaduersionis: nõ modo non inuidiosa: sed etiã popularis esset: & cũ bonis oĩbus tum infimo cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadã cõtigisset: gratularer felicitati tuæ: sed contigit magnitudine tũ animi: tum etiã ingenii: atq; cõsilii. Legi enim concionẽ tuam: nihil illa sapiẽtius. ita pedetentim tũ accessus a te ad cãm facti: tum recessus: ut res ipsa maturitatẽ tibi animaduertendi omniũ con

ſenſu daret. Liberaſti igitur & urbem periculo: & ciuitatem metu. Neq; ſolum ad tempus maximã utilitatem attuliſti: ſed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes: in te poſitam eſſe Remp. tibiq; non modo tuendos: ſed etiam ornãdos illos uiros: a quibus initium libertatis profectum eſt. Sed his de rebus coram plura propediẽ: ut ſpero. Tu quoniam Rempu. noſq; conſeruas: fac: ut diligentiſſime teipſum mi Dolabella cuſtodias. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SAepius me iam agitas: quod rem geſtam Dolabellæ nimis in cœlum uidear efferre. Ego autem: quãquam ſane probo factum: tamen ut tantopere laudarem: adductus ſum tuis: & unis: et alteris literis. ſed totum ſe a te abalienauit Dolabella: ea de cauſa: qua me quoq; ſibi inimiciſſimum reddidit. O hominem impudentẽ. Calẽdis Ianuarii debuit: adhuc non ſoluit: præſertim cum ſe maximo ære alieno Faberii manu liberarit: & opẽ ab eo petierit. Licet enim iocari: ne me ualde cõturbatum putes. Atq; ad eum. VIII. Iduum literas dederã bene mane. Eodem autem die tuas literas ueſperi acceperam in Pompeiano: ſane celeriter tertio abs te die. Sed: ut ad te eo ipſo die ſcripſeram: ſatis aculeatas ad Dolabellam literas dedi: quæ ſi nihil profecerint: puto fore: ut me præſentẽ non ſuſtineat. Albianũ te confeciſſe arbitror. De Peruſciano noĩe: quod mihi ſuppeditarus es: gratiſſimũ eſt: & ſimile tuorũ omnium. Sed ego erotẽ ad iſta expedienda factum mihi uidebar reliquiſſe: cuius nõ ſine magna culpa uacillatũ: ſed cũ ipſo uidero. De Montano: ut ſæpe ad te ſcripſi: erit tota res curæ. Seruius proficiſcẽs: quod deſperanter tecum locutus eſt: minime miror: neq; ei quicquam in deſperatione concedo. Brutus noſter ſingularis uir: ſi in Senatum non eſt Calendis Iunii uenturus: quid facturus ſit ĩ foro: neſcio. Sed hoc ipſe melius. Ego ex his: quæ parari uideo: non multum Idibus Martiis profectum iudico. Itaq; de Grecia quotidie magis: & magis cogito. nec enim Bruto meo exiliũ: ut ſcribis: ipſe meditãs uideo qd prodeſſe poſſum. Leonidæ literæ non ſatis delectarunt. De Herode tibi aſſentior. Saufeium legiſſe uellem.

puta mẽte colẽdus. Propterea ab Perſio cãtitatũ iſtar oraculi: Nec te quæſiueris extra. Non me præterit aliam afferri poſſe expoſitionẽ. ſed hæc pro tempore ſufficiet.

¶ Argumentum.

SANIT Cito Palinodian Cic. Dolabellã ut tupat imutatũ, & a ſe ipſo, priſtinaq; gloria rebellem.

¶ Interpretatio.

DEBVIT. Attico uel Ciceroni. Manu. Ope uel uerſura: permutatione a Faberio facta. Ne me ualde. Aliqui næ cum diphthongo, ut ſit affirmatiua particula, ſcribunt. Bene mane. Valde mane, ſummo mane. Aculeatas. Vrgentes nimium ac exhortantes ad gloriã. Albianum. Nomen. Nomine. Debito.

Bñ mane.

Errorem. Beroaldus erotem ſcribit pro liberto relicto ut iſta procuret. Vacillarunt. Alii codices uacillatum. Neq; quidquam concedo. Non cedo Seruio in deſperatione. non magis quã ego deſperatus eſt Seruius.

Non multum profectũ. Non multum lucrum fecimus, p uno enim Cæſare, multos habemus.

De græcia. De itinere in græciam capeſſendo. Meditanti. Lege meditans. Nõ uideo quid Bruto prodeſſe poſſim meditãs exiliũ. Atticus. n. hãc Cice. profectionẽ uocabat exiliũ. Idem Brutus ut paulopoſt liquet. Leonidem eæ. Beroaldus Leonidæ ſcribit, quẽ de filio Cice. literas nõ iucundas ſcripſiſſe ſupra diximus.

Herode. Attico philo. Alii ſcribũt Erote. Herodẽ tñ legere mallim ut phi ſit nomen: de quo tñ ſupra idẽ Cice. meminit. Fuit alter ab iſto Herodes Atticus patre Attico natus: q cũ ditiſſimus eẽt populo Atheniẽſi mnã quotidianã reliqt: Theatrũ Athenis. hic ſolitus ẽ dicere. Supſluus Atticiſmus barbariem ſapit. Vox et tragœdorũ, nõ affectata. ſed facilis ac tẽpori accõmodata. ob ſplẽdorẽ & magnitudinẽ orõnis a quibuſdã ſiccitatẽ amãtib. orator ſa

ginatus ē appellatus. Adolescēs quodā corā. M. Antonino orōne excidit: quod & Demosthenī corā Philippo cōtigit. & qm̄ erotē diximus aliqbus placere/scito erotis cognomentū Romanorū multis usurpatū. Proximis hinc annis in Iudęorū Platea effossa ueterū ędificiorū ingentia marmora sunt ubi erat hæc inscriptio. C. Vettes Eros Dissignator Cæsaris Augusti.

¶ Argumentum.

GAVDET Atticū uersari cū Cassio. Bruti & Attici litteræ de Bruto Ciceronē conturbant. Non probat Hirtiū nō probantē Dolabellā de columna. De. Q. Coronati nugacitate. Nō mutabit sedem nisi ex Attici consilio.

M. T. CICE. T. P. ATTICO. S.

EGo ex Pompeiano accepi binas a te literas: alteras sexto die: alteras quarto. Ad superiores igitur prius. quā mihi iucundum opportune tibi Barnachū literas reddidisse. Tu uero cū Cassio: ut cætera: quā cōmode. opportune autem: quod id ipsum: quod me mones quatriduo ante ad eum scripseram: exemplūq; mearū literarū ad te miserā: sed cū Dolabellæ Aristia: sic. n. tu ad me scripseras: magna desperatiōe affectus essem: ecce tibi & Bruti: & tuæ literæ: ille exiliū meditari. Nos autem illū portū propiorem huic ætati uidebamus: in quem mallem equidem puehi: florēte Bruto nostro: constitutaq; Repu. Sed nunc quidem: ut scribis: non utrū uis. Assentires. n. mihi nostram ætatem: præsertim a castris ciuilibus abhorrere. M. Antonius ad me tātū de Clodio rescripsit: meam lenitatem: & clementiā: & sibi esse gratam: & mihi uoluptati magnæ fore. Sed Pansa furere uidetur de Clodio: itēq; de Deiotaro: & loqtur seuere: si uelis credere. Illud tamen nō belle: ut mihi quidem uidetur: quod factū Dolabellæ uehementer improbat. De Coronatis cū sororis tuę filius a Patre accusatus esset: rescripsit se coronā habuisse honoris Cæsaris causa: posuisse luctus gratia. Postremo se libenter uituperationē subire: quod amaret etiā mortuū Cæsarem. Ad Dolabellam: quemadmodum tibi dicis placere: scripsi diligēter. Ego etiā ad Sicam. tibi hoc oneris non impono: nolo te illū iratum habere. Seruii orationē cognosco: ī qua plus timoris uideo: q̄ cō silii. Sed quoniā perterriti omnes sumus: assentior Seruio. Publius tecū trichatus est. Huc. n. Cerelia missa ab istis ad me est legata: cui facile persuasi: mihi id: quod rogaret: ne licere quidem nō modo libere. Antoniū si uidero: accurate agam de Bruto. Venio ad recentiores literas: quanq̄ de Seruio iam rescripsi me facere minimi πρᾶξιν Dolabellę. mihi

¶ Interpretatio.

EGO EX. Secludat a supioribus hæc epl'a lōge diuersa. Prius. Respōdebo. Dolabella Aritia. Beroaldus/ Dolabella Ariciæ/ scribit/ tāquā Cicero in opido Aricino cū Dolabella de his rebus desspāter egerit. Sed quo pacto Cōsul Dolabella iuit Ariciā: mihi: ꝗ Dolabellæ Aristia legēdū uidet: qꝺ eādē Aristian hoc ē facinus i Dolabella despat/ qua supiorib. diebus cęlū digito terigisse uidebatur. Ille. Brutus dicebat me Athenas nō iturū. sed in exiliū.

Aliū partū. Emēda: illū portū. Ego Athenas nō dicebā exiliū: sed eruditę senectuti portū. Nō utrū uis. Nō est liberū nobis facere utrū uolumus. Illud tn̄ non uelle. Scribo. Nō belle. Subintellige facit Antonius. Factū Dolabellæ. De colūna euersa Cæsaris. De Coronatis. Supra Quintū solēni die parilib. coronatū adstitisse memorauimus. De Quito filio intelligēdo nō patre: ꝓs hęc eplę satis idicat. Mos priscus erat ut sacrificaturi coronarēt. Liuius lib. iii. Extēplo his oibus diuis rē diuinā Thure ac uino fecisse: ita coronatū nauē ascēdere i nec āte deponere eā q̄ Romā ꝑuenisset.

Posuisse. Coronā. Luctus gratia. Q m̄ pater patriæ Cæsar obiisset. Persuadi. Legendū ꝑsuasi, uel ęcci uidēt. Libere. Placere.

Magnā. Emēda/ minimi. Sciūt omnes quid sit minimi facere.

πρᾶξιν. Principium ē clausulæ sequentis/ quare a superiori dirimenda. Laudat factum Dolabellæ ī euertēda columna. Subintellige hoc totum/ quod πρᾶξιν hoc est actionem Dolabellæ laudas/ scito maiorem non potuisse tali tempore fieri. Dolabellæ. Iunge cum inferioribus.

Sacrificaturi coronabātur.

mehercule ita uidet:nõ potuisse maior tali re:taliq̃ tẽpore. sed tñ quicquid ei tribuo:tribuo ex tuis literis. Tibi uero assentior maiorẽ πρᾶξιν eius fore: si mihi:quod debuit:dissoluerit. Brutus uelĩ sit Asturæ. Quod autem laudas me:quod nihil ante de profectione constituã:quam ista quo eua sura sint:uidero:muto sententiã:neq; quicquã tamen ante:quam te uidero. Atticã meam gratias mihi agere de matre gaudeo:cui quidẽ ego totã uillam:Cellãq; tradidi: eãq; cogitabã. V. Iduũ uidere. Tu Atticę salutẽ dices:nos Pyliã diligenter tuebimur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

Pompeiano naui aduectus sum in Luculli nostri hospitiũ. VI. Iduũ hora fere tertia. egressus aũt e naui:accepi tuas literas:quas tuus tabellarius ĩ Cumanũ attulisse dicebatur: Nonis Maii datas. a Lucullo postridie eadẽ fere hora:qua ueni. VII. Iduũ Lanuuio datas. Audi igitur ad omneis. Primũ quę de re mea gesta:& in solutione:& ĩ albiano negocio:grata. De tuo autem Buthroto:cũ in Pompeiano essem: Misisenũ uenit Antonius. inde ante discessit:q̃ illum uenisse audissem: a quo in Samniũ. uide quid speres. Romæ igĩt de Buthroto. L. Antonii horribilis contentio. Dolabellæ præclara iam:uel sibi habeat numos:modo numeret Idibus. Tertullæ nollem abortum. Tam.n. Cassii sunt iã:q̃ Bruti serendi. De Regina uelim:atq; etiã de Cæsare illo. persolui primæ epistolæ. Venio ad secũdã. De Quintis:ac Buthrotiis:cũ uenero:ut scribis: Quod Ciceroni suppeditas:gratũ. Quod errare me puras:qui Rempu. purẽ pẽdere e Bruto: sic se res habet:aut nulla erit:aut ab isto:istis ue seruabiĩ. Quod me hortaris: ut scriptã concionem mittam: Accipe a me mi Attice καθολικὸν θεώρημα earũ rerũ:ĩ quibus exercitati sumus: satis nemo unq̃ neq; poeta:neq; orator fuit:q quẽq̃ meliorem:q̃ se arbitraretur. Hoc etiã malis cõtigit. Quid tu Bruto puras & ingenioso: & erudito? de quo etiã experti sumus. nuper in edicto scripseram rogatu tuo. meũ mihi placebat:illi suũ:quinetiã cũ ipsius precibus pene adductus:scripsissem ad eũ de optimo genere dicendi:nõ modo mihi:sed etiã tibi scripsit:sibi illud:quod mihi placeret: non probari: Quare sine quæso quenq; sibi scribere. Suam cuiq; sponsam:mihi meã:suũ cuiq; amorem:mihi meum

Maior. Subintellige fuisse uel fieri.

¶ Argumentum.

ESPondet nonnullis literis Attici simul datis: in quibus Dolabellam & Cassium laudat.

¶ Interpretatio.

ESTA. Sunt a te. A quo. Miseno. Quam illũ. Subintellige prius. Quid speres. Cũ uagũ ac uolaticum Consulem hẽamus/uel de negotio tuo Buthrotio. Romæ. Agemus cũ Antonio. L. Antonii. Fratris:qui postea cum Antonio pugnauit/ac deditionẽ perusinam fecit:qui pro Octauio producendo certauit. Sibi habeat. Retineat Dolabella. Tertullæ. Vxoris Cassianæ. Cassii. Fœcũditatem optat Vxori Cassii/ut Tyrãnicidę multiplicẽtur: qualis fuit Cassius/de quo. M. Tullius/tam Cassii q̃ Bruti serendi sunt. Regina. Superius est eadem dictio. sed ad quem referatur non recte dispicio/nisi ad Calpurniam aut Octauiũ ætate puerum/nec i amoribus rudem: quem in ætatula passum muliebria ferũt:uel ad Citheridem Antonii. Καθολικὸν. Vniuersalem speculationẽ. Meliorem. Amamus nos & nostra sine riuali:& ut inquit Horatius. Speramus enim manare poetica mella. Malis. Poetis. Sibi scribere. Genio suo ac uoluptati:ut in eo semet obl&ctet. Suam cuiq; sponsam. Probari: diligi. Forma mouet oculos nostros non sępe pulcherrima. pstigii species amor est. olim maurum municeps meus amabat/decolorem/& pice nigriorẽ/& graculo:& cicada/ossea manu/& cui per mediam noles occurrere noctem/cũq; propterea rephenderetur respõdit/parce Pie: si meis oculis illa uideretur tibi Helena uideretur. Amorem. Amamus singuli peculiariter/ac sua cuiuis puella formosissima uidetur. quoniam species est furoris amor. Audi quę in hãc sententiã

Catholicõ.

Lucretius disserat libro de rerũ na. quarto. Nam faciunt homines plerũq; cupidine cęci: Et tribuũt ea: quæ non sunt sibi cõmoda uere. Multimodis igitur prauas: turpeisq; uidemus Esse in delitiis: sũmaq; in honore uigere. Atq; alios alii irrident: ueneremq; suadent Vt placeant: quoniam foedo afflictantur amore. Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe. Nigra melacochros: immũda & foetida acosmos. Cæsia palladion: neruosa & lignea dorcas. Paruula pumilio. charitonia tota merum sal. Magna atq; immanis: cataplexis: plenaq; honoris.

Balba loqui non quit: Traulizi: muta pudens est.
At flagrans: odiosa: loquacula: Lampadion fit.
Ischnos: eromanion tum fit cum uiuere non quit
Præ macie: rhodine: Betto est iam mortua Tussi.
At lamia est: maniosa deo certe ipsa ab iaccho.
Simula: Silene: at satura est labiosa: Philoene.

Locus Lucretianus. Placet tamen emendes uersum superiorem: in quo legitur: nigra melacochros: melichloros: flaua uidelicet significatur. Nos ita uulgo excusamus: nigram Castaneolam dicentes: ex Theocrito in Theristis. ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον: gracilem: combustam a sole: flauam. [Melichloros. Theocritus]

Non scite. Non eleganter facito me scripsisse in cõcione mea uel in libello ad Brutũ: hoc mihi est cõmune cum multis: etiam cũ Attilio Prisco poeta: Ennio: Lucillio: qui opice scripserunt.

Isti. Bruto. Si Brutus concionem nostram nõ probat: utrum ego possem probare suam? Sed in forum Brutus uenire non potest: tam belle se gessit in Idibus Martiis. Ducem. Brutum.

Per me. Exhortatione mea.

Quid credas. Vtriq; uisceribus Cæsaris. Cõsilia. Pro tempore capienda consilia. Prorsus. Recte: unde prorsa rectus scribẽdi modus. Rursum & prorsum Plautus in Amphitryone dixit: & nos inibi plura. [Prorsum. Rursum.] Μὴ πολ. Non administrandam esse Rempub. philosopho. Vulticulus. Imago Bruti cum pugione & pileo. Erat enim pallidus ac ore exangui Brutus: homo stoicus. Alibi Cicero dixit. Quid si uulticulum Bruti in repulsa uidisses? [Vulticulus] Dextella. Integumentum dextri lateris Antonii: in medio ut honoratiore loco positi. Beroaldus dextellæ emendat ut nomen sit loci. [Dextella.] Auferemus. Ab Antonio de Buthroto. Produxit. In senatum uel forum. Tabellarius. Abiit. Epistolas. Beroaldus legit epulas.

non scite. Hoc enim Attilius poeta durissimus: atq; utinam isti licear concionari: cui si esse in urbe tuto licebit: uicimus. Ducem enim noui belli ciuilis: aut nemo sequetur: aut ii sequentur: qui facile uincantur. Venio ad tertiam. gratas fuisse meas literas Bruto: & Cassio gaudeo. Itaque is rescripsi. Quod Hirtium per me meliorem fieri uolunt: do equidem operam: et ille optime loquitur: sed uiuit: habitatq; cũ Balbo: qui item bene loquitur. Quid credas: uideris. Dolabellam ualde placere tibi uideo: mihi quidem egregie. Cum Pansa uixi in Pompeiano. is plane mihi probabat se assentire: et cupere pacem. causam armorum quæri plane uideo. edictum Bruti: et Cassii probo. Quæris: ut suscipiam cogitationem: quid nam istis agendum putem? Consilia temporum sunt: quæ in horas commutari uides. Dolabellæ & prima illa actio: et hæc contra Antonium concio: mihi profecisse permultum uidetur: prorsus ibat res. Nunc autem uidemur habituri ducem: quod unum municipia: boniq; desiderant. Epicuri mentionem facis: et audes dicere μὴ πολιτεύεσθαι. non te Bruti nostri uulticulus ab ista oratione deterret? Q. Frater: ut scribis: est dextella. per eum igitur: ut uolemus: facile auferemus. Expecto: si: ut putas: L. Antonius produxit Octauium: qualis concio fuerit. hæc scripsi. Statim enim Cassii tabellarius: eram continuo Pyliam salutaturus. Deinde ad epulas Vestorii nauicula. Atticæ plurimam salutem. Vale.

¶ Argumentum.

RESPONDet epistolæ Attici Lanuinæ. Colloquiũ Cornelii Balbi refert super Antonio milites in uerba iurare sollicitante. Amat Dolabellã in homine nihil sinceri. Res haud dubie spectat ad castra. Sed mihi ætas acta est: uiderint iuniores.

¶ Interpretatio.

CASsii Tabellario. Per Cassii Tabellarium. Et quidem. Beroaldus. At quiddam. Similes. Scribe. Simile est. Quã tectus. Subintellige fit. Tectius ille cepit. Sancirent. Sancta ac inuiolata haberent. Facturos iurarent. Lege. Facturos esse iurarent. Vtram omnes haberent. Lege. Vtrum omnes haberent rata. Duũuiri singulis mensibus inspicerent. Questus. Balbus. Nihil synceri. In Balbo. Ad castra. Erumpat ad bellum. Illa res. Cædes Tyranni. Pueriti. Quoniam arborem inciderunt, non euulserunt. Hæredem. Antonium. Hoc metuere. Cæsarem Tyrannum præsentem. In metu nõ ponere. Successorem non timere. ὑποσόλοικα. Subabsurda subintelligẽ fiunt. Ponti neapolitanũ. Aldus noster legit Pontem, sed cum in Neapolitano multi sint pontes: nec de quo mentio fiat, edisserat, mallo sequi Beroaldũ qui Pontinum corrigit, agrum uidelicet circa paludem. Pontinam, qui olim Cæsaris fuit amatoris Seruiliæ: quo affici adhuc Cæsari, mater Bruti Tyrannicidæ uidetur inuere. Cato maior. Liber de senectute, quem Cicero composuit. maior uero Cato is liber appellatur quoniam in eo inducitur senis partes agẽs Cato censorius. Stomachor. Odi: respuo. Hoc qui facit stomachator appellatur. βεβίωται. Vita acta est. ad nos istæc ptinent maxime. παντελικόν. Omne quod ad finem pertineret: quo suprema huic negocio manus Iponeretur. Sic. Ambiendo. Hominem. Hirtium. Istorum. Cæsarianorũ. Talaria. Pedila Mercurii: sic enim græci uocant. Agamus interpretes pacificatores uel nuntios & legatos ut instituerãmus & abeamus. Quiduis. Subeamus. Tinniat. Garriat. In meo noie. In debito meo. Dũ mihi soluere parat uersurã fecerit. uel ne mihi soluat, rẽtet tabulas nouas inducere. Tabulas nouas. Dissolutionẽ debitorũ: qđ cũ fit, magnis tumultib. Respu. labat, adeo ut progatio dieculę Druso ptore facta, motus peperit ĩgẽtes. Ista.n. duo pnoia, ut ingt Seneca, meũ & tuũ laborare cogũt humanũ genus, q̃ magna felicitate obruerẽt. Cũ impator Ro. Hadrianus ut opinor, cõbusserit codicẽ ęris alieni ad fiscũ spectãtẽ, iutauit ignem nũq̃ fuisse lętiorem.

Hyposoloeca.

Tinire.

M.T.CICE.T.P.ATTICO.S.

CVm paulo ante dedissem ad te e Cassii tabellario literas: V. Iduum uenit noster tabellarius: et quidem portenti similes in tuis literis. Sed cito conieci Lanuuii te fuisse. Eros autem festinauit: ut ad me literæ Dolabellæ perferrentur: non de re mea (nondum enim meas acceperat) sed rescripsit ad eas: quarum exemplum tibi miserãm: sane luculente. A me autem cum Cassii tabellarium dimisissem: statim Balbus uenit. O Dii boni quam facile perspiceres timere ocium: & nosti uirum: quã tectus: sed tamen Antonii consilia narrabat: illum circuire ueteranos: ut acta Cæsaris sancirent: idq; se facturos iurarent. utrum omnes haberẽt rata: eaq; Duumuiri omnibus mensibus inspicerent. Questus est etiam de suã inuidia: eaq; eius omnis oratio fuit: ut amare uideretur Antonium. Quid quæris! nihil synceri. Mihi autem non est dubium: quin res spectet ad castrã: acta enim illa res est animo uirili: consilio puerili. Quis enim hoc non uidit regni hæredem relictum! Quid autem absurdius. hoc metuere: alterum in metu non ponere: quinetiam hoc ipso tempore multa ὑποσόλοικα. pontem Neapolitanum a matre Tyrannoctoni possideri. legendus mihi sæpius est Cato maior ad te missus. Amariorem enim me senectus facit. stomachor omnia: sed mihi quidem βεβίωται. Viderint iuuenes. tu mea curabis: ut curas. hæc scripsi: seu dictaui: apposita secunda mensa. apud Vestorium. Postridie apud Hirtium cogitabam equidem παντελικόν: sic hominem traducere ad Optimates paro .nemo istorum: qui ocium non timeat. quare talaria induamus: quiduis enim potius quam castra. Atticæ salutem plurimã uelim dicas: Expecto Octauii concionẽ: et siquid aliud. maxime aũt ecq̃d Dolabella tinniat. an in meo noĩe tabulas nouas fecerit. Vale.

¶ Argumentum.

HIRTium amare Cæsarem mortuum. Timere ne senatus secutus irrita faciat quæ Cæsar sanxerit. Nos uocant ingratos. Castra adire hac ætate recusat. Itaq; Idus Martiæ nos minime consolantur. Delegatione uotiua.

¶ Interpretatio.

IAM Iam. Cito, quãprimum. Odorari. Statum præsentem. Typo quodam a me tibi dari. Ne nihil. Vt parum. Discipulus. Dolabella cui Nestorẽ superius Cicero pręstare cupiebat. Illum. Cęsarem mortuum. ὑπόθεσιν. Subiectum. Eam. Hũc pręte xtum sui furoris. Pręseferunt. Deest post hanc uocem dictio ul tum. Desistemus. Nos optimates. Illi. Cęsari. Malo. Exitio. Cæsaris pernicies, nimia clementia fuit, adeo ut uere cantitatum sit in funebribus. Men pepercisse ut essent qui me perderent. Quasi. Diuisim scribendum. Quasi. Ἔυλογον. Rationem habet, supple uenturum.

Species. Imago futuri difficili iter malos. Beroaldus legit spes.

Contagio. Contages a Lucretio dicitur. Tum licuit. Tempore Cæsaris neutrarũ partium esse. Nunc licebit. Lege non licebit. φαινοπροσωπητέον. Ilari uultu agendũ est. ἰτέον. Eundum. Mendum. Errorẽ. Acta est enim res cõsilio puerili. Ἀλλὰ. Scribatur ἄλλοις. Aliis in bonis. Dedecus aũt repellunt. Alii scribunt ἄλης idest uacationis uel exilii. In senatu kal. Scribe. In senatu Kal. adsim. Milites. Latrones. In istos. Tyrãnicidas.

Phenoprosopiteon.

M.T.CICERO. T.P. ATTICO. S.

CErtior a Pylia factus: misi ad te Idibus tabellarios: statim hoc nescio quid exaraui. Primũ igitur scire te uolui: me hinc Arpinum. XVI. Calendarũ Iun. Eo igitur mites: siquid erit posthac: quã q̃ ipse iam: iamq; adero. Cupio enim ante: q̃ Romã uenio: odorari diligentius: quid futurum sit: quanq̃ uereor: ne nihil coniectura aberrem. Minime enim obscurum est: quid isti moliantur. Meus uero discipulus: qui hodie apud me cœnat: ualde amat illum: quẽ Brutus noster sauciauit: et si quæris (perspexi enim plane) timet otium. ὑπόθεσιν autem hanc habent: eãq; præseferunt: clarissimum interfectum: totam Rẽp. illius interitu perturbatam. irrita fore: quæ ille egisset: simulac desistemus timere. clementiam illi malo fuisse: qua si usus nõ fuisset: nihil ei tale accidere potuisset. Mihi autem uenit in mentem: si Pompeius cum exercitu firmo ueniat: quod est εὔλογον: certe fore bellum. hæc me species: contagioq; perturbat: ne gemam: quod tibi tum licuit: nobis non licebit. nam aperte lætati sumus. Deinde habent in ore nos ingratos. nullo licebit modo: quod tũ & tibi licuit: & multis φαινοπροσωπητέον: ergo et ἰτέον in castra: millies mori melius huic pręsertim ętati. Itaq; me Idus Martiæ non tam consolantur: q̃ antea. Magnum. n. mendum cõtinent. etsi illi iuuenes ἀλλὰ οἷσ ἐμέσθλοισ τὸν Διαποθοῦνται ψόγον. sed: si tu melius quippiam speras: quod & plura audis: & interes consiliis: scribas ad me uelim: simulq; cogites: quid agendum nobis sit super legatione uotiua: quod in his locis moneor a multis: ne in Senatu Calendis adsim. Dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparari: et quidem in istos: qui mihi uidentur ubi uis tutius: q̃ in Senatu fore. Vale.

¶ Finis interpretationis in. xiiii. Epistolarum Ad Atticum Librum.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER. XV.

M.T. CICERO. T.P. ATTICO. S.

Factum male de Alexione: incredibile est: quãta me molestia affecerit. Nec mehercule ex ea parte maxime: q̃ plerique mecum. Ad quem igitur medicum te conferes? Quid mihi iam medico: aut si opus est: tanta inopia est? Amorem erga me: humanitatem: suauitatemq; desidero. Etiam illud quid est: quod non pertimescendum sit? cum hominẽ temperantẽ: summum medicum: tantus improuiso morbus oppresserit? Sed ad hæc omnia una consolatio est: q̃ ea conditione nati sumus: ut nihil: quod homini accidere possit: recusare debeamus. De Antonio iam antea tibi scripsi: non esse eum a me conuentum: uenit enim Misenum: cum ego essem in Pompeiano: ante profectus est: quã ego eũ uenisse cognoui. sed casu: cum legerem tuas literas: Hirtius erat apud me in Puteolano: ei legi: & egi primũ: quod attinet. nihil mihi concedebat. Deinde ad summam: arbitrũ me statuebat nõ modo huius rei: sed totius consulatus sui. cum Antonio autem sic agemus: ut perspiciat in eo negotio si nobis satisfecerit: totum me futurum suum. Dolabellam spero domi esse. Redeamus ad nostros: de quibus tu bonam spem te significas habere: propter edictorum humanitatẽ. Ego autẽ perspexi: cum a me. XVII. Calẽ. de Puteolano Neapolim Pansæ conueniendi causa proficiscerer. Hirtius: omnẽ eius sensum. Sed (uix enim & ad pacem sum cohortatus) nõ poterat scilicet negare: se uelle pacẽ: sed nõ minus se nostrorũ arma timere: q̃ Antonii: & & tñ utrosq; non sine cã præsidium habere: se autem utraq; arma timere. Quid quæris? οὐδὲν ὑγιές. De Quinto fratre tibi assentior. patri quidem gratissimæ & bellæ tuæ literæ fuerũt. Cereliæ uero facile satisfeci: nec ualde laborare mihi uisa est: etsi illa: ego certe non laborarẽ. Istam uero: quã tibi molestã scribis esse: auditã a te esse oĩno demiror. Nam q̃ eã collaudaui apud amicos: audientibus tribus filiis eius:

¶ Enarratio in. xv. epistolarum Ad Atticum auctore eodem Pio Bononiensi.

¶ Argumentum.

FActum male. Deplorat Cicero uir amoris retinentissimus subitaneum casum ac mortem irruentẽ qua oppressus est Alexio medicus Attici: cuius claritudine languescit ac æstuat. Catullus. O factũ male. O miselle passer.

¶ Interpretatio.

EX EA parte. Ob id. Maxime. Dolores acerrimi mihi cooriuntur. Quod. Circa quam partem. Plerique mecum. Dolent. non me mouet ea quæ cæteros in dolorem trahunt. Medicum. Medicorum. Cum Alexionem medicũ morbus oppresserit. Semitam qui nesciunt, aliis monstrãt uiam. Quid. Opus est medico iuxta illud Ouidianum. Curabat propriis æger Podalirius herbis. Et medicus quãuis, turpiter æger eram. Si opus est. Concessio quod ista me non moueant, medicos uidelicet ægrotare, quem medicũ bonum sæpe nemus? Tanta inopia. Medicorum ut alium medicũ non reperiamus. Essem in Pompeianum. Scribendum essem. Legi & egi. Annominatio decora. In eo negotio. Buthrotio. Domi esse. Domestica curaturum, et in proposito libertatis fouendæ perseueraturũ. Tamen. Dicebat. Vtrosq;. Brutum & Antoniũ. οὐδὲν ὑγιές. Nihil sinceri in Pansa deprehendit: omnia corrupta. hoc prouerbio usus est Aristophanes in Pluto. ἔστιν οὐδὲν ἔργον ἀλλ' οὐδὲν ὑγιές Euripides in Andromache lacones describens. ... ὑγιὲς οὐδέν. Astutices malorum subdoli, tortuosi, nihil sani. De Quinto. Beroaldus. De Quinto filio.

Medicus.

Vden hygies.

In laconas.

Liræ.

Et tua filia. In codice qui fuit Iani Lamolæ grammatici Bononiensis adscriptum est Liras/ quæ dictio significat ineptias:ex Plauto qui infit/liræ liræ. Et Aristophanes ... λίγεν λίγυς/ unde forte delirare deducitur.nõ probo nec improbo/non me prætereunt sensus uulgatior de lira ui/ delicet sulco.Infra Cicero:λῆρος πολὺς ait. Personatus. Ambulare personatus prouerbialiter di/ citur ille qui nõ potest introspici ac intelligi.Martial.Personam capiti detrahet illa tuo. Perso/ na. Fœdum & turpe est seni persona. Suæ imortalitati. Facinus immortale patrando. No/ stro otio. Consules ac Cæsaria/ nos fomites non extinguendo. De Regina. Nescio an lepi/ dum intelligat:Calpurniam/ an potius Octauium puerum/ an citherida/ an Quintum in pari/ libus coronatum/Scortum Hir/ tianum/ Si quid potes. Confi/ ce. Ibi bene. Nonnulli codi/ ces habent ubi. Clam his. Ne scientibus custodibus. Vene/ rat. Docet quomodo clam his eam uidit. Exaraui. Scripsi. ὑπόθεσις. Materia. Et ita consecutus. Sic factum est ut uo luit. Alii legunt ista. Oratio/ ne. Ostẽdit. Solus. Vnica per/ sona alia a persona Bruti fere so/ liuaga: nec in multorum collo/ quio. Nonnulli codices habent. Secutus aliud. Hoc. Subin/ tellige feci. ὑπατικός. Consu/ laris/non Atticus/ unde fides in lyricis altius sonans & Torulus/ hypatos:& ei proxima parhypa/ tos appellatur. Δημοσθένους. De/ mosthenis. Attico. A te. Gra uissime. Cum sis grauissimus.

Hypaticos.

Hypatos.

& tua filia. Quid hoc est? Quid est autẽ: quod ego per/ sonatus ambulem? Parũ ne fœda persona est ipsius senectutis? Quod Brutus rogat: ut ante Calendas ad me quoq; scripsit:& fortasse faciam sed plane qd uelit:nescio. Quid.n.illi afferre cõsilii possum:cũ ip se egeam consilio? Et cum ille suæ ĩmortalitati me/ lius:q̃ nostro otio cõsuluerit? De Regina rumor ex/ tinguetur. De Flauia obsecro te:siqd potes. herclẽ dederã ad te literas exiens e Puteolano: diuerteramq; in Cumanũ:ibi bene ualentẽ uidi Pyliam quẽ etiam paulo clã iis eam uidi. Venerat enim in funus:cui fu neri ego quoq; operã dedi. Cn. Lucullus familiaris noster matrẽ efferebat. Mãsi igitur eo die ĩ Sinuessa/ no:atq; inde mane postridie Arpinũ proficiscẽs hãc epistolam exaraui. Erat autem nihil noui: quod aut scriberẽ:aut certe ex te quærerẽ: nisi forte hoc ad te putas ptinere. Brutus misit ad me orationẽ suam ha bitam in concione capitolina:petiuitq; a me:ut eam ne ambitiose corrigerem:ante:q̃ ederet. Est aũt ora/ tio scripta elegãtissime sententiis: & uerbis: ut nihil possit ultra. Ego tamẽ: si illam cãm habuissem: scri/ psissem ardentius ὑπόθεσιν. Vides quæ sit persona dicẽtis. Itaq; iam corrigere eã non potui. Quo.n.in genere Brutus noster eẽ uult:& qd iudiciũ habet de optimo genere dicendi:ita cõsecutus est ea orationẽ: ut elegãtius nihil esse possit. sed ego solus alius sum spe:hoc recte: siue nõ recte:tu tamen uelim orationẽ legas:nisi forte iam legisti: certioremq; me facias: qd iudices ipse:quãquam uereor:ne cognomine tuo la psus ὑπατικὸς sis in iudicando. sed si recordabere Δημοσθένους fulmina:tũ ĩtelliges posse:& Attico tota grauissime dici:sed hæc corã. Nec sine epistola: nec cũ inani epistola uolui ad te Metrodorũ uenire.

¶ Argumentum.

EPEtit de causa Bu/ throtia. De L. Anto/ nii concione. Octaui concio/ ac ludorum apparatus/ procuratoresq; non placẽt. Ale/ xionis iterum mortem dolet.

¶ Interpretatio.

Suessa.

SVESsano. Suessa Po/ metia est in latinis. Vestiano. Alii ue/ storiano scribunt/ fundi uideli/ cet nomen est.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

DEcimoquinto Calen. e Suessano profi/ ciscens: cum dedissem ad te literas: di/ uertissemq; a Cumis in Vestiano: acce/ pi a tabellario tuas literas:in quibus ni/

mis multa de Buthroto. Nō enim tibi ea res maiori curæ aut est: aut erit: ꝙ mihi. Sic enim decet te mea curare: tua me. Quam ob rem id quidē sic susceptū est mihi: ut nihil sim habiturus antiquius. L. Antonium concionatum esse cognoui tuis literis: ut aliis sordide: sed id quale fuerit: nescio. Nihil enim scripsisti de Menedemo: probeq; certe ea dictitat: quod scribis consilium meū a te probari: quod ea nō scribam: quæ tu a me postulans: facile patior. Multoq; magis id probabis: si orationem meam: de qua hoc die ad te scripsi: legeris. Quæ de legionibus scribis: uera sunt: sed non satis hoc uideris tibi persuasisse: quid de Buthrotiis nostris per Senatū speres cōfici posse: quod puto. tantū enim odiū uideo: nō uidemur esse uicturi: sed: si etiam nos hoc fallat: de Buthroto te non fallet. De Octauii concione idem sentio: quod tu: ludorūq; eius apparatus: & Marius: & Posthumius mihi procuratores nō placent. Saserna collega dignus: sed isti oēs: quemadmodū sentis: nō minus ocium timent: ꝙ nos arma. Balbum leuari inuidia per nos uelim: sed ne ipse quidem id fieri posse confidit: itaq; alia cogitat. Quod prima dispu tatio Tusculana te cōfirmat: sane gaudeo. Neq;. n. ullum est perfugiū: aut melius: aut paratius. Flauia ꝙ bene loquitur: non moleste fero. Tyndaritanorū causa: de qua tam laborat: quæ sit: ignoro. hos tamen πανττέλοιπον mouere ista uidentur. In primis, erogatio pecuniæ. De Alexione doleo: sed quoniā inciderat in tam grauem morbum: bene actum cum illo arbitror: quos tamen secundos hæredes scire uellem: & diem testamenti. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vndecimo Calendarū accepi duas Epistolas tuas: quibus duabus meis respōdisti: una erat. VI. Calen. altera. XII. data. Ad superiorē igitur. prius accurres in Tusculanū: ut scribis: quo me. VI. Calen. uenturū arbitrabar. quod scribis paredū uictoribus: nō mihi quidē: cui sunt multa potiora. Nā illa: quæ recordaris Lētulo: & Marcello Cōsulibus acta in æde Apollinis: nec causa eadē est: nec simile tēpus. præsertim cū Marcellū scribas: aliosq; discedere: erit igitur nobis cura moderandū: & constituendum: tuto

Hoc fallat. Legitur: hic fallat: Antonius uidelicet. Concione. Vt milites: populumq; caperet. Inuidia. Odio quod seditiosus habetur. Per nos. Ope nostra. Alia. Hærere Cæsari uel Antonio. Tusculana. Librorū Ciceronis stoicorū. Perfugiū. ꝙ disputationes philosophicæ.

Tyndaritanorum. Aenigma hoc soluere non potuit Cicero: nec nobis erit dedecori si non soluemus / præsertim cū ad nos integrum non uenerit. Possumus tamen treis intelligere Tyndaridas / forsan Antonium ac Dolabellam: & reginam instar Helenæ hoc est Octauium. Ausonius qui passim legitur.

Istos tergemino: nasci quos certis ab ouo
Patribus ambiguis & matribus assere natos.
Hos genuit Nemesis. sed Leda puerpera fouit.
Tyndareus pater his & Iuppiter / hic putat / hic scit.

De qua causa. Dic. De qua tā. πανττέλοιπον. Quinque quod reliquum est. Ego tamen mēdum puto. Quid si legis? παντελωόν mouere istam / ut ad Flauiam referatur. Pantelicon dicit omne quod ad finem pertinet / uelut innuat Cicero / Flauiam considerato fine moueri. Erogatio. Exbursatio pecuniæ ut uulgo dicitur. Quos. Instituerit.

Erogatio.

Argumentum.

EPISTola ueluti deliberationis instar de omni statu Romano.

Interpretatio.

IGITVR. Respondeo. Accurres. Aduolabis. Non mihi scribis. Cui sunt. Qui meliora habeo consilia / nemini uidelicet seruiendum. Cicero ad imperandum potius ꝙ parendum natus erat.

Acta me. Dictio illa: me: est superuacanea.

Côuentus. Me mouent. De malo. Matio Beroaldus legit. Supra Matius & posthumus mihi p cutatores non placent. Quoniam est. Scribe: q̃ est. Volo Antonio fortunam deteriorem esse q̃ sit. Ad. Q. de patre. Scribẽdum. Ac de. Q. patre. Sella. Aurea: in qua Cęsar sedebat: ea ab tribunis plebis conflata fuit. Super hac sella Tranquillus ita meminit. Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia: & pro tribunali thensam, & ferculũ circensi põpa. XIIII. ordines. Ministri ac designatores q̃tuordecim ordinum: qui suggestum Cæsaris i orchestra positum: exturbarunt. De quo Suetonius in Cæsare dictatore. Si Carsulenus. Odit optimates uel quid tã le. In caput alta fusi labentur flumina retro, ut ait Ouidius. Ἀ'νω ποταμῶν. Retro fluminũ: subintellige cursus retrounda: relabentur. Ita credo. Per populũ actum Antonium. Quoquomodo. Opẽ ferre debemus. Alii coniungunt hoc totum cum inferiorib. Quoquomodo ago de illius neruis existimo. Si. D. Bruto Antonius prouinciam eripere postulat: existimo quoquo modo neruos habere. Sed uis ui repelletur: & bellum bello. Rides ab cordilio. Aldus ab cordolio scribit. Est enim Cordolium dolor. Vox Plautina. Beroaldus, condoleo. Ego rideo ab cordilio emendo, hoc sensu. Miror & rideo te credere Cordiliũ negotiatorem tuũ re putare plus efficere posse, q̃ assiduitas mea possit. Ordo. Rideo perfici causam Buthrotiã. Nõ mea potius assiduitate q̃ assiduitas mea possit. Ἀ'πορία. Dubitatio. Iduũ. Quę uenit ab idibus qñ interfectus fuit Iulius Cæsar: quã diẽ cũ lętitię libertatisq; patrẽ putaret uniuersus orbis, repta est funestiss̃ma, siqdẽ arbor cęsa non eradicata, fruticari cępit, & tãq̃: ut gręco prouerbio inoleuit: mouisset Anagyrũ & camarinã: oia emersere Romanę Reip. ĩeõ

Sella aurea

Retro fluminũ.

Cordoliũ.

ut Romæ esse possumus. Noui côuentus. habitatores sane me mouẽt: ĩ magnis. n. uersamur angustiis. Sed, si ista paruipẽdimus: certe & maiora côtemnimus. Caluę testamentũ cognoui hominis turpis: ac sordidi. Tabula Demonici: quod tibi curę ẽ: gratũ. De matio scripsi iã pridẽ ad Dolabellã accuratissime: a quo modo literę mihi redditę sunt: eius. n. cã: & cupio: & debeo. Venio ad proprioré. Cognoui de Alexione: quæ desiderabã. Hircius est tuus. Antonio quoniã est: uolo peius esse. De. Q. Fratre: quod scribis ac de. Q. patre: corã agemus. Brutum omni re: qua possum: cupio iuuare: cuius de oratiuncula idem te: quod me sentire uideo: sed parum ĩtelligo qd me uelis scribere: quasi a Bruto habita oratione: cũ ille ediderit: qui tãdẽ côuenit: an sicut in tyrãnũ iure optimo cęsum multa dicẽtur: multa scribẽtur a nobis: sed alio modo: & tempore. De Sella Cæsaris: bene Tribuni. præclaros etiã. XIIII. ordines. Brutũ apud me fuisse gaudeo: modo & libẽter fuerit: & sat diu. X. Calen. Iunii fere ea: quæ a Fusio: uenit tabellarius: nescio qd ab eo literularũ uti me sibi restituerẽ. sane insulse: ut solet: nisi forte quem nõ ames oia uidẽtur insulse fieri. Scripsi ita: ut te probaturũ existimẽ. Mihi duas a te Epistolas reddidit. unã. XI. alterã. X. Calen. ad recentiorẽ prius: & leuiorẽ. laudo: si uero etiã Carsulenus ἀ'νω ποταμῶν. Antonii cõsilia narras turbulẽta: atq; utinã potius p populũ agar: q̃ p Senatũ: quod quidẽ ita credo: sed mihi totũ eius cõsiliũ ad bellũ spectare uidetur. Siquidem: D. Bruto Prouincia eripitur quoquo modo: ego de illius neruis existimo: nõ uidetur fieri posse sine bello. sed nõ cupio: quoniam caret Buthrotiis: rides ab cordolio nõ mea potius assiduitate: diligẽtia: gratia perfici. Quod scribis te nescire: quid nostris faciundũ sit: iã pridẽ me illa ἀπορία solicitat. Itaq; stulta iam Iduũ Martiarũ est cõsolatio. Animis. n. usi sumus uirilibus: cõsiliis (mihi crede) puerilibus. Excisa. n. est arbor: nõ euulsa: itaq; q̃ fruticetur uides. Redeamus igit̃ quoniã sæpe usurpas ad Thusculanas disputationes. Saufeiũ pete. celemus: ego nũquam indicabo. Quod te a Bruto requiri scribis: ut certior fieret: quo die ĩ Thusculanuũ essem futurus. ut ad te ante scripsi. VI. Calendarum: & quidem ibi te quamprimũ peruidere uelim. Puto enim nobis Lanuiũ eundum. equidem non sine multo sermone:

moda mulitq; p uno tyrãniculi/Antonius/Lepidus/Dolabella/cęterę́q; peſtes & harpyiæ:q̃ cũ/cta fœdauere. Μελλήσει. Curæ erit. Medullis. In animi interiorib. penetralib: Scribã. Quaſi dixerit:nõ faciã. παρεγχείρησις. Conatus. a Quintiliano parenchiriſis pro diuiſione ponitur/tãq̃ poſitio ac diſtributio in manib. Ἡρακλείδιον. Herculaneum. Aliquod Herculaneum opus O Cicero contexe. omnia heroica: generoſa ac magna Herculanea dicũtur. Feres. Non ſtomachaberis libere dictũ a me. Idus. Non mirũ ſi Brutus in quadam ad Atticũ Epiſtola ſic amarulente ſcripſit. An quia nõ omnibus horis iactamus Id. Mart. ſimiliter atq; ille Non. Decẽbres ſuas in ore habet:eo meliore conditione Cicero pulcherrimũ factũ uituperabit:q̃ Beſtia & Clodius reprehendere illius conſulatum ſoliti ſint. Reuertiſſet. Scribo reuiuiſſet. Improbat Tyrãnicidas:q arborem inciderunt:non euellerunt:qui fecerũt/non perfecerũt opus egregium. Cæſar:inquit Cicero: ſi ego cecidiſſem arborem: radices amplius nõ egiſſet. In Saufeiam. Villam iremus palantes/aut fortuna nos: ut græcorũ uerbum eſt: conieciſſet in tribonion. De Saufeio paulo ſupra.

Parenchiriſis. Heracli/dion. Herculaneũ.

ſed μελλήσει. Redeo ad ſuperiorem: ex qua prętereo illa prima de Buthrotiis: quę mihi ſunt incluſa medullis: ſit modo (ut ſcribis) locus agẽdi. De oratione Bruti prorſus contẽdis: mecũq; iterum tam multis uerbis agis. Ego ne ut eam cauſam: quam is ſcripſit: ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri poteſt cõtumelioſior. At inquis ἡρακλείδιον aliquod. Non recuſo id quidem: ſed & cõponendum argumentum eſt: & ſcribendi expectandum tempus maturius. Licet enim de me: ut libet: exiſtimes: uelim quidem quamoptime: ſi hæc ita manent: ut uidentur (feres quod dicam) me Idus Martiæ nõ delectant. Ille enim nunquam reuixiſſet. nos timor confirmare eius acta nõ coegiſſet: aut ut in Saufeiam: reliquaſq; Thuſculanas diſputationes: ad quas tu etiam Veſtorium hortaris: ita gratioſi eramus apud illum: quem Dii mortuum perdant. Tu ut noſtræ ætatis: quoniã interfecto domino liberi non ſumus: non fuerat dominus ille fugiẽdus. Rubeo (mihi crede) ſed iam ſcripſeram: delere nolui. De Menedemo uellem uerum fuiſſet. De Regina uelim uerum ſit: cætera coram: & maxime noſtris quid faciendum ſit: quid etiam nobis. Si Antonius militibus obſeſſurus eſt Senatum. Hanc Epiſtolam ſi illius tabellario dediſſem: ueritus ſum: ne ſolueret: itaq; miſi dedita opera. Erat enim reſcribẽdum tuis: q̃ uellem Bruto ſtudium tuum nauare potuiſſe. Ego igitur ad eum literas ad Dolabellam

Relinquas. Lege reliquas/nec iuiſſemus ad reliquas Thuſculanas queſtiones abſoluendas. Nõdum enim Cicero supremã manũ Thuſculanis q̃onibus impoſuerat. Gratioſi. Ita fauorabiles eramus apud Cęſarem ut Romæ eſſe puderet: ac per uillas & nemora libertatem quærẽtes uagaremur. Tu ut noſtræ ætati. Dic. Tu ut noſtræ ætatis. pręterea quoniam homines noſtrę ętatis liberi eſſe neſciũt: libenter ſeruiunt dũmodo iugum ſit leue.

Vt. Ponitur pro quoniã. Alii ſic ordinant. Tum dominus noſtræ ætati/hoc eſt ſenectuti/non fuerat fugiendus: ſaltem cum libertatem conſecuti non ſimus.

Non fuerit. Lege. Nõ fuerat. Rubeo. Quod ſcripſi me ſeruitio aſſuefieri poſſe: ſenectute luctari pro libertate recuſante: ac dominum non fuiſſe fugiendum. ſed omnia temperat ſal illud intellectum quoniam interfecto domino liberi non ſumus. hoc eſt fortaſſis illud quod Ciceroni ſic obiicit Brutus/Nimirum timemus mortem & exſilium & paupertatem. Hæc mihi uidentur Ciceroni ultima eſſe in malis: & dum habeat a quibus impetret quæ uelit: & a quibus colatur ac laudetur/ſeruitutem: honorificam modo: non aſpernatur: ſi quidq̃ in extrema ac miſerrima contumelia poteſt honorificum eſſe. Delere nolui. Erubuit id protuliſſe: quę uox non hominis/ſed pecudis fuiſſet/niſi id addidiſſet. De Regina. Octauio qui repetens paternam ab Antonio pecuniam grauiſſimis uerbis ac perignominioſis reiectus eſt. Dubitari tamẽ adhuc poteſt. Solueret. Aperiret. Niſi. Emenda miſi. Dedita opera. Per ſtatorem uel Tabellarium peculiarem. Erat reſcribendum. Inofficioſum fuiſſet non reſcribere. Tuis. Literis. Studium tuum. Quod tu ſtudioſe petis. Nauare. Preſtare.

Dñs Ciceroni nõ diſplicet.

Dedita opa.

Tyronem. Et ad Tyronem. De trāsuerso. Versiculo in epistola transuerso ac ædito / uel de trāsuerso occurrente lateraliter. Quo se. Vt. Nihil dum. Nihil adhuc.

Nihil dū.

Argumentum.

STVDET Hirtiū bonum facere: idq; rogat Cassius. Cicero periculi causa monet a Balbo ut absit. Antonium uidere non uult. Veteranos improbissime loqui.

Interpretatio.

A BRVTO. Diuellēda a superioribus epistola. Vtrum de duobus. Antoniis fortassis: quos ceperat: an iugulandi sint / uel impartienda misericordia. Sed hæc postea fuerunt / quare de duobus his nihil mihi succurrit. Sanum putas? Per interrogationem / Cassiū uidelicet q laterē lauat / ac æthiopem deterget. Ἀνθρωπος. Carbonarius / subintellige candescere siue albescere nō potest / niger semper est a ministerio nigro. Ἄνθρωπες alii scribunt hoc est carbones sunt / natura nigricant: lauari nō possunt. Quid si alludit illi prouerbio: Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφυκεν. Carbones Thesaurus erāt. In eos competit: qui spe sua frustra sunt: quiq; magnificis rebus expectatis / meras nugas repiūt. A quodam qui sperans Thesaurum carbones effodit. Huius prouerbii meminit Lucianus in Zeuxide & in Philopseude / in Timone / Alciphron in quadam Epistola. Vt scribit. Alii codices: scribis habent. Eum. Antoniū. In. D. Brutū. seurū ut extrurbet puincia. Reliquos Dolabellā. cum cæteris Cæsarianis. Quo me fato geram. Quo sidere duce. utar? Nec tā. Scribe / nec tamē. Deliberabo, Consulā. Duo significat deliberare / cōsulere scilicet & euētilare quid agendū sit: q̄rere finē rei dubiæ. Significat ēt deliberare post lōgū trutinam & cōsiliū aliquā pre apprehēdere: qd senex nescio qs uirosus i curia Ro. a teneris iquentus mordicus

Anthraces

Tyronem misi cū mandatis: & literis. eum ad te uocabis: & si quid habebis: quod placeat: scribes. Ecce autem de transuerso. L. Cæsar: ut ueniam ad se rogat in nemus: aut scribam: quo se uenire uelim. Bruto enim placere se a me conueniri. O rem odiosam: & inexplicabilem. puto me ergo iturum: & inde Romam: nisi quid mutaro. Summatim adhuc ad te: nihil dum enim a Balbo: tuas igitur expecto: nec actorū solum: sed etiam futurorum. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

A Bruto Tabellarius rediit. attulit & ab eo: & Cassio literas. consilium meum magnopere exquirūt. Brutus quidem utrum de duobus. O rem miseram. plane non habeo quid scribam. Itaq; silentio puto me usurum: nisi quid aliud tibi uidetur: sin tibi quid uenit in mentem: scribe quæso. Cassius uero uehementer orat: ac petit: ut Hircium quamoprimū faciam: sanum putas ἄνθρακες. Epistolam tibi misi: ut tu de Prouincia Bruti: & Cassii perscita: scribit & Balbus: & Hircius quidem se acturum. Etenim iam in Thusculano est: mihiq; ut absim: uehementer auctor est: ille quidem periculi causa: quod sibi etiam fuisse dicit. ego autem etiam: ut nullum periculum sit: tātum abest: ut Antonii suspicionem fugere nō curem: ne uideat eius secūdis rebus delectari: ut mihi causa esset: cur Romam uenire nolim: ne illum uideam. Varro autem noster ad me Epistolam misit: sibi a nescio quo missam (nomen. n. deerat) in qua scriptum erat. Veteranos eos: qui reiiciantur (nam partem esse dimissam) improbissime loqui: ut magno periculo Romæ sint futuri: qui ab eorum partibus dissentire uideantur. Quis porro noster itus: reditus: uultus: incessus inter istos? Quod si ut scribit: L. Antonius: eū uidelicet & in. D. Brutum. Reliquos in nostros. ego quid faciam aut quo me fato geram? Mihi uero deliberatum est: ut nunc quidem est: abesse ex ea urbe: in qua non modo florui cum summa fama: uerum etiam seruiui cum aliqua dignitate. Nec tā statui ex Italia exire: de quo tecum deliberabo: quam istuc nō uenire. Cum ad me Brutus noster scripsisset: & Cassius: ut Hirciū: quem adhuc bonū fuisse sciebāt: neq; eum confidebāt fore:

tenebat.In hac eadē pagina supsunt exēpla. Causę.Cæsarianę. Si forte.Exploraturus animū tui sententiā/an tu idē q̄d ego putes. Istos.Cæsarianos. Ipsi nostri.Optimates:ac tyrānicidę.

¶ Argumentum.

HIRTIVS statū urbis odisse ait/quod est in causa ut urbem fugiat. In Brutū & Cassiū inuehitur.Cicero in prouinciam legatoriam abire studet/castra/& odia auersatur:quietem amat/quoniam plorando fessus est.

mea authoritate meliorem facerem (Antonio est.n. fortasse iratior: causæ uero amicissimus) tamen ad eum scripsi:eiq; Bruti:& Cassii dignitatem cōmendaui. Ille q̄d mihi rescripsisset: scire te uolui: si forte idē tu:quod ego:existimares:istos etiā nunc uereri: ne forte ipsi nostri plus animi habeant:quā habent.

HIRTIVS CICERONI SVO.S.

RVre iam redieram:quæris an ego:cum omnes caleāt: ignauiter aliquid faciā. Etiam ex urbe sum profectus:ut illius enim statū odi) abessem. Has tibi literas exiens in Thusculanū scripsi. Noli autem me tā strenuū putare: ut ad Nonas recurram. Nihil enim iam uideo opus esse nostra cura: quoniam præsidia sunt in tot annos prouisa. Brutus:& Cassius utinā quā facile a te de me impetrare possint:ita per te exorentur:nequod callidius ineant cōsiliū.cedētes.n. hęc ais scripsisse.quo:aut quare:retine obsecro te Cicero:& illos. Noli sinere hæc omnia perire: quæ funditus mediusfidius rapinis:incendiis:cædibus peruertūtur.tantū si quid timent:caueant. nihil præterea moliātur. Nō mediusfidius acerrimis consiliis: plus:q̄ etiam inertissimis: dum modo diligentibus consequentur. Hæc enim:quæ fluunt:per se diuturna nō sunt. In contentione præsenteis ad nocendū habent uireis. Quid speres de illis: in Thusculanū ad me scribe. Habes Hirtii Epistolam: cui rescripsi: nil illos callidius cogitare:idq; cōfirmaui.hoc:quæsecūq; esset: te scire uolui. Obsignata iam Epistola: Balbus ad me: Seruiliā rediisse:cōfirmare nō discessuros. Nunc expecto a te literas. Gratū:quod mihi Epistolas: quæ q̄dē me delectarūt. In primis Sestii nostri. dices: q̄a te laudat:puto mehercule id quoq; esse causæ: sed tñ etiā ante:quā ad eū locū ueni.ualde mihi placebat cū sensus eius de Rep. tū scribēdi cura. Seruius uero pacificatus cū librariolo suo uidetur obiisse legationē:& omnes captiūculas pertimescere. debuerat autē nō ex iure manu cōsertum:

¶ Interpretatio.

RVRE iam.Hirtiana epistola arido stylo ac militari:cui titulus est: Hirtius Ciceroni suo salutem. Redieram.Subintellige ac Romam ueneram. Omnes caleant.Ferueat Senatus ac totus populus īstar maris exęstuet. Turpe ducebat Diogenes Cynicus omnib. satagentib.quiescere / propterea dolium uolutare cępit. Recurram. Reuertar in urbem. De me.Ne me consulem in priuatū timeant. Eos enim Cicero cōmēdauerat. Cedentis.Cedentes Brutum & Cassium. idest abeuntes. Quo.Cedebāt. Caueāt. Præsidia adhibeant. Fluunt. Non cōsistunt:sed rotantur iuxta illud adagium / Saxum sæpe uolutum non muscatur. De illis.Facturos tyrānicidas. Illos. Brutum & Cassium. Seruiliā. Bruti matrem. Librariolo.Suo scriptori. Cicero filius idē in epistolis familia.Librarius mittatur. multum enim mihi eripitur operæ in scribendis hypomnematis. Captiūculas. Erat enim iureconsultus. Non ex iure manu consertum.Gellius libro.xx.In ordine pręposteto .xviiii. propagatis finibus Italiæ negotiis occupati pacifici uindiciarū dicendarum causa longinquas res grauabantur:institutū est ut litigantes non ex iure apud prętorem manum consererent.sed ex iure manu cō sertum uocarent.idest alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem/de qua agitur/uocarent/atq; profecti simul in agrū: de quo litigabatur terræ aliquid ex eo uti unam glebam in ius in urbem ad prętorem deferrent:& in ea gleba tāquam in toto agro uindicarēt. Huic ritui sic alludit Cicero libro primo de Oratore.

Diogenes doliū uoluit.

Librariolus

Manu consertum.

Quod uero in extrema oratione quasi pro tuo iure sumpsisti oratorem in omnis sermonis disputa tione copiosissime uersari posse/id nisi hic in tuo regno essemus/non tulissem/multisq; pręessem: qui aut interdicto tecum contenderent / aut ex iure manuconsertum uocarent / quod in alienas possessiones tāq̄ temere irruisses. Idem Cicero libro. vii. epi. famil. Nam ut audio istum non ex iu/ re manuconsertum/sed magis ferro res repetunt. Cicero in oratione pro Murrhena. Tum ego ex

Budęi laus

iure meum esse aio. Ibi ego te ex iure manuconsertum uoco. Budæus Aristarchus gallicanus ita interpretatur hunc locū. Aut in terdicto inquit Sceuola recti phi losophi illi contenderent/ut po/ te a possessione disciplinarū: quæ propriæ sunt eorū/deiecti: quip/ pe quas tu uniuersas oratoriæ fa cultati tribuis. Dixerat eni Cras/ sus oratoris esse proprium de re quacūq; proposita copiosissime dicere: aut ex iure te manucon/ sertū uocarent. idest uindiciarū li tem tibi intenderent/illarum di/ sciplinarū facultatem possessio/ nē q; sibi. s. uindicātes asserētesq;. Inde illa uerba Scipionis ad An nibalē apud Liuiū libro. x. de. ii. bello punico. Quod ad me: inqt: attinet & humanæ infirmitatis memini/& uim fortunæ reputo: & omnia quęcūq; agimus subie/ cta esse mille casibus scio. Cæte/ rū quemadmodū superbe & uio lenter me facere fateter si priusq̄ in Africam traiecissem/te tua uo lūtate cedentem Italia: & imposi to i naues exercitu/ipsum uenië/ tem ad pacem petendam asper/ narer. Sic nūc prope manucōser tū restitantem ac tergiuersantem i Africam attraxerim/nulla;sum tibi uerecūdia obstrictus. Quorū uerborum huiusmodi est sensus. Nō ante tu Annibal ad pacem: quam nūc petis/adduci potuisti: q̄ ego te ex Italia reuocatum/de patria tua in Africa dimicare coe gi & quasi te in Africam manu consertum uocaui: quam. s. ita nunc mihi Romanisq; uindico: ut tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginensi uindicabas. Quæ sequuntur. Integrū carmen Ennianū est. Non ex iure manu consertum. sed magis ferro Res repetunt/regnūq; petunt/uadunt solida ui. Ut quisq;. Lege. Quidq;. prout aliquid emersisset noui. Votiua. Quid de legatione uotiua sentiamus in superio ribus annotauimus. Id quidem mihi uidebať. Lege negatiue/mihi non uidebatur. Tamen. Ne uastent Thusculanū. Et illæ: quæ plures uidendæ. Aliqui legunt. Tamen utile quod plu/ ris uenderet/immissis tot colonis: tescipiscit Cicero sibi inutile non fore quod pluris uenderet Thu

Eurotas.

sculanū. Ad Eurotam. Laconiæ fluuiū significat sumpturū se pro exilio temporario. Sedere.

Poecile.

Otiari. Persei. Scribo Persa uel persarum porticus. Intelligit de Athenarū porticu Poecile ubi Persæ siue Mædi picti inerant: quos Milciades uicerat: de qua sic Persius. Bracharis illita Mędis Porticus insōnis: quibus indetonsa iuuētus Inuigilat siliquis/& grandi pasta polenta. Hæc est il/ la Poecile quam pinxit Polygnotus. auctor Plutarchus in Cymone. Aliqui persici portus legunt de quo in Amphitryone Plautus. Lacedæmonem. Ire/in mari longinquo positam.

sed quæ sequuntur tu quoq; scribes. Post tuum di/ scessum binas a Balbo. nihil noui. Itēq; ab Hirtio: qui se scribit uehementer offensum esse ueteranis. Expectat animus quidnā agam de Calen. Martiis. Misi igitur Tyronem: & cū Tyrone plures: quibus singulis: ut quisq; accidisset: dares literas: atq; etiam scripsi ad Antonium de legatione: ne/si ad Dolabel lam solum scripsissem: iracundus homo cōmouere/ tur. Quod autem aditus ad eum difficilior esse dici/ tur: scripsi ad Eutrapelum: ut is ei meas literas red/ deret: legatiōe mihi opus esse. honestior est uotiua. sed licet uti utraq;. de te quæso etiam: atq; etiam ui/ de. Velim possis coram: si minus possis: literis idem consequemur. Greceius ad me scripsit. C. Cassium sibi scripsisse; homines cōparari: qui armati in Thu/ sculanū mitterenť: id quidē mihi nō uidebatur: sed cauendum tamen: & ille: quæ plures uidendæ: sed aliquid crastinus dies ad cogitandū nobis dare pol/ licetur. IIII. Nonarum uesperi a Balbo redditæ mi/ hi literæ: fore Nonis Senatum: ut Brutus in Asia: Cassius in Sicilia: frumentum emendū: & ad urbem mittendum curarent. O rem miseram. primū ullam ab istis legationem. dein: si aliquam hanc legatariā Prouinciam. Atq; haud scio: an melius sit: quam ad Eurotā sedere: sed hæc casus gubernabit. ait autem eodem tempore decretum iri: ut & iis: & reliquis prę toriis Prouincię decernantur. hoc certe melius: quā illa Persa porticus. Nolo enim Lacedemonem lon/

Quam.Lege qui/ego uidelicet. In lanuuiũ.Supple me mitti. Exiſtimauit.Legatur exiſti/maui.Nõnulli opinantur Lanuuii fuiſſe ꝓoriũ Laconici nomine/& fluuiolũ eurotæ. Talibus. Lugubribus ac calamitoſis. Feſſus ſum. Alibi. Eluxi patriam grauius q̃ ulla mater filium.

Nymbum.Pręcipitatum.ſed celeriter diſpulſum. Tua.in tua. Inexplicabilis.iſta tua legatio. Vt utantur.Conceſſo quod utantur/ſi utentur. Vt moliantur.Quid ſi molirentur aliqd tyrãnicidæ contra iſtos tyrãnos? Auctoribus. Si nos recte ſentimus. Quis incolumitatem

ginquo:quam in Lanuuium exiſtimaui. Rides inquies in talibus rebus?quid faciam?plorando feſſus ſum. Dii immortales:q̃ me conturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina:quid autem iſte i domo tua caſus armorũ? Sed hunc quidem nimbum cito tranſiiſſe lætor. tu quid egeris tua cum triſti: tum etiam difficili ad conſiliandum legatione: uehemẽter expecto. eſt enim inexplicabilis. ita circũſedemur copiis omnibus. Me quidem Bruti literæ:quas oſtendis a te lectas:ita perturbarunt:ut q̃q̃ ante egebam cõſilio: tamen animi dolore ſim tardior. Sed plura: cum iſta cognoro. Hoc autem tempore: quod ſcriberem:nihil erat:eoq; minus: ꝙ dubitabam: tu has ipſas literas eſſes ne accepturus. Erat enim ĩcertum: uiſurus ne te eſſet tabellarius. Ego tuas literas uehementer expecto. O Bruti amanter ſcriptas literas. O iniquum tuum tempus;qui ad eum ire non poſſis. Ego autem quid ſcribam? ut beneficio iſtorum utantur?quid turpius? Vt moliãtur aliquid?nec iam poſſunt:nec audent. Age quieſcant authoribus nobis.quis incolumitatem præſtat? Si uero aliquid:de Deciis:Gracchisq; noſtris:uita etiam ſi nemo moleſtus ſit. Ludos uero non facere quid fœdius? Frumentum imponere:quæ eſt alia Dionis legatio:aut qđ munus ĩ Rep. ſordidius? ꝓſus qdẽ cõſilia tali ĩ re ne iis quidẽ tuta ſunt:q dãt: ſed poſſum id negligere proficiſcẽs. Fruſtra uero q ĩgrediat Matris cõſiliũ:cũ utatur etiam precibus. quid me interponã?

pſtat?Sed qs eos tueri uult. Aliqs.Noſti. Deciis.Nõ intelligit de priſcis deciis aut gracchis. ſed recẽtiorib. Aliq uolũt:nec diſpliceret:per decios aut gracchos tyrãnicidas intelligere.qm illi:ſe ipſos deuouẽdo:patriam ſeruarũt: iſti pro populo cõtra potẽtiores animas proprias & pectora obiecerũt. Vita etiam. Ingrata eſt & moleſta tyãnicidis. Nõ facere. Quod ludos celebrare non poſſint. Beroaldus legit/ita facere: hoc eſt tenuiter & turpiter/tanq̃ Brutus celebratis ludis exierit. Infra.cõſtituit igit̃ ut ludi abſente ſe fierẽt ſuo noie/proficiſci.n.ĩ Aſiã uidebat̃.De Bruto loqtur.

Ludi Bruti

Frumentũ. Frumẽtariã legationẽ imponere Caſſio:& eũ tãq̃ ſtructorem per cauſam emittere.

Dionis.Quã Dioni Dionyſius ĩponebat/nõ legationes.ſed exilia: ut ſpiritũ liberũ:ac ſeruitutis iugũ ferre neſciũ excluderet. Mihi ĩ hoc loco Cicero hãc hiſtoriã tãgere uidet̃.Dionyſio q̃dã clanculũ defert̃ epl'a:quã ſcribens ad Carthaginẽſiũ ꝑfectos Dion/petebat ut cũ Dionyſio de pace diſſerẽt:haud abſq; ſe colloqa facerẽt:quo ꝑ eũ cõſtantiſſime cũcta cõponerent. Eam ubi Dionyſius Philiſto ꝑlegit: Dionẽ in arcẽ uocauit/epiſtolã oſ̃dit:increpitũ in cymbã ĩpoſuit: & tumultũ ueritus pecunias:regiã Dioni ſupellectilẽ:mãcipiaq; quot uolebat dedit ac emiſit urbe ſyracuſana.ſolatus Dionis propinquos Dionyſius eſt quod Dion nõ exularet/ſed animi gratia ſecederet. Huius hiſtoriæ Cherroneus auctor in Dione. Ariſtoteles lib.v.politicorũ prodit Dionẽ inuaſiſſe Dionyſiũ poſteriorẽ quod eũ cõtẽnebat.conſpiciens eũ ſemper ebriũ. Fruſtra uero q congrediat. Fruſtra ero q ingrediar hãc uiam ut pro Bruto Cæſarianos depcer. Vetus lectio pręfert. Fruſtra uero aggrediar/hoc eſt depcari.

Dionis legationes.

Matris conſilium.Non Bruti eſt ut quiſpiam pro ſe ꝑces fundat. Quin cum Cicero depcaret̃ Octauium pro Bruti ſalute/exaſperatus eſt Brutus/& prope minitabũdus depcatur illas preces humillimas ducens. Ego mediuſfidius non exiſtimo tã omnes deos auerſos eſſe a ſalute Po.Ro. ut Octauius orandus ſit pro ſalute cuiuſq̃ ciuis/non dicam pro liberatoribus orbis terrarũ. Iuuat enim magnifice loqui/& certe decet aduerſus ignorantes/quid pro quoq; timendũ/aut a quoq; petendum ſit. Vtatur precibus.Pro filio.Forte quid oſceni habet hæc dictio/uelut anicula cõquitat precibus ſuccubas. male audiuit impudicitiæ Seruilia. Non auſim tamen affirmare locatũ tam turpiter in re ſeria Ciceronem.

¶ Argumentum.

COLLOquiũ cum Bruto & Caſſio Tyrãnicidis. M. Tullius huic inſerit Epiſtolæ. Idem monet Brutũ ne ſe urbi cõmittat. Caſſius amiſſas occaſiones q̃rebatur. Brutus in Aſiã deſtinat. Quare Cicero cupit Rep. diſiecta ſtati euolare. De Buthrotia cã. De Octauio (nõnihil.

¶ Interpretatio.

TER Tulla. Eſt eadẽ Tertulla: de qua ſupra. Porcia. Et Porcia. Vteretur. Brutus. Vt ſaluos eſſe. Dic. Vt ſalui eſſemus. In eo. Curare ut ſalui eſſemus. Prę ſidiũ. Emenda p̃ſidio. Si cõtendimus ut ſalui ſimus Reipu. p̃ſidio eſſe poterimus. Iuxta illud Demoſthenicũ. Vir fugiens iterum pugnabit. Matrem. Tertullã. Nam Porcia uxor erat Bruti.

Ego. Admonui Caſſiũ ut caueret ne uideref accepiſſe beneficiũ datũ a Senatu loco cõtumeliæ: quod fieret ſi curationem frumẽtariam detrectaret. Hoc totũ ſubintelligẽdũ eſt. ſed in cõtumeliam ſcribendũ. Romã. Sum iturus. Mihi. Reſpondeo, non uidetur ut Brutus eat Romam.

Querebantur. Dolebant.

Decium. Scribendũ Decimũ qui eos reuocauit. Omnes. Loquuntur. Pręterea. Vlterius.

Iacẽte. Cæſare inuadẽdos Cæſarianos ſatellites. Sed Senatũ. Scribe ſcilicet Senatũ. Studio. Recuperandæ libertatis. Suſcipe. Lege, ſuſcipere. Curandam uidelicet ac liberandam. Tua familiaris. Seruilia. Hoc uerbo. Emenda, hoc uero. Poſt iſtam exclamationem neminẽ audiui uerbum facere. Imperabat omnibus Seruilia. Rep̃ſſi. Ne cũ Seruilia altercarentur. Sed ut matri cederet Brutus, ut matronæ oẽs.

Iturus. In prouinciã. Velle. Matri obtemperare. Conſciẽtiam. Memoriam recte factorum Bruti qui conſciuit illud egregiũ facinus: cuius cõſcientia florebat: ſed euentu miſero. Meam. Deleatur hæc dictio induſtria impetitorum inuecta. Hoc Brutus docet in quadã ad Ciceronem Epiſtola ſic. Neq; incolumis fui Cæſare uiuo, niſi poſtq̃ illud cõſciui facinus. Si tñ ptinaces ſumus i ea uoce tuẽda, dicamus quod nihil

Sed tñ cogitabo: quo genere utar literarũ. nõ poſſũ ſtatim. Igit̃ mittã ad Antiũ: uel Circeos. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ANtium ueni. VI. Calendarũ. Bruto iucũdus noſter aduẽtus. deinde multis audientibus Seruilia Tertulla: Porcia quærere: quid placeret. Aderat etiã Fauonius. Ego, quod eram meditatus in uia ſuadere: ut uteretur Aſiatica curatione frumenti: nihil eſſe iã reliq: quod ageremus: niſi ut ſalui eſſemus i eo etiã ipſi Reip. eſſe præſidio: quã orationem cũ ingreſſus eſſem: Caſſius interuenit. Ego eadem illa repetiui. hoc loco fortibus ſane oculis Caſſius matrẽ ſpectare: dicere ſe in Siciliã nõ iturũ. Ego ne ut beneficiũ accepiſſet in cõtumeliã: quid ergo agis inquam? At ille in Achaiã ſe iturũ. quid tu inquã Brute? Romã inquit: ſi tibi uidetur. mihi uero minime. tuto enim nõ eris. quid ſi poſſem eſſe placeret ne? atq; ut oĩno neq; nunc: neq; ex prætura in Prouinciam ires. Sed author nõ ſum: ut te urbi cõmittas. Dicebã ea: quæ tibi profecto in mentẽ ueniunt: cur non eſſet tuto futurus. multo inde ſermone querebãtur. Atq; id quidẽ Caſſius maxime amiſſas occaſiones: Decimũq; grauiter accuſabat: ea negabam oportere præterita repeti: aſſentiebar tamen. quanq̃ ingreſſus eſſem dicere: quid oportuiſſet. Nec uero quicq̃ noui: ſed ea: quæ quotidie omnes. nec tamen illum locum attingere queq̃: pręterea oportuiſſe tãgi: ſcilicet Senatũ uocari. populum ardentem ſtudio uehementius incitari: totam ſuſcipe Rẽpu. exclamat tua familiaris. Hoc uero neminem unq̃ audiui. Ego reprẽſſi: ſed Caſſius mihi uidebatur iturus. etenim Seruilia pollicebatur ſe curaturã: ut illa frumẽti curatio de. S.C. tolleretur. & noſter Brutus cito deiectus eſt: de illo inani ſermone (uelle. n. ſe dixerat) conſtituit igitur: ut Ludi abſente ſe fierent ſuo nomine. proficiſci aũt mihi in Aſiã uidebat̃ ab Antio uelle: ne multa. nihil me in illo itinere præter conſcientiã meã delectauit.

delectauit me in eo itinere quo Brutũ uisitaui ꝓter conscientiã meam: hoc est quod conscius sum officio satisfecisse. Subditur.n. Non enim fuit cõmittendũ: ut ille ex Italia prius q̃ a me cõuētus esset discederet. Dempto. Excepto. [Greek]. Sic enim scribēda sententia græca. Iter hoc tibi quid potest nũc O deo digne. O Brute quid hoc iter sibi uult: quid boni ꝑstare potest? Dissolutũ offendi nauigiũ. Remp. optimatũ conspiratione uacillantem. Ad hanc sententiã respexit Horatius inquiens. O nauis referent in mare te noui fluctus? Dubitaueram. Roma cedendum. Eo minus. Tanto minus dubito. sed uolare æstuo. Pelopidarũ. Heroum Tyrãnicorũ. Superius de hac uoce. Me sibi legauit. Legatũ accepit. Ne. Non Attico placebat. Erat absurdũ. Solue re uota euersa Repub. Quæ si stetisset. Dictio stetisset est superuacanea. Bonis. Si boni Rép. obtinuissent, figura loquendi familiaris eruditis, uel a bonis. Et uersa. Prisca lectio: at euersa. Nõ decet persoluere uota euersa Re publica. Ergo uotiua legatio nõ placuit. Vota dissoluere. Emēda. Dis soluere, diuisim. Genus legationis. Illud est. Introire. Incipe aggredi prouinciã. Quod nunc additũ. Legatio Dolabellæ quæ mihi demandata est: subintellige placet. Contrahi nego tiũ. Quãq̃ putem quod ista legatio quinquennalis erit mihi negotii plena. [Greek]. Maledictũ: dictio uulgo nota. Essent qn. Præposterus ordo, Scribe. Quin essent. Literis. Per literas. Venerit. Scribe. Quod nõ uenit. L. Antonio duplex beneficium debeo, & quod me sine cura esse iubet, & quod id me per literas monet, non autē in Thusculanũ uenit, id oretenus mihi significaturus. Octauio. Prisci codices in Octauio [Greek]. Heroes, Tyrãnicidas scilicet. Quid hæreditati quid. Supplendũ caluiciũ cũ uerbo [Greek]. idest istructionē. Instruitur ad malum, multos habet ad puertendũ paratos. Vitricus. Philippus censebat nihil esse ab Octauio tētãdũ auctore Tranqllo: tētauit tñ: & feliciter q dē. Alendus. Cibus dandus & pabulũ ut exasperet i Antoniũ: qui fauore ueteranorũ florens facile explosit Antoniũ, uicatiũ tyrãni, nõ tyrãnũ: Sed dũ hoc facit asciã cruib. suis impegit Cicero.

Locus horatianus.

nõ.n. fuit cõmittendũ: ut ille ex Italia prius: q̃ a me cõuētus esset: discederet: hoc dempto munere amoris: atq; officii: seq̃bat: ut mecũ ipse [Greek] : [Greek] prorsus dissolutum offendi nauigiũ: uel potius dissipatũ. nihil consilio: nihil ratione: nihil ordine. Itaq; etsi ne antea q̃dē dubitaueram: tamen nunc eo minus euolare hinc: idq; quãprimũ: ubi nec Pelopidarũ facta: neq; famã audiã: & heus tu: ne forte sis nescius. Dolabella me sibi legauit ad. IIII. Nonarũ April. Id mihi heri uesperi nũtiatũ est. uotiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdũ: quæ si stetisset Resp. bonis nõ sumere: at euersa illa uota dis soluere: & habent: opinor: liberæ legationes diffinitũ tēpus lege Iulia: nec facile addi potest: idq; adeo genus legationis: ut cũ uelis introire: exire liceat: quod nũc mihi additum est. bella est autem huius iuris quinquēnii licentia: quanq̃ quinquenniũ cogitem: cõtrahi mihi negociũ uidetur: sed [Greek] mittamus. Bene mehercule de Butroto: at ego Tyronem ad Dolabellã cũ literis: quia iusseras: miserã. quid nocet? De nostris aũt Antiatibus satis uidebat plane scripsisse: ut nõ dubitares: essent quin ociosi futuri: usuriq; beneficio Antonii cõtumelioso. Cassius frumētariã rem aspernabatur: eam Seruilia sublaturã ex. S. C. se esse dicebat. noster uero Brutus in Asiã: postea: q̃ mihi est assensus tuto se Romæ esse nõ posse. ludos.n. absens facere malebat. statĩ aũt se iturũ simulac ludorũ apparatũ iis: q curaturi eēnt: tradidisset. Nauigia colligebat. erat animus in cursu. iterea in eisdē locis erãt futuri. Brutus quidē se aiebat Asturæ affuturũ: L. quidem Antonius liberaliter literis sine cura me eē iubet. Habeo unũ beneficiũ: alterũ fortasse quod in Thusculanum nõ uenit. O negocia nõ ferenda: quæ feruntur tamen i Octauio: ut perspexi satis ingenii: satis animi. uidebaturq; erga nostros [Greek] ita fore: ut nos uellemus animatus. Sed quid ætati credendum sit: quid nomini: quid hæreditati: quid [Greek] magni cõsilii est. Vitricus qdē nihil censebat: quē Asturæ uidimus: sed tamen alendus est:

Antoni liberalitas.

Pueriti Catim.

Et ut nihil. Dato quod nihil optimatibus proficere possit/in Antonium tamen armandus. Aliud. Proficere possit. Si pcipit nostro. Satisfaciet Marcellus maritus sororis Octauii si pcipit Cæsari ex cōmoditate nostra. Nostri cui quidem. Hoc clausulæ principium est. sed legendum. Nostris uidelicet ille deditus. De Octauio loquitur. Bona indoles. Est in Octauio. ἐὰν διαμείνῃ. Si permanserit.

& ut nihil aliud ab Antonio seiungendus. Marcellus præclare: si præcipit nostro. nostris quidem ille deditus mihi uidebatur. Pansæ autem: & Hircio non nimis credebat: bona indoles ἐὰν διαμείνῃ. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

OCtauo Calē. duas a te accepi epistolas. respondebo igitur priori prius. assentior tibi: ut nec duces simus: nec agmē cogamus: faueamus tamē. Orationem tibi misi: eius custodiendę: & proferendæ arbitrium tuum sit. quando illum diem tu tuendum putes? Inducias: quas scribis: non intelligo fieri posse. melior est ἀναντιφωνησία qua me usurū arbitror. Quod scribis legationes duas Brundusium uenisse: nos omnia prius. Scribas igitur: quicquid audieris. Varronis διάλογον expecto. improbo ἡρακλείδειον: præsertim cū tu tantopere delectere. sed qualem uelis uelim scire. ꝙ ad te antea: atq; adeo prius scripsi (sic enim mauis ad scribēdum tibi uere dicere) fecisti me acriorem. Ad tuum iudiciū: quod mihi erat notum: addidist. Peducei authoritatem magnā quidem apud te: & in primis grauem. enitar igitur: ne desideres aut industriam meam: aut diligentiā. Vectenū: ut scribis: & Faberium foueo. Clodium nihil arbitror malitiose: q̄ q̄ scelestе quidem egerit. de libertate retinenda: qua certe nihil est dulcius: tibi assentior. ita ne Gallo animo hominē neq̄: qd. n. dicā aliud: cautū Marcellū. mi sic: sed nō tm̄ cautissimū.

℄ Argumentum.

ASSENtitur Attico Cicero ut dux non sit/nec agmen cogat: faueat tamen optimarib. Non cōtradicet. Peducei laudat. Spat Rēpu. lus suū recuperaturam.

℄ Interpretatio.

OCTAVO Kal. Principiū est alterius Epistolæ. Faueamus tamen. Ducibus libertatis. Putes. Indices. Interrogat de tempore. Custodiendæ. In arcano habēdæ. Proferendæ. Publicandæ. Ἀναντιφωνησία. Non contradicere. Vos omnia prius. Percepimus. sed lege nos. Διάλογον. Sermonem. ἡρακλείδειον. Herculaneū. Quid si intelligis Antoniū: qui genus ducebat ab Hercule? Plutarchi uerba i Antonio. Erat etiam fabula antiqua Antoniorum familiam ab Hercule natam ab Antone Herculis filio cognomen accepisse. Hanc familiæ suæ famam confirmare non solū forma corporis/ sed etiam uestitu nitebatur. Semper enim cum in oculis plurium erat futurus: tunicam ad coxam cingebat: permagnum suspendebat gladium: chlamydem insuper asperam circūdabat. Hæc Plutarchus. Appianus libro .ii. bellorum ciuiliū. Cæsar uictricem uenerem/Pompeius Herculem inuictum in auxilium uocabat. Superius eadem uox an de Antonio intelligēda? Inferius Heraclidion nomen est statoris Attici. Gallo animo. Beroaldus emendat. Gallonia. O hominem nequam. Galloniā uocat Antonium Cicero/ quare nō uideo. Sed quod obiter dictū uelim scribit Liuius de.ii.pu. bello Gallis Hispanisq; scuta eiusdem formæ fere fuisse: dispares ac dissimiles gladios. Gallis prę longi sine mucronibus/Hispano punctim magis q̄ cęsim assueto petere hostem/breuitate habiles & cum mucronibus. Ante cetris armati. Is gentium harum habitus eum magnitudine corporum tum specie terribiles erant. O hominem nequam. Sic in Philippicis pręcipue uocat Antoniū. Quid. n. dicā aliud? Alibi. O hominem nequā/quo enim ueriori nomine te appellem non habeo: in Antonium. Me sic. Scribe. Mi sic. subintellige uidetur.

Anātiphonesia.

Antoni herculei.

Punctim Cæsim.

Propiori quid. Dic. Propioriq; quid respondeam. Propior Epistola uocatur proxime scripta Hispanienses. Quæ a Romanis geritur in Hispania. Non Hispaniensem librum mittam: inquit epigrãmatarius/sed Hispanũ. Balbiliũ. Quidam legunt Balbulũ hoc est Corn. Balbum iuniorem. Seliciam. Alii Siciliam/alii Seleuceã scribũt/loca nouissima. Ego Ciliciam. Fœnerabat enim in Cilicia Scaptius/ut in superius legere licet. Non qua pompa. Solebat. Me oia. Scribe. Te oia. Quæ ego statim. A te uidelicet sciã. Eadẽ. Cilicia. Attributione. De pecu/

Proprior epistola.

Balbidus.

Attributio

Lõgiori Epistolę: superioriq; respõdi. nũc breuiori: propioriq; quid respondeã: nisi eã fuisse dulcissimã! Res Hispanienses ualde bonæ. modo Balbiliũ incolumen uideam: subsidium nostræ senectutis. De Amiano itẽ: q me ualde obseruat Visellia: sed hæc quidem humana. De Bruto te nihil scire dicis: sed Celiciam uenisse. M. Scaptiũ: eũq; nõ qua põpa: ad se tamen clam uenturum: sciturũq; te omnia: quæ ego statim. interea narrat eadẽ: Bassi seruũ uenisse: qui nuntiaret legiones Alexandrinas in armis esse. Bassum arcessi. Cassium expectari. quid quæris! Videtur Respu. ius suũ recuperatura: sed nequit ante. nosti horum exercitationem in latrocinio: & amentia. Dolabella uir optimus: etsi cum scribebam secũda mẽsa apposita: uenisse eum ad Baias audiebam: tamẽ ad me ex Formiano scripsit: quas literas cum e balneo exiissem: accepi/sese de attributione omnia summa fecisse. Vectenũ accusat: tricatur scilicet: ut homo talis: sed ait totum negociũ Sestium nostrũ suscepisse: optimũ quidẽ illum uirũ: nostriq; amantissimum. quæro autem quid tandem Sestius in hac re facere possit. quod nõ quis nostrum! sed, siquid præter spem erit: facies: ut sciam. sin est (ut arbitror) negociũ perditum: scribes tamen: neq; ista res cõmouebit. Nos hic φιλοσοφούμεθα: quid.n. aliud: & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus. προσφωνοῦμενq; Ciceroni. Qua de re.n. potius pater filio! deinde alia. qd quæris! Extabit opera peregrinationis huius. Varronẽ hodie: aut cras uenturũ putabant. Ego aũt in Põpeianũ properabã: non quo hoc loco qcq̃ pulchrius: sed iterpellatores illic minus molesti. Sed pscribe q̃so: quę cã sit Myrtillo.

nia quæ ei attributa fuerat a Senatu: quæ proprie attributũ dicebaẽ: quod uiduæ soluebãt. Lege quæ Varro & Plautus in aulularia: & nos i Plautinis cõmẽtariis. Cicero in calce Epi. familiarium. De attributione conficies/de repsentatione uidebis. Attributas ui duas ad equos emendos auctor est Liuius lib. p°. ab urbe cõdita. Attributæ pecuniæ ab antiqs dicebãẽ: quas nũc assignatiões uernaculo uerbo dicimus. Varro libro p° de lingua latina. Tributũ dictũ a tribubus/quod ea pecunia quæ a populo impata erat tributim a singulis proportione cẽsus exigebaẽ. Ab hoc ea quæ assignata erat/attributũ dictũ. Ab eo quoq; qbus attributa erat pecunia ut militi reddant: Tribuni ærarii dicti. Id quod attributum erat: æs militare dictũ. Cicero in præ. urb. Ne diutius teneã/pecunia attributa numerata est/profectus est q̃stor in prouinciã. Quæ uerba exponens Asconius/pecuniã: inqt: attributa est/quæ in stipendiũ militũ de ærario a tribunis ęrariis ãnumerari q̃stori solet. Cicero in Pisonẽ. Nõne sestertiũ centies ac octogies ex ærario sibi attributũ Romæ in quæstu reliquisti! Erat igiẽ proprie attributa pecunia ea quæ impatorib. ad puincias euntibus assignabaẽ. Sed quodcũq; negotiũ assignetur attributũ hodie uocari põt. Trichatur. Impedit/turbat: quod q faciunt/trichones appellantur. Trichæ impedimenta. Cicero libro octauo Epist. fam. Sic multis ac diu ludetur/atq; ita diu ut plus bienniũ in his trichis moretur. Extrichari Materno libro quinto matheseos est explicare. sic. Extricharis trigonis mixturis pariter & quadratis. Quod non quis. Quod non possit aliquis nostrũ facere. Perditũ. O perditas spes nostras ac inanes quæ anteq̃ in portum uenerit/in medio cursu franguntur. φιλοσοφούμεθα. Philosophamur. Quid aliud. Delidiosus ages. περί. Et de officiis. Inquit se amissa libertate scribere Ciceroni filio librum de officiis. προσφωνοῦμεν. Nuncupamus. Pater filio. Scribere debet q̃ de officio. In uita enim agunda nihil efficimus crimine uacans/quod sit officio procul. Extabit. Apparebit: non peribit. Molesti. Sunt. Myrtillo. Illud patrasse scelus.

Attributæ pecuniæ.

Tributũ unde.

Trichari.

Trichæ.

Extrichari.

De officiis.

Pœnas quidem illum pependisse audiui: & satis ne patet unde corruptus. Hæc cum scriberem tantum: quod existimabā ad te orationē esse præbui: quam timeo: quid existimes. Et si quid ad me: quod nō sit foras proditum: nisi Repu. recuperata: de quo quid sperē: nō audeo scribere. VI. Calēdarū accepi a Dolabella: quarum exemplum tibi misi: in quibus erat omnia se fecisse: quæ tu uelles: statimq; ei scripsi: & multis uerbis gratias egi: sed tamen: ne miraretur: cur idem iterum facerem: hoc causæ sumpsi: quod ex te ipso coram antea nihil potuissem cognoscere. Sed quid multa? literas hoc exemplo dedi. Vale.

M. T. Cicero. P. Dolabellæ Cos. S.

Ntea cū literas Attici nostri de tua summa liberalitate: summoq; erga se beneficio certior factus essem: cūq; tu ipse etiā ad me scripsisses: te fecisse ea: quæ nos uoluissemus: egi tibi gratias per literas his uerbis: ut intelligeres nihil te mihi gratius facere potuisse. Postea uero: q̄ ipse Atticus ad me uenit in Tusculanū huius unius rei causa tibi: ut apud me gratias ageret: cuius tuam eximiam quandam: & admirabilem in causa Buthrotia uoluntatem: & singularem erga se amorem perspexisset: teneri non potui: quin tibi apertius illud idem iis literis declararem. Ex omnibus enim mi Dolabella studiis in me: & officiis: quę summa sunt: hoc scito mihi & amplissimum uideri: & gratissimū esse: quod perfeceris: ut Atticus intelligeret quantū ego te: quātū tu me amares. quod reliquū est Buthrotiā & causam: & ciuitatem: q̄q̄ a te constituta est (Beneficia autē nostra tueri solemus) tamen uelim receptā in fidem tuam: a me etiam: atq; etiam tibi cōmendatam: authoritate: & auxilio tuo tutā esse uelis. Satis erit in perpetuū Buthrotiis presidū: magnaq; cura: & solicitudine Atticū: & me liberaris: si hoc oneris mei causa susceperis: ut eos semper a te defensos uelis. quod ut facias te uehemēter etiā: atq; etiā rogo. His literis scriptis me ad συνταξεισ dedi: quę quidem uereor: ne minio: ac cæra tua pluribus locis notanda sint: ita sum μετέωρος: & magnis cogitationibus impeditus. L. Antonio male sit. Siquidē Buthrotiis molestus est. Ego testamē

M. Tullius Cic. Dolabellę. S.

Argumentum.

ANTEA. Cicerōis epistola ad Dolabellā teres ac rotūda peculiare principium habere debet, in qua Cicero Dolabellæ causam Buthrotiā cōmēdat, & includēs epistolæ suæ docet Atticū quātum rebus amici studeat.

Interpretatio.

LITERAS. Dic literis. Tueri. Tāquam fœtus & dulcissimas cōpedes animi memoris, ut inquit Aristoteles. In fidem. In auxiliū: ptectionē hodie barbare dicūt, ut Syracusæ Marcellorū, Bononia Antoniorū. Buthrotis. Dic Buthrotiis. Hoc beneficiū tuū æterna cōpede Buthrotios alligabit. Hoc oneris. Hoc onus. Eos. Buthrotios. συντάξεισ. Cōmentationes: cōpositiones. Minio ac cera. Atticus dubiis ac dilutis ex minio asteriscum aut obeliscū addebat, uel cerā affigebat: qua significabat id ut accuratius aduerteretur. Angelus Politianus uir elegantiss. Miniatula cera substituit, quoniā libro sequenti Cicero scribat se miniatulas Attici subuereri. Mendū est apud Hieronymum libro in Rufinū. ii. his uerbis. Sed quod maioris est audaciæ in editione. lxx. Theodotiōis editionem miscuit: asteriscis uidelicet designans: quæ minus ante fuerāt: & uirgulis quę ex superfluo uidebantur apposita. In codice peruetusto, nō minus, sed miniatulis scriptum est. Agnosco minus legi posse. sed miniatulis doctius, in eundemq; sensum reciditur, elegantia cultiori reseruata: quæ enim miniatula notantur, curta sūt & lacera. Μετέωρος. Suspensus ac dubius. Obseruaui. Misurus pro Buthrotiis. Aliq nō obseruaui legūt sed obsignaui: ut Aldus noster, q, ut mores, sępe opportuna loquit, nec testimoniū habet uetusta lectio. sed testamentū, uideturq; significare se cōdidisse testamentū, qm̄ uergebat in seniū, morsq; nō tam naturalis appetebat. sed multa īminere uidebātur pter naturā:

Fides.

Syntaxes.

Miniatulę.

Hieronymus ppensus.

Meteoros.

tum cōposui: quod cum uoles: obsignaui. Tu nummos Arpinatū: si. L. Fadius ædilis petet: uel omnis reddito. Ego ad te alias Epistolas scripsi HS CX. quæ Statio curatentur: si ergo petet Fadius: uolo reddi: præter Fadiū nemini. apud me item puto depositum. Id scripsi ad Erotem: ut redderet. Reginā odit. me iure facere scit. sponsor promissorum eius: Ammonius: quæ quidem promissorum eius erant φιλόλογα: & dignitatis meæ: ut uel in concione dicere auderem. Saram autem præterq̃ q nefarium cognoui hominem: præterea in me contumacem (semel eum omnino domi meæ uidi) cū φιλόφρονως ex eo: quærerem quid opus esset: Atticum se dixit quærere. superbiam autem ipsius Reginę: cum esset trans Tyberim in hortis: acta eius cōmemorare sine magno dolore non possum. nihil igitur cū istis: nec tam animum me\q stomachum habere arbitrantur: profectionem meam: ut uideo: Erotis dispensatio impedit: nam cum ex reliquis: quæ Nonis April. fecit: abundare debeam: cogor mutuari: quodq; ex istis fructuosis rebus receptum est: Id ego ad illud Fanum sepositum putabam: sed hæc Tyroni mandaui; quem ob eam causam Romam misi. te nolui impeditum impedire. Cicero noster quo modestior est: eo me magis commouet. ad me enim de hac re nihil scripsit: ad quem nimirum potissimū debuit. scripsit hoc autem ad Tyronem: sibi post Calendarum April. (sic enim annuū tempus confici) nihil datum esse: tibi pro tua natura semper placuisse: teq; existimasse: id etiam ad dignitatem meam pertinere: eum non modo perliberaliter a nobis: sed etiam ornate: cumulateq; tractari. Quare uelim cures (nec enim tibi essem molestus: si per alium hoc agere possem) ut permutetur Athenas: quod sit in annuum sumptum ei. scilicet Eros numerauit. Eius rei causa Tyronem misi. curabis igitur: & ad me: siquid tibi de eo uidebitur: scribes. Vale.

præterq; factum. Cum uoles. Habebis: mittam. Obsignaui. Annulo septem signatores antiquus testaméta signabant/ unde Iuuenalis. Signator falso. φιλόλογα. Amica rationis/ rationabilia dicūt. Saram. Nomen propriū quod adhuc uiget. De.Q. Salonio Sara meminit Liuius libro quinto belli macedonici. φιλοφρόνως. Benigne. Nihil cū istis. Cæsarianis agendū. Animum. Pusilli animi me tyrannici putant & exigui. Stomachari tātū tempora posse simul ac uelle. Stomachū. Indignationem. Ad illud fanum. Tulliolę extruendum ac excitādum de quo supra. Modestior. Ad petēdū. Numerauit. Lege numerabit.

Philologa.

Sara.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Tandem a Cicerone tabellarius: sed me hercule literæ πεπυκνωμένως scriptæ: quod idipsum perspiciciā aliquā significaret. Itemq; cæteri præclara scribunt: Leonides tamen retinet suum illud adhuc:

Argumentum.

TANDEM. Seiungenda a superiori Epistola: grataanter accepit Cicero literas a filio Athenis operam philosophiæ dante.

Interpretatio.

Πεπυκνωμένως. Dense ac spisse scriptæ. Quod id ipsum. Literas iteratę. Suum illud. Accismon: uerecunde ac parce adulescentem laudat. Ita fuit agendum ut experiéria docuit. Impegit temulētus scyphū temere plenū i Agrippā. De quo Sidonius Apollinaris insit. Loquentē Ciceronis filiū populus Ro. non agnoscebat. Sed qd obiter dictū sit scribit Atheneus uitē prius reptā apud ętnā. Orestheus Deucalionis filius uenit regnatū ętnā/ & canis eius fœte in eo loco ramū euulsit/ quem iussit defodi/ unde nata uitiū germina/ eūq; a canis noie appellauit/ ex quo ueteres græci uites Oenas uocabant. Idem quoq; ex auctoritate Hellanici dicit uinū apud Plithinam Aegypti ciuitatem fuisse repertum/ ideo Dion Academicus Aegyptios Philœnos & Philopotas esse dicit.

summis uero laudibus Erotes. qd quæris? Vel uerba mihi dari facile patior in hoc: meq; libenter præbeo credulũ. Tu uelim: siqd tibi ex Statio scriptũ: quod pertineat ad me: certiorem me facias. Narro tibi: hæc loca uenusta sunt abdita certe: & siquid scribere uelis: ab arbitris libera. sed nescio quomodo φίλοσ. Itaq; me referunt pedes in Thusculanum: & tamen hæc τοπογραφία ripulæ uidetur habitura celerem satietatem. Equidem etiam pluuias metuo: si pronostica nostra uera sunt. Ranæ enim ῥητορεύουσιν. Tu quęso fac sciam: ubi Brutum nostrũ: & quo die uidere possim. Duas accepi postridie Iduũ: alteram eo die datam: alteram Idibus. Prius igitur superiori. de Bruto: cum scies. de Consulum ficto timore cognoueram. Sica enim φιλοστόργως ille quidem: sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem: tamen διαδόμενα. nullum enim uerbum a Siregio. non placet. De Plectorio uicino tuo permoleste tuli: quẽquã prius audisse: quam me. de Siro prudẽter. L. Antonium per M. Antonium fratrem: ut arbitror: facillime deterrebis authoritate: uel ui. sed nondũ acceperas literas: nec cuiquã dederas: nisi. L. Fadio ædili. aliter enim nec caute: nec iure fieri potest. Quod scribis tibi deeẽ HS C. quæ Ciceroni curata sint. uelim ab Erote quæras: ubi merces insularum. Arabioni de Sicio nihil irascor. ego de itinere nisi explicato. A. nihil cogito: quod idem tibi uideri puto. Habes ad superiorem. Nũc audi ad alteram. Tu uero facis: ut omnia: quod Seruiliæ non desis: & Bruto. De Regina gaudeo te non laborare: certe etiam tibi probari Erotis ratiões: & ex Tyrone cognoui: & uocaui ipsum gratissimũ: quod polliceris Ciceroni nihil defuturũ: de quo mirabilia Messala: qui Lanuuio rediens ab istis uenit ad me: & mehercule ipsius literæ sic & φιλοστόργως: & πυκνῶς scriptę: ut eas uel in agro sic audeam legere: quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano Sestium puto nõ moleste ferre. Ego: si Tyro ad me: cogito in Thusculanum. Tu uero quicquid erit: quod me scire par sit: statim. XVII. Calendarũ abibo. & si satis uidebar scripsisse ad te: quid mihi opus sit: quid te facere uellem: si tibi cõmodum esset: tamen cum profectus essem: & in lacu nauigarem: Tyronem statui ad te esse mittendum:

Vel. Auget. Abdita. Occulta. O latebræ dulces inquit Horatius: etiã si credis amęnę. Arbitris. Interpellatoribus. Nescio quomodo. Subde uerbum φίλος hoc est amor Reip. gaudiis omnibus interpellat. nescit me patria: ut Vlyxem Itacha amoenas latebras gustare: πατρὶ, quod aiunt: φιλεῖ. Inferius amor Thusculani significatur nõ patriæ: Ciceronẽ istinc auellere. Referũt pedes. Hic Plinius Cecilius. Ipsi me pedes in diętã tuam ducũt. Cõcinit illi Albiano.

Iurauí quoties rediturum ad limina nũquam:

Cũ bene iurauí: pes tñ ipse redit.

Topographia. Topographia. Loci pictura. Ripulæ. Et ripæ cespite uiridi uestitæ. ῥητορεύουσιν. Rhetoricantur uel rhetorissant. Maro inter imminẽtis pluuiæ signa posuit & hoc. Et ueterem in limo ranæ cecinere q̃relã. Sonus ranarũ in stagnis est apud Aristophanem urechechebech coax coax. uidetur tacite significare illic comicari poeticulos quosdã paganos de sententia triuiali. φιλοστόργως. peramanter. διαδόμενα. Data sunt. Non placet. Tacere siregiũ. Deterrebis. Ne Buthrotios oppugnet. Ciceroni. Filio. Curata. Prouisa adnumerata. Vbi. Sit: in quo occupauerit. Merces. Mercedes potius hoc est pensiones annuas uel semestres. Insularũ. Domorũ & tabernarũ circa forũ. Quæ sint insulæ in urbe superius a nobis multa. De ficio. Causa ficii. Ego. Nihil cogito de itinere proficisci Athenas nisi explicato idest expedito. A. Atticolintelligo: causa uidelicet ista pecuniaria uel Buthrotia. Facis ut omnia quod. Scribo. Facis omnia ut Seruiliæ non desis & Bruto. Erotis rationes. Calculos insularũ. πυκνῶς. Spisse: crebro. Si Tyro. Venerit. In lacu na uigilatẽ. Emẽdat Beroaldus: in lacu nauigarẽ: nec displicet.

Rane rhetoricantur.

Coax.

Insulæ.

De mulis uecturæ. Subintellige prouideret. Tamen intelligo. Dic tum. Qua. Partim. Res ad cędem. Ad arma ac tumultum omnia mihi uergere uidentur. Referendum est acceptum. Ab ipsis accepisse te scias/huius molestiæ fuerũt auctores. Cato in quadam Epistola ad Ciceronem. Tibi si referri acceptũ mauis gaudeo. Cicero Attico. Salutem meam beneuolentiæ tuę acceptam referre. In oratione pro Cluentio. Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suę. Plancus Ciceroni. Omne Cæsari acceptũ referre possunt. Liuius. Familiæ Licinię acceptũ referebant.

Qua.

Referre acceptum.

ut his negociis:quæ agerentur:interesse. Atq; etiam scripsi ad Dolabellam:me/si ei uideretur:uelle proficisci:petiiq; ab eo de mulis uecturæ itineris:& meis: eũ intelligo te distentissimũ esse:qua de Buthrotis: qua de Bruto: cuius etiam ludorũ suorum curam: etiam administrationẽ suspicor ex magna parte ad te pertinere:ut ergo i eiusmodi re tribues nobis paulum operæ. nec enim multum opus est. mihi res ad cædem:& eam quidem propinquam spectare uidetur:uides homines:uides arma. prorsus nõ mihi uideor eẽ tutus. si tu aliter sentis:uelim ad me scribas: domi enim manere: si recte possum: multo malim. Quidnam est:quod audiẽdum amplius de Buthrotis? Steterisse enim te frustra scribis:quid autẽ se refert Brutus? Doleo mehercule te tam esse detentum: & quod decem hominibus referendum est acceptum: est illud quidem : sed ἀφρακτὸν mihiq; gratissimũ. De armis nihil uidi aptius. Fugiamus igitur: & ut ais/corã. Theophanes quid uelit:nescio. Scripserat enim ad me:cui rei scripsi:ut potui. Mihi autẽ scribit:uenire ad me se uelle: ut ei de suis rebus:& quædam: quæ ad me pertinerent. Tuas literas expecto. Vide quæso nequid temere fiat. Statius scripsit ad me locutum secum esse Q. Ciceronem ualde asseueranter: se hæc ferre non posse:certum sibi esse ad Brutum: & Cassiũ trãsire. Hoc enimuero nunc discere aueo. hoc ego quid sit: interpretari nõ possum. Potest aliquid iratus Antonio? Potest gloriã nouam quærere? Potest totũ esse σχεδίασμα? Et nimirũ ita est. sed tamen & ego uereor: & pater conturbatus est. Scit enim quæ illæ de hoc mecum quæ ἄφατα uelim. plane quid uelit:nescio. a Dolabella mãdata habeo:quæ mihi uidebantur οὐδὲν dic mihi. C. Antonius noluit ne fieri Septemuir? fuit certe dignus. Demea domi est: ut scribis. Facies oĩa mihi notã. Egi gratias Vecteno:nihil enim potuit humanius. Dolabellę mãdata sint quælibet. mihi aliqd:uel quod Niceæ nũciem:

Illud quidem. Deest hic uerbũ græcũ:quod in priscis aut emẽdatis exemplaribus reperire non potui:quo significabat/difficile/uel nõ definitũ/imperfectum esse. Ἀνεκτον. Tolerabile. De armis. Imminentib. rem uergere ad cędem. Coram. Disputabimus. Theophanes. Balbus. Ei de suis rebus. Cõsilium uel opem pstarem. Hoc ego quid sit. Quid sibi uelit Cicero iuuenis. Potest aliquid. Noui mores Quintus. Σχεδίασμα. Nuperũ & nouitiũ/ex tẽpore emergẽs. Ille. Filius. De hoc mecũ. Dixit. Quidem ἄφατα nolim. Lege/q̃ ἄφατα hoc est ineffabilia uelim. Taceri uolo. Videbũtur. Lege uidebantur. Subde uerbum græcũ. οὐδέν/illa uerba: idest nihil interptationis erant superscriptæ/nũc incuriose in codicẽ trãslata. Voluit. Vetus lectio: noluit. Septẽuir. Epulo/de quo Lucanus. Septemuirq; epulis festus. De septẽuiro capitali a. M. Tullio in Antoniũ. V. fit mẽtio. De primo Gelius noctiũ Atticarũ libro primo. Dignus. Hoc magistratu. quoniã semper eius animus uersatur in epulis & patinis. Demea. In codice Beroaldi legit̃ calus. Humanius. Fieri q̃ ille in causa mea fecit. Dolabellę mandata. Supra dictũ est Ciceronem legatum Dolabellæ abiturũ:illãq; legationẽ pponere legationi uotiuæ/cũ soluere uota in Reipu. desparatione sit incõgruũ. Nũc in eodem proposito perstat/Atticũ rogans Dolabellam adeat:mandata Ciceroni nõ nulla ipetret/magna uel parua: ne frustra legatus esse uideatur.

Schediasma.

Septẽuir.

Mihi aliquid. Alicuius erunt utilitatis mandata Dolabellæ/& si Dolabellæ nihil profutura fuerint. Vel quod Niceæ nuntiẽ. Aliqui ita ordinant. mihi aliquid mandet Dolabella/uel. i. saltẽ mandet Dolabella/quod Niceæ

Nicea. hūtiem/ut saltem illo nuntio legatus Dolabellæ uideat. Est.n. Nicea nomen ciuitatis notissimæ.
Quis hæc. Subintellige crederet,ut serio Cicero legatus Dolabellæ abiret. Anteno. Nomen proprium uiri:ad quem sententiam sequentem scribebat Atticus. Nūc dubitare. Subintellige putas:per interrogationem. Extrema. Desperata. Tyrānū: Cæsarem. Casurus est. Optimus quisq. Beroaldus legit es:ut ad Atticū tanquā ad principem optimatū referat/& cū Attico ad omnes optimates. Nassa. Vimineo pisciū excipulo: quam luculentis uersibus Italicus optime describit. Carteia. De Sexto intelligit. Alii Catina mallūt: quæ est in Sicilia. Carteia iuxta calpen/quā postea Zibalrar Saraceni dixerunt. Dicta ab eisdem Tariffa. Hic etiam regnauit Argāthonius:q ut Plinius libro.vii. nat.histo.refert.cxx.uixit annos: ut Silius libro.iii.ccc.

Nassa.
Carteia.
Zibalrar.
Tariffa.

Arganthoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proauus fuit humani ditissimus æui
Terdenos decies emensus belliger annos.

Contra hunc. Pompeiū exercitum tyrāni ducent. Vtra ergo castra? Sequemur an hæc an illa? Media. Neutratū partiū homines. Tollit. Non permittit. Illa infirma. Pōpeiana. Hęc. Antoniana. Vt. Scribe. Vtrū, Brūdusio. Fugiam. Subito. Discessit. Sed sapienter. Deest uerbū προσέχοντι patior aliquid. se cernendū a superiori. Dolor me affligit cum de Bruti fuga cogito / uel patior aliquid ob affectū ac desideriū Bruti. Quādo illum? Videbo. Suspiria generosa.
ex quo mihi uidetur στρατηλαξ ille deiectus de gradu. Sed tu: cum legeris: existimabis. Obsignata iam Epistola: literas a te: et a Sexto accepi. Nihil iu cundius literis Sexti: nihil amabilius: nam tuæ bre ues: priores erãt literæ uberrimæ. Tu quidem et pru denter: et amice suades: ut in his locis potissimum sim: quoad audiamus hæc: quæ cõmota sũt: quor sum euadant. Sed me: mi Attice: non sane hoc qui dem tẽpore mouet Respu. nõ quo ea sit mihi quicq̃ carius: aut esse debeat: sed desperatis etiam Hippo crates uetat adhibere medicinã. Quare ista ualeant. Me res familiaris: mouet: rem dico imo uero existi matio. Cum. n. tanta reliqua sint: ne Terentiæ qui dem adhuc quod soluitur expeditũ est. Terentiam dico. scis nos pridem iam constituisse Montani no mine HSXXII. dissoluere. pudẽtissime hoc Cicero petierat: ut de suo liberalissime: ut tibi quoq; placue rat promiseram per te quæ dixeram: ut sepositum haberet. Non modo uersuram facere Aurelius: sed iniquissimo fœnore coactus est. nam de Terẽtiæ no mine Tyro ad me scripsit: te dicere: numos a Dola bella fore. male eum credo itellexisse: si quisq̃ male intelligit. potius nihil intellexisse. Tu. n. ad me scri psisti Cocei responsum: & iisdem pene uerbis Eros. Veniendum est igitur uel in ipsam flammam. Tur pius est. n. priuatim cadere: q̃ publice. Itaq; cæteris de rebus: quas ad me suauissime scripsisti: perturba to animo non potui: ut consueueram: rescribere.

consentri in hac cura: ubi sum: ut me expediam. quibus autem rebus uenit quidem mihi in mentem: sed certe cõstituere nihil possum: priusq̃ te uidero. Qui minus autem: ego istic recte esse possim: q̃ est Marcellus? Sed non id agitur? neque id maxime curo. Quid curem uides. Adsum igitur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Vcũdissimas tuas legi lr̃as. ad Plãcũ scripsi. habes exẽplũ. Cũ Tyrone qd sit locutus: cognoscã ex ipso. cũ sorore ages attẽtius: si te occupatione ista relaxaris. (Vale.

M.T.CICERO.L.PLANCO PR. DES.S.

Ttici nostri te ualde studiosum esse cognoui. mei uero ita cupidũ: ut mehercule paucos æque obseruanteis: atque amãteis me habere existimẽ. ad paternas enim: magnas: et ueteres: et iustas necessitudines: magnã attulit accessionẽ tua uolũtas erga me: meaq; erga te par: atq; mutua. Buthrotia tibi causa ignota non est. Egi enim sæpe: tibiq; totam rem demonstraui: quæ est acta hoc modo. Vt primum Buthrotium agrum proscriptum uidimus: cõmotus Atticus libellum composuit: eum mihi dedit: ut darem Cæsari. eram. n. cœnaturus apud eum illo die. Cum libellum Cæsari dedi: probauit causam. rescripsit Attico: æqua eum postulare. admonuit tamen: ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem soluerẽt. Atticus: qui ciuitatem conseruatã cuperet: pecuniã numerauit de suo. quod cum esset factũ adiuimus Cæsarem: uerba fecimus pro Buthrotiis. liberalissimũ decretum abstulimus: quod est obsignatum ab amplissimis uiris. Quæ cũ essent acta: mirari quidẽ solebam pati Cæsarem cõuenire eos: qui agrũ Buthrotium cõcupissent: neq; solum pati: sed etiam ei negocio te præficere. Itaq; et ego cum illo locutus sum: & sæpius quidem: ut etiam accusarer ab eo: q parũ constantiæ suæ cõfiderẽ. et. M. Messalæ: et ipsi Attico dixit: ut sine cura essent. aperteq; ostẽdebat: se præsentium animos (erat. n. popularis: ut notas) offendere nolle. Cũ autem mare trãsissent: curaturũ se: ut in alium agrum deducerentur. Hæc illo uiuo.

Consentri. Omnes ingenii tui uires conferas. In hac cura. Secanda. Quibus rebus. Expediri possim. Qui minus. Deinde resumit animũ. Cur ego Romæ uersari & habitare non possum: ubi habitat Marcellus inimicus Cæsaris. Istic. Romæ. Quam est. Vt habitat. Nõ id agitur. Hæc non est primaria cura habitare Romę. Adsum. Venio. quoniã ita uis. Sorore. Tua Pomponia.

℄ Argumentum.

Plancus ad occupãdos iussu Cęsaris buthrotiorũ agros tetẽderat: causam Buthrotiorũ agit apud amicũ Plancũ Cic. Attici rogatu: ut instantius agere non possit.

℄ Interpretatio.

NECESSITUDINES. Interiora uincula. Accessionem. Incremẽtũ. Vt primũ. Aperit quæ sit ista causa Buthrotia: quam Cicero idẽtidẽ superius reperit. Proscriptum. A Cæsare: uti tãq̃ hostile militibus diuideretur. Libellũ. Supplicem: supplicationẽ hodie uocamus. Abstulimus. Impetrauimus. Obsignatum. Subscriptum hodie dicunt. Et negotio. Vt paterentur agrum in utilitatem suã proscriptũ ueteribus seruari colonis. Cum illo. Cæsare. Præsentiũ. Colonorũ: etiã ciuiũ Romanorũ: qui Buthrotios agros possidebant. Deducerentur. Milites illi: quibus ager hic diuidebatur. Illo. Cæsare: subintellige facta sunt. Constãtiæ suæ. Fidei mihi datæ: quã præ rebus omnibus seruare solret: usq; ad perniciem. Vnde exclamanti mimo in funere Cæsaris applausum est Men seruasse ut essent q me perderẽt? Messalę. Intercedenti pro Buthrotiis & causam nostram adiuuanti. Sine cura. Pro facto haberent quod ego promisissem. Popularis. Captabat auras populares Cæsar. Offendere. Qui in Buthrotios crudelitate exasparent.

Sumere. Mihi sumpsi. Partes meas pcipuas esse uolui. Supra me cepi hodie dicitur. Res familiaris. Vtilitas. Existimatio agitur. De honore tractatur.

Argumentum.

EADEM materia Buthrotiorum causę: in qua nihil omittit ad exorandum amicum in causa Buthrotia.

Interpretatio.

DE CAESaris actis. Vt quae probanda essent: probarent/ & dignoscerent Cęsariana ab his quae non essent Caesaris. sed adulterina.

Qui nō minus laboro. Nō minus i hac causa ęstuo ac satago q̄ Atticus. Vt uideas. Vt nō dubites. illa. Caesaris acta.

Oro. Rogo. Oro. Ergo orare plus est q̄ rogare. In hoc genere orādo suadendiq; principem locum hodie tenet Bartholomęus Philiarchus Pistoriensis: in quo oratorum facundissimo: Pitho persuadendi Dea: & charites hospitantur. Quicquid loquitur merum sal est: & id urbanissimum: lepor ac styli suauitas: a melle ac sirenibus profluit: in orationibus cōscribendis pondere: acumine: hymettiis floribus uernat/ in epistolis Antipatrum prorsus exscribit Seueri imperatoris pceptorē: ac Epistolarum magistrum: quem diuinitus loquentem / iuuentus: Deum: ac Deorum magistrum appellabat. Profluens stylus est Philiarcho nostro: uibratae: non torpentesq; sententiae: felicitas ll. laborata / negligentia diligens: ornatur non fucat: Plautinae matronae non absimilis: quae nuda q̄ purpurata est pulchrior / & ut summutim loquar: solus semper habuit laudum/ quicquid possedimus omnes.

Philiarchi laus.

Post interitum uero Caesaris: ut primum ex. S. C. causas Coss. cognoscere instituerunt: haec/ quae scripsi: ad eos delata sunt: probauerūt causas sine ulla dubitatione: seq; ad te literas daturos esse dixerunt. Ego aūt mi Plance: et si non dubitabam: quin et. S. C. et lex: et Coss. decretum: ac literae apud te plurimū auctoritatis haberent: teq; ipsius Attici causa uelle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione: & beneuolentia nostra mihi sumpsi: ut id a te peterē quod tua singularis humanitas: suauissimiq; mores a te essent impetraturi. id autem est: ut hoc: quod te tua sponte facturū esse certo scio: honoris nostri causa libenter non prolixe: sed celeriter facias. Mihi nemo est amicior: nec iucundior: nec carior Attico: cuius antea res solum familiaris agebatur. eaq; magna. Nūc accessit etiam existimatio: ut/ quod consecutus est magna & industria: et gratia uiuo Caesare: mortuo id: te adiuuāte: obtineat. Quod si a te erit impetratum: sic uelim existimes: me de tua liberalitate ita interpretaturū: ut tuo sūmo beneficio me affectū iudicē. Ego/ q̄ te uelle: quaeq; ad te pertinere arbitrabor: studiose: diligēterq; curabo. Da operam: ut Valeas.

M. T. CICERO. L. PLANCO PR. DES. S.

IAm antea petiui abs te per literas: ut cū causa Buthrotiorum probata a Coss. esset: quibus et lege et. S. C. permissum erat: ut de Caesaris actis cognoscerent: statuerēt: iudicarent: eā rem tu adiuuares. Atticūq; nostrū: cuius te studiosum cognoui: et me: qui non minus laboro: molestia liberares. Omnibus. n. rebus magna cura: multa opera: et labore cōfectis: in te positum est: ut nostrae solicitudinis finem quāprimū facere possimus. quāquā intelligimus ea te esse prudentia: ut uideas: si ea decreta Coss. quae de Caesaris actis interposita sint nō seruentur: magnā perturbationem rerum fore. Equidem: cum multa (quod necesse erat in tanta occupatione) non probentur: quae Caesar statuerit: tamen ocii: pacisq; causa acerrime illa soleo defendere: quod tibi idem magnopere faciendū censeo: quanquā haec Epistola nō suasoris est: sed rogatoris. Igitur mi Plance rogo te: et etiam oro: sic mediusfidius: ut maiore studio: ma-

gisq; ex animo agere non possim: ut totum hoc negocium ita agas: ita tractes: ita cōficias: ut quod sine ulla dubitatiōe apud Coss. obtinuimus propter sūmā bonitatē et ęqtatē causę: id tu nos obtinuisse: nō modo facile patiare: sed etiā gaudeas. Qua quidem uolūtate esse erga Atticum sæpe præsens et illi ōstēdisti: & uero etiā mihi. quod si feceris: me: quem uolūtate: & paterna necessitudine cōiunctim semp habuisti: maximo beneficio deuinctū habebis. idq; ut facias te uehemēter etiā: atq; etiā rogo. Vale.

M.T.CICERO CAPITONI.S.

NVnquam putaui fore: ut supplex ad te uenirem. sed hercule facile patior datū tempus: in quo amorem experirer tuū. Atticum quāti faciam: scis. Amabo te: da mihi et hoc. obliuiscere mea causa: illum aliquādo suo familiari aduersario tuo uoluisse cōsultum: cum illius existimatio ageretur. Hoc primū ignoscere est humanitatis tuæ. Suos enim quisq; debet tueri. deinde; si me amas: omitte Atticum Ciceroni tuo: quem quanti facias præ te soles ferre. totū hoc: ut quod semper existimaui: nunc plane intelligam: me a te multum amari. Buthrotios cum Cæsar decreto suo: quod ego obsignaui cum multis amplissimis uiris: liberauisset: ostendissetq; nobis: se cum Agrarii mare transissent: literas missurum: quem in agrum deducerentur: accidit: ut subito ille interiret. deinde: quemadmodum tu scis (interfuisti enim cū Coss. oporteret ex . S.C. de actis Cæsaris cognoscere) res ab iis a Calen. Iun. dilata est ad. III. Nonarum Iun. quæ lex earum rerum: quas Cæsar statuisset: decreuisset: egisset Coss. cognitionē dedit. Causa Buthrotiorum delata est ad Coss. decretum Cæsaris recitatum est: et multi præterea libelli Cæsaris prolati. Coss. de consilii sententia decreuerunt secūdum Buthrotios. Plancum dederunt. Nunc mi Capito: scio enim quantū semper apud eos: quibus cū sis posse soleas: eo plus apud hominem facillimum: atq; humanissimū Plācū enitere: elabora: uel potius eblandire: effice: ut Plancus: quē spero optimū esse:

Agere. Orare. Illi. Attico. Mihi. Ostēdisti te Attico amicissimum esse.

¶ Argumentum.

MATERIA par superiori / multa spargit semina / ut aliquid colligat: ex quibus Epistolis colligitur Ciceronem ex uetere fortuna: ut in Athenienses prouerbialiter ferebatur / nihil pręter animū seruasse.

¶ Interpretatio.

CAPItones appellatos aiūt a magnitudine capitis. Alii a piscibus capitonibus quos Bononia capitanos appellat. Capitales insubria: quibus tamen pro modo corporis caput ē enorme. Plautus Lurconē / capitonē dicit: quod multa uidelicet capiat. Facile patior. Libenter tolero. Da. Cōcede: in hoc obseqre. Illū. Atticum. oderat Atticū capito quod olim fouerat necessariū suū cōtra rem capitonis. Hoc odiū sibi cōdonari. M. Tullius a Capitone postulat. Illius. Amici uel Attici. Agitur de existimatione nostra cum naufragiū patit amicus: nec a nobis subuenit. Suos. Suos qsq; caros habet ut olim dixit Cæsar. Omitte. Cōdona irā si quā geris in Atticū. Ciceroni. Cōtemplatione & cā Ciceronis tibi deditissimi. Præ te soles ferre. Nō denegas / sed fateris. Totū hoc. Subintellige fac / operam dabis.

Capitones.

Obsignaui. In eo signator fui: ut auctoritatē acciperent / testamēta signabā. Agrarii. Milites inter quos agrū Buthrotiū proscriptū diuiserat. C. Graccus agrarios pcitare conatus ē. Mare. Cū Cęsare uel alio trās mare pfecto. Quē in agrū. In quē agrū facta pmutatiōe. Ille. Cæsar añq ueterani deducerent. Ab his. Qui de actis Cæsaris cognoscebāt. Quæ lex. Eo tēpore facta. Cōsulib. cognitionē dedit. Mādauit cōsulib. uti cognoscerent. Delata. Remissa hodie dicit: reiecta. De consilii sententia. Ex ordinis uniuersi mādato. Secundū. Pro. Sentētia lata est secūdū me: hoc est pro me. Dederunt. Fecerunt arbitrū. Quibus cum sis. Cū quibus uerseris. Eblandire. Blādiendo elice.

Agrarii.

Quorũ cognitio fuit. Qui mã dante Senatu cognoscere poterant in hac causa & debebant.

Qui nõ modo non probant. Valde probãt. Duæ negatiuæ affirmãt. Quorum interest. Ad quorũ utilitatem pertinet. Il q nõ probant Cæsarẽ acta defendunt ne fiat omniũ rerũ cõfusio. Prolyxo. In causam propenso.

Neruulis. Neruulos. Viriculas. Facies. Scribe facias.

❡ Argumentum.

HINC Amor mirificus Ciceronis apparet: qui in Attici causa etiã minimis adulatur: caudamq; iactat: ut amicissimũ: iucũdissimũ & carissimũ Atticũ demereat: in quẽ uere dicere potuit illud Sidoniaũ. Sumus aĩæ duæ: aĩus unus.

❡ Interpretatio.

AD FACERE. Te ardenter amare. Cõsulũ. Qui acta Cæsaris cognoscebant. Quod. Decretũ. Il. Consules. Secundũ Buthrotios. Pro Buthrotiis. Lege. Constituta a Senatu ut actorum Cæsaris: consulũ cognitio esset. Senatus cõsulto. Decreto ob hæc acta. Confirmet. Decretũ Consulum quorum erat huiusmodi cognitio.

❡ Argumentum.

REPETIT ac inculcat hæc eadem Planco: cui res Buthrotia mandata fuerat: uti Attici negotium sistat in portu.

❡ Interpretatio.

EXISTImatio. Auctoritas. Consul. Cuius erat de Cæsaris actis cognitio. Obsignatoribus. Testatur Cicero superius se adhibitũ signatorem in causa decreti secũdũ Buthrotios obsignari. Responsis. Voluntati: qui etiã se mitati dixerat / cur Atticus leuitatem in eo agnoscere uidetetur.

Obsignatores.

sit etiam melior opera tua. Omnino res huiusmodi uidetur esse: ut sine cuiusquam gratia Plancus ipse pro ingenio: et prudentia sua non sit dubitaturus; quin decretũ Coss. quorum: et lege: et. S. C. cognitio: et iudicium fuit: conseruet: præsertim cum hoc genere cognitionũ labefactato: acta Cæsaris in dubium uentura uideantur. quæ non modo: quorum interest: sed etiam ii: qui illa non probant: ocũ causa confirmare uelint. quod cum ita sit; tamen interest nostra Plancum hoc animo liberi: prolixoq; facere, quod certe facies: si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos: suauitateq;: qua nemo tibi par est: adhibueris. quod ut facias: te uehementer rogo. Vale.

M.T.CICERO CVPIENNIO.S.

PAtrem tuum plurimi feci: meq; ille mirifice et coluit: & amauit. nec mehercule unquã mihi dubium fuit: quin a te diligerer: ego quidem id facere non destiti. Quam ob rem peto a te in maiorem modũ: ut ciuitatem Buthrotiã subleues: decretũq; Coss. quod ii secundũ Buthrotios fecerunt: cũ et lege: et. S. C. statuendi potestatem haberent: des operam: ut Plãcus noster quã primũ cõfirmet: et probet. Hoc te uehemẽter mi Cupienni etiã: atq; etiã rogo. Vale.

M.T.CICERO.L.PLANCO PR. DES.S.

IGnosce mihi: q; cũ antea accuratissime de Buthrotiis ad te scripseram: eadem de re sæpius scribam. Non mehercule mi Plance facio: quod parum confidã aut liberalitati tuæ: aut nostræ amicitiæ: sed cũ tãta res agatur Attici nostri: nunc uero etiam existimatio: ut id: quod probauit Cos. nobis testibus: et obsignatoribus: qui et decretis et responsis Cæsaris interfueramus: uideatur obtinere potuisse: præsertim cũ tota potestas eius rei tua sit: ut ea: quæ Coss. decreuerunt secundũ Cæsaris decreta: et responsa: nõ dicã cõprobes: sed studiose: libenterq; cõprobes. Id mihi sic erit gratum: ut nulla res gratior esse possit. et si iam sperabam: cum has literas accepisses: fore: ut ea: quæ superioribus literis a te petiissemus: impetrata essent: tamen non faciam finem rogandi:

quoad nobis nunciatum erit: te id fecisse: quod magna cum spe expectamus. Deinde.n.confido fore: ut alio genere literarũ utamur. tibiq; pro tuo sũmo beneficio gratias agamus. quod si acciderit: uelim sic existimes: non tam tibi Atticũ: cuius permagna res agitur: q̃ me: qui non minus laboro: q̃ ille: obligatum fore. Vale.

Non tibi tam Atticum. In codice Beroaldi/nõ tam tibi Atticum/quod est idem. Non minus laboro. Non minus sum in hac causa sollicitus ac anxius q̃ ipsemet Atticus.

M.T.CICERO CAPITONI.S.

NOn dubito: quin mirere: atq; etiam stomachere: quod tecum de eadem re agã sæpius. Hominis familiarissimi: et mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur Attici. Cognoui ego tua studia ĩ amicos: etiã in te amicorũ. multũ potes nos apud Plancum iuuare. noui humanitatẽ tuã. scio q̃ sis amicis iucũdus. Nemo nos in hac causa plus iuuare põt: q̃ tu: et res ita est firma: ut debet esse: quã Coss. de cõsilii sententia decreuerũt: cũ et lege: et. S.C. cognoscerent. tñ oĩa posita putamus ĩ Planci tui liberalitate: quẽ quidẽ arbitramur cũ officii tui: et Reip. causa: Decretũ Coss. cõprobaturũ: tum libẽter nostra causa esse facturũ. Adiuuabis igitur mi Capito: quod ut facias uehementer etiam: atq; etiã rogo. Vale.

Argumentum.

CAPItonem eũdem rogat/blanditur/expalpat/in causa buthrotia uti Atticũ/Atticiq; clientes Buthrotios cõmẽdatissimos habeat. Conatu insigni laborat/ut Atticum uoti compotem reddat.

Interpretatio.

STOMachere. Indigneris: unde stomachator. Stomachator. Amicorum. Studia in te/quemadmodum studes amicis tuis obsequi. Iucundus. Libenter obsequens. Et res ista. Scribendum ex inferioribus/Et res ita. Cum officii. Partim officii.

Finis. Laus Deo.

Suprema manus Explanationum in Epistolas ad Atticum auctore Pio Bononiensi.

Bononiæ in Aedibus Io. Baptistæ: et Benedicti fratris quondam Hectoris de Phaellis. Pridie Kal. Februarias.
M.D.XXVII.

EPILOGVS AD LECTOREM IDEM PIVS BONONIENSIS.

TMendando:interpretando: scribendo sum fessus:nec ullo in tempore tanta corporis ac animi trepidatione defixus opus aliquod incepi:quam hasce ipsas ad Atticum Episto/las:quæ omnium obscurissimæ circũferebãtur/uel quod græcariores/uel quod ænigma/ticæ:sententiisq; refertæ grauissimis extant.utinãq; mihi illud Hieronymianũ non contingat:Dũ alienos errores emendant:suos ostendunt.Dicam quod historiæ elenchorum auctor Aristoteles. De inuẽtis multas habete gratias/de omissis accedat uenia.Et proferam illud ex libro.ii.Macha/beorũ.Si bene scripsi historiam/hoc & ipse uelim.Sin autem minus digne/indulgẽdum est mihi. Sicut autem uinum semper bibere:aut semper aquam contrariũ est/alternis autem uti delectabi/le:ita legentibus si semper exactus fit sermo:non erit gratus.Verum est illud Solomonis. Stultus profert spiritum suum simul:sapiens reseruat in posterum:& profecto:ut ait Plinius:haud ullo in genere uenia iustior est/si modo minime mirum est hominem genitum non omnia humana no/uisse.Et si non omneis strinxerimus manipulos:& in nos occinuerit preteriens illud Theocritium ουκων ἄνδρας ἀπώλετο χ' ὧ ποσ ὁ μισθός,in utrãq; aurem dormiemus.Nos fuimus Troes/Nos tem pus dealbans etiam ad barbam serpit.ποιεῖν τε δεῖ ἕως γόνυ χλωρόν.Conẽtur aliquid quibus gen/nua uirent.Interlaborandum:ut ait Syracusius pastor:animam expunximus. Vale.

TITI POMPONII ATTICI VITA PER CORNELIVM NEPOTEM.

POMPonius Atticus ab origine ultima stirpis Romanæ generatus: perpetuo a maioribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente: indulgente: & / ut tum erant tēpora diti: imprimisq; studioso literarū. Hic / prout ipse amabat literas: omnibus doctrinis: quibus puerilis ætas impertiri debet: filiū erudiuit. Erant autem in puero: præter docilitatem ingenii: summa suauitas oris: et uocis: ut non solū celeriter acciperet: quæ tradebantur: sed etiam excellenter pronunciaret. Qua ex re pueritia nobilis inter æquaeleis ferebatur: clariusq; explendescebat: quā generosi cōdiscipuli animo equo ferre possent. Itaq; incitabat omneis studio suo: Quo in numero fuerūt L. Torquatus. C. Marii filius. M. Cicero: quos cōsuetudine sua sic sibi deuinxit: ut nemo iis perpetuo fuerit carior. Pater mature decessit. ipse adulescentulus propter affinitatem. P. Sulpicii: qui Tr. Pl. interfectus est: non expers fuit illius periculi. Nāq; Anitia Pomponii consobrina nupserat. M. Seruio fratri Sulpicii. Itaq; interfecto Sulpicio: posteaq̄ uidit Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam: neq; sibi dari facultatem: pro dignitate uiuendi: quin alterutram partem offenderet: dissociatis animis ciuium: cum alii Sullanis: alii Cinnanis fauerent partibus: idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis: Athenas se contulit. Neq; eo secius adulescentem Mariū hostem iudicatū iuuit opibus suis: cuius fugam pecunia subleuauit: ac / ne illa peregrinatio detrimentū aliquod afferret rei familiari: eodem magnam partem fortunatum traiecit suarū. Hic ita uixit: ut uniuersis Atheniensibus merito esset carissimus. nam præter gratiam: quæ iam in adulescentulo magna erat: sæpe suis opibus inopiam eorum publicam leuauit. Cū enim usuram facere publice necesse esset: neq; eius cōditionem æquam haberent: semper se interposuit: atq; ita: ut neq; usuram unquam ab iis acceperit: neq; longius: quam dictum esset debere: passus sit. Quod utrūq; erat iis salutare. nam neq; indulgendo inueterascere eorū ęs alienum patiebatur: neq; multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium alia quoq; liberalitate. nam uniuersos frumento donauit: ita / ut singulis. VII. modii tritici darentur: qui modius mensurę medimnus Athenis appellatur. hic autē sic se gerebat: ut cōmunis infimis: par principibus uideretur. Quo factum est: ut huic omnes honores: quos possent: publice haberent: ciuēq; facere studerēt. quo beneficio ille uti noluit: quod nōnulli ita interpretātur: amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Quādiu affuit: ne qua sibi statua poneretur: restitit: absens prohibere non potuit. Itaq; aliquot ipsi: et Phidię locis sanctissimis posuerunt. hunc enim in omni procuratione Reipu. actorem: authoremq; habebant. Igitur primū illud munus fortunæ: quod in ea potissimū urbe natus est: in qua domicilium orbis terrarū esset imperii: ut eandem et patriam haberet: et domum. hoc specimen prudentiæ: quod cum in eam se ciuitatem contulisset: quæ antiquitate: humanitate: doctrinaq; præstaret: omneis ei unus ante alios fuerit carissimus. Huc ex Asia Sulla decedens cum uenisset: q̄diu ibi fuit: secum habuit Pomponiū captus adulescētis et humanitate: et doctrina. Sic enim græce loquebatur: ut Athenis natus uideretur. Tanta aūt erat suauitas sermonis latini: ut appareret in eo natiuū quendā leporem esse: nō ascitū. Idem poemata pronūciabat

et græce: et latine sic: ut supra nihil posset addi. Quibus rebus factum est: ut Sulla nusquã a se dimitteret: cuperetq; secum deducere. Qui cum persuadere tẽtaret: noli: oro te: inquit Pomponius aduersum eos me uelle ducere: cum quibus: ne cõtra te arma ferrem: Italiam reliqui. At Sulla adulescẽtis officio collaudato omnia munera ei: quæ Athenis acceperat: proficiscens iussit deferri. hic cõplureis annos moratus: cum et rei familiari tantũ operæ daret: quantum nõ indiligens deberet paterfamilias: et omnia reliqua tempora aut literis: aut Atheniensiũ Reip. tribueret: nihilo minus amicis urbana officia præstitit. nã et ad comitia eorũ uentitauit: et siqua res maior acta est: nõ defuit. sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularẽ fidem præbuit: cui ex patria fugienti HS. CC. et quinquaginta milia donauit. Trãquillatis autem rebus Romanis: remigrauit Romã: ut opinor: L. Cotta et. L. Torquato Coss. quem diem sic uniuersa ciuitas Atheniẽsium prosecuta est: ut lacrymis desiderii futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum. Q. Cæcilium equitem Romanũ: familiarem. L. Luculli: diuitem difficillima natura: cuius sic asperitatem ueritus est: ut quẽ nemo ferre posset: huius sine offensione ad summã senectutem retinuit beneuolentiã. Quo facto: tulit pietatis fructum. Cæcilius. n. moriens testamento adoptauit eũ: hæredem fecit ex Dodrante. Ex qua hæreditate accepit circiter cẽties HS. Erat nupta soror Attici. Q. Tũllio Ciceroni: easq; nuptias. M. Cicero conciliarat: cum quo a condiscipulatu uiuebat coniũctissime: multo etiam familiarius: q̃ cum Quinto: ut iudicari possit: plus in amicitia ualere similitudinem morũ: q̃ affinitatem. Vtebatur autem intime. Q. Hortensio: qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat. ut intelligi non posset uter eũ plus diligeret Cicero: an Hortẽsius. Et id: quod erat difficillimũ efficiebat: ut inter quos tãtæ laudis esset æmulatio: nulla ĩtercederet obtrectatio: essetq; taliũ uirorũ copula. In Repu. ita est uersatus: ut semper optimarũ partiũ et esset: et existimaretur. neq; tñ se ciuilibus fluctibus cõmitteret: quod non magis eos in sua potestate existimabat esse: qui se his dedissent: q̃ q maritimis fluctib. iactarẽtur. honores non petiit: cum ei paterent propter uel gratiã: uel dignitatem: quod neq; peti more maiorum: neq; capi possent cõseruatis legibus: in tam effusis ambitus largitionibus: neq; Reip. sine periculo corruptis ciuitatis moribus. ad hastam publicam nunq̃ accessit. nullius rei neq; præs: neq; manceps factus est. neminem suo nomine: neq; subscribens accusauit: in ius de sua re nunq̃ iit. iudicium nullũ habuit multorũ Coss. Prætorũq; præfecturas delatas sic accepit: ut neminem in Prouinciam sit secutus: honore fuerit contentus rei familiaris: despexerit fructũ: qui ne cum. Q. quidem Cicerone uoluerit ire in Asiam: cũ apud eum legati locũ obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur: cũ Præturam gerere noluisset: assectam esse prætoris. Qua in re non solum dignitati seruiebat: sed etiam tranqllitati: cũ suspitiones quoq; uitaret criminũ. quo fiebat: ut eius obseruantia oĩbus esset carior: cum eam officio: non timori: neq; spei tribui uiderent. Incidit Cæsarianũ ciuile bellum: cum haberet annos circiter sexaginta. usus est ætatis uacatione: neq; quoq̃ se mouit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeiũ proficiscentibus omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeiũ coniunctum non offendit. Nullum ab eo habebat ornamentum: ut cæteri: qui per eum aut honores: aut diuitias ceperant: quorũ partim inuitissimi castra sunt secuti: partim summa cum eius offensione domi remanserunt. Attici autem quies tantopere Cæsari

fuit grata: ut uictor: cum priuatis pecunias per epistolas imperaret: huic non solum molestus nō fuerit: sed etiam sororis filium: & Quintū Ciceronem ex Pompeii castris concesserit. Sic uetere instituto uitae effugit noua pericula. Secutum est illud occiso Caesare: cum Respu. penes Brutos uideretur esse: & Cassium: ac tota ciuitas se ad eum conuertisse uideretur. Sic. M. Bruto usus est: ut nullo ille adulescens aequali familiarius: quam hoc sene. neq; solum eum principem consilii haberet: sed etiam in conuictu. Excogitatum est a quibusdam: ut priuatum aerariū Caesaris interfectoribus ab equitibus Romanis cōstitueretur: id facile effici posse arbitrati sunt: si & principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaq; appellatus est a. C. Flauio Bruti familiari Atticus: ut eius rei princeps esse uellet. At ille qui officia amicis praestanda sine factione existimaret: semperq; a talibus se consiliis remouisset: respōdit: siquid Brutus de suis facultatibus uti uoluisset: usurū quātum hae paterentur: sed neq; cum quoq̄ de ea re collocuturum: neq; coiturum. Sic ille cōsensionis globus huius unius dissensione disiectus est. Neq; multo post superior esse coepit Antonius: ita ut Brutus et Cassius Prouinciarum: quae iis necis causae datae erant a Coss. desperatis rebus: in exilium proficiscerētur. Atticus: qui pecuniam simul cum caeteris conferre noluerat florenti illi parti: abiecto Bruto: Italiaq; cedenti HS. C. M. muneri misit: eidem in Epeiro absens. CCC. iussit dari: neq; eo magis potenti adulatus est Antonio: neq; desperatos reliquit. Secutum est bellum gestum apud Mutinam: in quo: si tantum eum prudentem dicam: minus: q̄ debeam: praedicem: cum ille potius diuinus fuerit: si diuinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas: quae nullis casibus agitur: neque minuitur. hostis Antonius iudicatus: Italia cesserat. Spes restituēdi nulla erat. Non solum inimici: qui tamen erant potentissimi: et plurimi: sed etiam qui aduersariis eius se dabant: et in eo laedendo aliquam consecuturos sperabant cōmoditatem: Antonii familiareis sequebantur: uxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebant: liberos etiam extinguere parabant. Atticus cum Ciceronis intima familiaritate uteretur: amicissimus esset Bruto: non modo nihil iis indulsit ad Antonium uiolandum: sed e contrario familiareis eius ex urbe profugienteis quantum potuit: texit: quibus rebus indiguerunt: adiuuit. P. uero Volumnio ea tribuit: ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiae: cum litibus distineretur: magnisq; terroribus uexaretur: tanta diligētia officium suum praestitit: ut nullum illa praestiterit uadimonium sine Attico. spōsor omnium rerum fuerit. Quin etiam: cum illa fundum secunda fortuna emisset in diem: neque post calamitatem uersuram facere potuisset: ille se interposuit: pecuniamq; sine foenore: sineq; ulla stipulatione credidit: maximūq; existimans quaestum: memorem: gratumq; cognosci: simulq; aperire: se non fortunae: sed hominibus solere esse amicum: quae cum faciebat: nemo eum temporis causa facere poterat existimare. Nemini enim in opinionem ueniebat Antonium rerum potiturum. sed sensim is a nōnullis optimatibus eius reprehendebatur: quod parum odisse malos ciues uideretur. Ille autem sui iudicii potius quid se facere par esset intuebatur: quam quid alii laudaturi forēt. Conuersa fortuna est. ut Antonius rediit in Italiam: nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis: & Bruti. Itaq; ad aduētum imperatorū de foro decesserat timens proscriptionem. Latebatq; apud P. Volumnium: cui: ut ostendimus pauloante: opem tulerat. Tanta uarietas his

temporibus fuit fortunæ: ut modo ii: modo illi in summo essent: aut fastigio: aut periculo: habebatq; secum Quintū Gelium Canium æqualem: simillimūq; sui. Hoc quoq; sit Attici bonitatis exemplum: q cum eo: quem puerum in ludo cognorat: adeo coniuncte uixit: ut ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem: & si tanto odio ferebatur in Ciceronem: ut non solū ei: sed etiā omnibus suis amicis esset inimicus; eosq; uellet proscribere multis hortantibus: tamen Attici memor fuit officii; ut ei: cū requisisset: ubi nam esset: sua manu scripsit: ne timeret: statimq; ad se ueniret: Seium: et Gelium Canium de proscriptorum numero exemisse: ac ne quid periculum incideret: quod noctu fiebat: præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi: sed etiam ei: quem carissimum habebat: præsidio fuit. Neq; enim suæ solum a quoq; auxilium petiit salutis: sed coniuctim: ut appareret nullam seiunctam sibi ab eo uelle fortunā. Quod si Gubernator præcipua laude fertur: qui nauem ex hyeme: mariq; scopuloso seruat: cur non singularis eius existimetur prudentia: qui ex tot: tantisq; grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis: ut se emergerat: nihil aliud egit: quam ut plurimis: quibus rebus posset: esset auxilio. cum proscriptos premiis Imperatorum uulgus conquireret: nemo in Epeirum uenit: cui res ulla defuerit. nemini nō ibi perpetuo manendi potestas facta est. quin etiā post prœlium Philippēse: interitumq;. C. Cassii: et. M. Bruti. L. Iulium Mocillam Prætorium: et filium eius: Aulumq; Torquatum: cæterosq; pari fortuna perculsos: instituerit tueri: atq; ex Epeiro: iis omnia Samothraciam supportari iusserit. Difficile enim est omnia prosequi: et non necessaria. Illud unum intelligi uolumus: illius liberalitatem: neq; temporariā: neq; callidam fuisse. Id ex ipsis rebus: ac temporibus iudicari potest: q non florentibus se uendicauit: sed afflictis semper succurrit. qui quidem Seruiliam Bruti matrem non minus post mortem eius: q̄ florentem coluerit. Sic liberalitate utens nullas inimicitias gessit: q neq; lædebat quēq̄: neq; si quam iniuriam acceperat: nō malebat obliuisci: q̄ ulcisci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia. Quæ autem ipse tribuerat: tandiu meminerat: quoad ille gratus erat: qui acceperat. Itaq; hic fecit: ut uere dictū uideatur: sui cuiq; mores fingunt fortunam: neq; tamen prius ille fortunam: q̄ se ipse finxit: qui cauit: ne qua in re plecteretur. Iis igitur rebus effecit: ut. M. Vipsanius Agrippa intima familiaritate coniunctus adulescenti Cæsari: cum propter suam gratiam: et Cæsaris potentiam nullius conditionis nō haberet potestatem: potissimum eius deligeret affinitatem: peroptaretq; equitis Romani filiam generosam nuptiis: atq; harum nuptiarum conciliator fuit (non enim est celandum) M. Antonius triumuir Reipub. cuius gratia cum augere possessiones posset suas: tantum abfuit a cupiditate pecuniæ: ut nulla in re usus sit ea: nisi in deprecandis amicorum aut periculis: aut incommodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cum. L. Saufei equitis Romani æqualis sui: qui cum pluresi annos studio ductus philosophiæ habitabat: habebatq; in Italia pretiosas possessiones: Triumuiri bona uendidissent: consuetudine ea qua tum res gerebantur: Attici labore: atq; industria factum est: ut eodem nuntio Saufeius fieret certior: se patrimoniū amisisse: et recuperasse. Idem. L. Iul. Calidium: quem post Lucretii: Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem uere uideor posse contendere: neq; minus uirum bonum: optimisq; artibus eruditum

post proscriptionem equitum propter magnas eius Africanas possessiones in proscriptorum numerum a P. Volumnio præfecto fabrum Antonii absentem relatum expediuit. Quod in præsenti utrum ei laboriosius: an gloriosius fuerit: difficile fuit iudicare: quod in eorum periculis: non secus absentes: q̃ præsentes amicos Attico esse curæ cognitum est. Neq; uero minus ille uir bonus paterfamilias habitus est: q̃ ciuis. nam cum eēt pecuniosus: nemo illo minus fuit emax: minus ædificator. neq; tamen non imprimis bene habitauit: omnibusq; optimis rebus usus est. nam domum habuit in colle Quirinali Pamphilianam ab auunculo hæreditate relictam: cuius amœnitas non ædificio: sed sylua constabat. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum plus salis: quam sumptus habebat: in quo nihil commutauit: nisi siquidem uetustate coactus est. Vsus est familia: si utilitate iudicandum est: optima: si forma: uix mediocri. Nāq; in ea erant pueri literatissimi: anagnostæ optimi: et plurimi librarii: ut ne pedissequus quidem quisq̃ esset: qui non utrūq; horum pulchre facere posset. Pari modo artifices cæteri: quos cultus domesticus desiderat: apprime boni: neq; tamen horum quẽq̃: nisi domi natum: domiq; factum habuit: quod est signum non solum continentiæ: sed etiam diligentiæ. nam et non intemperanter concupiscere: quod a pluribus uideas: continentis debet duci: & potius diligentia: q̃ pretio parare: non mediocris est industriæ. Elegans nõ magnificus. splendidus non sumptuosus: omni diligentia mũditiam non affluentem affectabat. Supellex modica: nõ multa: ut in neutram partem conspici posset. Nec præteribo: quanq̃ nonnullis leue uisum iri putem: cum imprimis lautus esset eques Romanus: & non parum liberaliter in domum suam omnium ordinum homines inuitaret: Scimus non amplius: q̃ terna millia æris perçque in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitũ: atq; hoc non auditum: sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus. nemo in conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit: q̃ anagnosten: quod nos quidem iucundissimum arbitramur; neq; unq̃ sine aliqua lectione apud eum cœnatum est: ut non minus animos q̃ uentre conuiuæ delectarentur. nāq; eos uocabat: quorum mores a suis nõ abhorrerent. Cum tanta pecuniæ facta esset accessio: nihil de quotidiano cultu mutauit: nihil de uitæ consuetudine: tantaq; usus est moderatione: ut neq; in HS uicies: quod a patre acceperat: parum se splendide gesserit: neq; in HS centies: affluētius uixerit q̃ instituerat: parīq; fastigio steterit in utraq; fortuna: nullos habuerit hortos: nullã suburbanam: aut maritimam sumptuosam uillam: neq; in Italia præter Ardeatinum: et Nomentanum rusticum prædium: omnisq; eius pecuniæ redditus constabat in Epiroticis: & urbanis possessiõibus: ex quo cognosci potest: eum usum pecuniæ nõ magnitudine: sed ratione metiri solitum. Mendacium neq; dicebat: neq; pati poterat. Itaq; eius comitas non sine seueritate erat: neq; grauitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu: utrũ eum amici magis uererentur: an amarent. Quicquid rogabatur religiose promittebat: quod non liberalis: sed leuis arbitrabatur: polliceri quod præstare non posset. Idem innitendo quod semel admisisset: tanta erat cura: ut non mandatam: sed suam rem uideretur agere. Nusquã susceptì negocii eum pertæsum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat: qua nihil habebat carius. Quo fiebat: ut omnia Ciceronum: Catonis, Marcique Hortensii: A. Torquati: multorum præterea equitum Romanorum negocia pro-

curaret: ex quo iudicari poterat non inertia: sed iudicio fugisse Reipu. procuratio
nem. Humanitatis uero nullum afferre maius testimonium possum: quam q adu
lescens idem seni Sullæ fuerit iucundissimus: senex adulescenti. M. Bruto. Cum
æqualibus autem suis. Q. Hortensio: et. M. Cicerone sic uixerit: ut iudicare diffi
cile sit: cui ætati fuerit aptissimus: quanquam eum præcipue dilexit Cicero: ut ne
frater quidem ei Quintus carior fuerit: aut familiarior. Ei rei sunt indicio præter
eos libros: in quibus de eo facit mentionem: qui in uulgus sunt editi: sexdecim
uolumina epistolarum ab consulatu eius usq ad extremum tempus ad Atticum
missarum: quæ qui legat: non multum desiderat historiam cõtextam eorum tẽ
porum. Sic enim omnia de studiis Principũ: uitiis Ducũ: æmulationibus Reipu.
perscripta sunt: ut nihil in his non appareat: et facile existimari possit prudentiam
quodammodo esse diuinationem. Non enim Cicero ea solum: quæ uiuo se acci
derunt: futura prædixit: sed etiam quæ nunc usuueniunt: cecinit: ut Vates. De
pietate autem Attici: quid plura commemorem: cum hoc ipsum uere gloriantem
audierim in funere matris suæ: quam extulit annorum nonaginta: cum esset se
ptem: et sexaginta: se nũquam cum matre in gratiam rediisse: nunquam cum so
rore fuisse in simultate: quã prope ætate æqualem habebat: quod est signum aut
nullam unq̃ inter eos querimoniam intercessisse: aut hunc ea fuisse in suos indul
gentia: ut quos amare deberet: irasci eis nefas duceret: neq id fecit natura solum
(quanq̃ omnes ei paremus) sed etiam doctrina. Nam et principum Philosopho
rum ita percepta habuerat præcepta: ut his ad uitam agendam nõ ad ostentatio
nem uteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit: antiquitatisq ama
tor: quam adeo diligenter habuit cognitam: ut eam totam in eo uolumine expo
suerit: quo magistratus ornauit: nulla enim lex: neq pax: neq bellum: neq res il
lustris est populo Ro. quæ non in eo suo tempore sit notata. et quod difficillimũ
fuit: sic familiarum originem subtexuit: ut ex eo clarorum uirorum propagines
possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris: ut, M. Bruti rogatu
Iuniam familiã a stirpe ad hanc ætatem ordine enumerauerit: notãs: qui a quoq
ortus: quos honores: quibusq temporibus cœpisset. pari modo Marcelli Claudii
de Marcellorũ: Scipionis Cornelii: et Fabii Maximi Fabiorum: et Aemiliorum:
quibus libris nihil potest esse dulcius iis: qui aliquam cupiditatem habent noti
tiæ clarorum uirorũ. Attigit quoq Poeticen (credimus) ne eius expers esset sua
uitatis. Nãq uersibus: qui honore: rerumq gestarum amplitudine cæteros. Ro.
Populi præstiterunt: exposuit: ita: ut sub singulorum imaginibus facta: magistra
tusq eorum non amplius quaternis: quinisq uersibus descripserit: quod uix cre
dendum sit tantas res tam breuiter potuisse declarari. Est etiam unus liber græce
cõfectus de cõsulatu Ciceronis. Hactenus Attico uiuo edita a nobis sunt. Nũc:
quoniam fortuna nos superstites ei esse uoluit: reliqua persequemur: et quantum
potuerimus rerũ exemplis lectores docebimus: sicut supra significauimus: suos
cuiq mores plerũq conciliare fortunam. Nãq hic cõtentus ordine equestri quo
erat ortus: in affinitatem peruenit Imperatoris Diui Iulii filii: cum iam ante fami
liaritatem eius esset consecutus nulla alia re: quam elegantia uitæ: qua cæteros ce
perat principes ciuitatis dignitate pari: fortuna humiliores. Tanta enim prosperi
tas Cæsarem est con secuta: ut nihil ei non tribueret fortuna: quod cuiquam ante
detulerit: et conciliarit: quod ciuis Romanus: quiuit consequi. Nata autem est

Attico neptis ex Agrippa: cui uirginem filiā collocauit. hāc Cæsar uix anniculā
T. Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit. Quæ coniunctio ne-
cessitudinem eorū sanxit: familiaritatē reddidit frequētiorē: q̄uis ante hæc spon
salia non solum cū ab urbe abesset: nunq̄ ad suorū quenq̄ literas misit: quin Atti
co mitteret: quid ageret in primis: quid legeret: quibusq; in locis: et quādiu esset
moraturus: sed et cum esset in urbe: et propter suas infinitas occupationes minus
sæpe: quā uellet Attico frueretur: nullus dies temere intercesserit: quo nō ad eum
scriberet: quo aliquid de antiquitate ab eo requireret: modo aliquā quæstionem
poeticā ei proponeret. interdū iocans eius uerbosiores eliceret epistolas. Ex quo
accidit: cum ædes Iouis Feretrii in Capitolio ab Romulo constituta: uetustate:
atq; incuria detecta prolaberetur: ut Attici admonitu Cæsar eā reficiēdā curaret.
Neq; uero a. M. Antonio minus absens literis colebaē: adeo ut accurate ille exul
eū literis quid ageret: quid curæ sibi haberet: certiorē faceret Atticū. Hoc quale
sit: facilius existimabit is, qui iudicare poterit quātæ sit sapientiæ eorum retinere
usum, beneuolentiāq;, inter quos maximarū rerū non solū æmulatio, sed obtre-
ctatio tanta intercedebat, quantā fuit incidere necesse inter Cæsarem: atq; Anto-
nium: cū se uterq; principem nō solū urbis Romanæ: sed orbis terrarū esse cupe-
ret. Tali modo cum septem: et septuaginta annos cōplesset: atq; ad extremā sene
ctutem nō minus dignitate: quam gratia: fortunaq; creuisset (multas enim hære-
ditates nulla alia re: quā bonitate consecutus) tantaq; prosperitate usus est ualetu
dinis: ut annis. XXX. medicina non indiguisset: nactus est morbum: quem initio
et ipse: et medici cōtempserunt. nam putarūt esse Tenasmon: cui remedia celeria:
faciliaq; proponebantur. In hoc cū tres menses sine ullis doloribus: præterquam
quos ex curatione cupiebat consumpsisset: subito tanta uis morbi in unū intesti-
nū prorupit: ut extremo tēpore per lūbos fistulæ putris eruperit. Atq; hoc prius:
q̄ ei accederet postquā indies dolores accrescere: febresq; accessisse sensit: Agrip-
pam generū ad se accersiri iussit: & cū eo. L. Corneliū Balbū: Sextūq; Peduceū.
Hos ut uenisse uidit: in cubitū nixus: quantā inquit curam: diligentiāq; in uale-
tudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim: cum uos testes habeam: nihil opus
est pluribus uerbis cōmemorare: quibus: quoniā: ut spero: satisfeci: me nihil reli-
qui fecisse: quod ad sanandū me pertineret. reliquū est: ut egomet mihi cōsulam:
id uos ignorare nolui. nā mihi stat alere morbū desinere. nāq; his diebus: quicqd
cibi sumpsi: ita produxi uitam: ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a uo-
bis peto: primū ut consiliū probetis meum: deinde ne frustra dehortando cone-
mini. Hac oratione habita tanta constantia uocis: atq; uultus: ut non ex uita: sed
ex domo in domum uideretur migrare. Cum quidem Agrippa eum flens: atque
osculās oraret: atq; obsecraret: ne ad id: quod natura cogeret ipse quoq; sibi acce-
leraret. Et quoniā tū quoq; posset temporibus superesse se sibi: suisq; reseruaret:
preces eius taciturna suā obstinatione depressit. Sic cū biduū cibo se abstinuisset
subito febris decessit: leuiorq; morbus esse cœpit. Tamen propositū nihilo secius
peregit. Itaq; die quinto postq̄ id consilium inierat: prid. Cal. Aprilis Cn. Domi-
tio. C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula: ut ipse præscripserat: sine ulla
pompa funeris comitantibus omnibus bonis. maxima uulgi frequētia. Sepultus
est iuxta uiā Appiā ad quintū lapidē in monimēto. Q. Cæcilii Auunculi sui.

Ioannes Baptista Phaellus Bibliopola.

¶ Studiose Lector/quantũ potui studiose eni/xus sũ/ut castigatiores eẽnt nostrę hæ episto/lę/& ne minimũ quidẽ erratũ tibi occurreret. ego homo:q binoculus sum/nõ Argus. Ni/hil.n.tã diligẽter pſpici põt:in quo mendũ oẽ uitare possis. Quare ne mireris si q̃plã minus recte impſſa iuenies:& nobis da ueniã:& quæ annotauimus ęquo animo recurre.

Folio.3.

Publicanorũ/rationarorũ principem uocant. Illa dictio rationarorũ est superuacanea.

Folio.8.

Olim eumolpidæ execrati sunt alcibiaden. hic eumolpidas execratos esse alcibiadẽ ait/infra cerycas. Contraria dici uidentur:quare aut in Plutarcho nihil mutandũ/aut cerycas impul sores execrationis dicendum. Rem differo.

Folio undecimo.

Præ timore ingenua in undas concedit. scribe concidit. Ibidem.

Amaltheũ mulgent. lege amaltheam.

Folio.14.

Sine eo ab expeditione troiana nõ rediturum. lege. sine fratre ab expeditione:&c.

Folio.17.

Significat quoq; næma carmen & sermonem. legendum. Significat quoq; nænia: &c.

Folio.20.

Cũ eius læsum animũ sanare nitere. scribe ni/teret. Ibidem.

Propter aspetitatẽ pẽniculæ. lege peninsulæ.

Folio.28.

Dicit se Atticũ accersurũ. scribe/accersiturum.

Folio.29.

Propinquis locis.i. Epiro. hoc totum deleatur.

Ibidem.

Vt tãq̃ hoc iuuat. ut superfluit.

Folio.30.

A Iiulo una dicitur interemnis. Emenda. Inte/ramnis. Folio.32.

Figura loq̃ndi doctorib. familiaris. lege doctio/ribus. Folio.35.

Ipse iulus cathedrã scandit. scribe:iussus.

Folio.42.

Si in approbaui Cæsarem. lege sin approbaui.

Folio.56.

Querelarum epistola plena & lachrymis. deest uerbum redundans in fine.

Folio.57.

Quo nã cizycũ est iturus. lege quoniam.

Folio.62.

Coss. probincias ornatas/scribendum Cõsules prouinciis ornatos/q̃uis hæc sit opinio cõmu nis:uideo tñ morẽ loquẽdi hũc fuisse:ut dice/rent/Cõsulibus prouincias ornatas: ut anima corpus. Decus.n.ac ornamentum prouinciæ est Consul/saltem Cato/Marcellus/Scipio & consimiles uiri.

Fol.67.

Obloqui in optimatas. scribe optimates.

Fol.69.

Refugi.ab Hortensia. lege ab Hortensio.

Fol.79.

Põpei urbẽ famus alluit. scribe Põpeios urbẽ.

Ibidem.

Veseuus meus nunc summa uocatur. lege Ve/seuus mons. Ibidem.

Quantũ etiã in ipso. scribe q̃tũ esset in ipso.

Ibidem.

Quæ si quid. scribe. Quod si quid gratũ fecisse dicas/quod si quid opus esset pmisit. Ista oia sunt superflua ac prorsus eradenda.

Fol.90.

Ad assensum. Facile assentior. Consideratis cõ siderandis/hanc ultimã sententiam sequor:ut sit hic ordo: & ita scribas. Vereor ut adduci nostri possint & tui: πρὸς νοῦν ita esse. & per parẽthesin infert: Δύγνωστον, supple: γάρ ἐστι.i. uereor ne tui & mei assentiãtur ei philosophi/cæ sentẽtiæ: qua mones me ut doceam meos nihil pulchrius esse continentia/quare me se/quantur dũtaxat propter honorem/& uirtu/tem/non ob utilitatem: cui uulgo studerut. Est.n. dygnoston hoc ẽ cognitu difficile:pſer/tim turbę/laborãdũ esse honesti causa nõ uti/litatis. Vulgus.n. dicere solet: Vicerit utilitas.

Ibidem in textu.

Sed tua profecto spẽm meã debilitat. lege sed tua profectio spem meam debilitat.

Fo.91.

Exposuisti. numerasti. addas hoc. immo exhi/buisti. Quid sit exhibere docuimus nos alibi. uox est iurisconsultorum ut profiteri.

Ibidem.

In eo. Pagina contrahenda. Substitue hoc. ne/gotio parandæ papyri.

Ibidem.

Iussu Cæsaris. adde. uel debito. nomen debitũ significat propter illam particulam de.

Ibidem.

Propter illud uerbum Ciceronis immo. scribe. propter illud uerbum Ciceronis potius.

Fol.92.

Mox & leucatę nymbosa cacumina mõtis:hoc totũ deest. Plinius libro quarto nat. hist. egres sos sinu ambracio in Ioniũ excipit Leucadiũ litus. promõtoriũ Leucates:dein sinus ac leu cadia ipsa peninsula:opidũ in ea leucas quon/dam neritum dictum.

Ibidem.

Consequere. Da operam. Addas hæc. uel con/

sequere pro consequeris futuro tempore.

Ibidem.

Locis & regionibus per quæ. Adde. huius urbis athenarũ in quibus cũ agebas athenis discurrere statuasq; gratia solebas/ut ceramicus: de quo harum episto.libro primo.

Fo.83.

Nominibus. Negotiis in hoc loco. Sic emẽda. Nominibus pro debitis.quoniã debebãt Cęsar & Milo Ciceroni. Vide supra.

Ibidem.

Argumẽtum.hæc omnia desunt. Pollicetur se daturũ Romã literas ad Atticũ.accusat tacite Marcellũ.Pompeiũ iturũ in Hispaniã non putat dissuadẽte pręsertim Theophane. Aduentus pontini significatur. cohortem suam laudat.De Xenone nõnulla/& patrone: pylliam consolatur. Interpretatio.

Fol.84.

In libro de finibus ni fallor est hęc dictio Barones.Corrige.In libro de finibus secũdo ẽ hæc dictio. Barones. Sic.hæc cũ loqueris/nos Barones stupemus. q̃uis Varrones alii legũt.

Ibidem.

Scyrus clara Homeri sepulchro.addas hoc. q̃uis alii apud Plinium in quarto nõ scyros. sed Ios legunt pręsertim Hermolaus.

Ibidem.

Cui rei.super qua te.lege cuius rei.

Fol.85.

In tua.lege sua:emẽda.in sua facito quod faceres in tua. Ibidem.

Prope Bouillas cõmissum est. Addas. hoc esse non potest quoniã tempora nõ cõcinũt. Iam diu anĩ occisus fuerat Clodius.expone potius. postq̃ discessi a bouillis in Appia uia ubi Clodius fuerat occisus.

Fol.86.

Per epiphonema. Addas & hoc. Aldus scribit exulum iungitq; superiori/nec displicet.

Quę uulgo dicitur capita.hoc adde.uidentur tñ hæc Ammiani capita differre a supioribus.

Fol.88.

Hodie corãm iudice producere & psentate dicunt. Addas hoc.uel corã pretore me abdico tutela. Brutũ huit suo relinquo occupatus in maiorib. Ibidem.

Patrone. lege patroni. addas hæc. lege patrones/subintellige mittunt. Scripserunt ad Ciceronem Patron & reliqui Attici Pomponii cõdiscipuli cũ Athenis Titus philosophabaẽ: ut nomine eorũ Cicero Põponiũ salutaret.

Fuerunt. Laodicea ni. hæc ultima dictio uacat: ideo eradenda est.

Fol.89.

Quoniam in exercitu est magna consternatio. lege quando in exercitu:&c.

Qui mox adhuc Romæ seruaẽ. lege qui mos.

Vel quam adeptus sum amplissimam. Adde. uel per se res est sublimis & excelsa.

Fol.90.

Lẽni.scribe lenis.corrige.scribiẽ lenis. ego nihil muto. Fuit.n.Romæ familia lemnorum.

Hæc uerba secũdã lectionem non improbant. addas ista. Sed hęc dictio ad filiũ referẽda est Quintũ/cui moderabaẽ Deiotarus ac apud frugi regem alebatur.

Nihil fine modo ac mensura perficiã.adde.sed si dictio Deiotarus sequitur/ut in hoc codice: moderatur scribẽdum cum pręfatione psenti.

Dispiciã cerata omniũ. Exponũt aliq/phameo quærit cerata.i.fieri tribunus comutorum.

Fol.91.

Salamis altera de qua nunc Cicero.scribe.salamis altera ciuitas/non insula/de qua:&c.

Fol.92.

Brutus q Cęsarẽ interfecit Catonis e filia seruilia nepos.lege Catonis e sorore seruilia nepos.

Fol.93.

Alii codices habent cybirita.lege cybita.

Quinimo q̃dã supbiã uel elatione. Totũ hoc deleas. Fol.94.

Eodem ex ore procede debet. lege procedere.

Fol.95.

Voce greca.v.in.u.mutato. lege in.u.mutato.

Fol.96.

Διαίρεσιν. discessum interpretati sumus/nunc diuisionem. quoniã diuisimus edicta ideo fuere breuiora.

Quadrigenarias a q̃dragita.lege q̃dtagenarias

Ille est diuerso.scribe ille e diuerso.

Instar oraculi.M.Cicero addidit.lege Pomponius addidit.

Fol.98.

Oẽs in Europa pter thraciã. scribe pter auteã.

Fol.103.in textu.

λέχεως.scribe λέχεως.

Ibidem.

ἐυκλήφους. scribe ὀψ κλήφους.

ο'χλάφιτων pro ο'φλάφιτων.

ο'λοχιγρὸς. scribe ο'λοσχιγρὸς.

Ταυτικῶν. lege ταυτικῶν.

Τιχιωλὸν.lege τοιχιωλὸν.

Ibidem.

Meæ priuatæ:Domestræ. scribe domesticæ.

Folio7.

Locũ sibi ulterius ad tergiuersandũ. scribe Locus. Fol.109.

Dicit se adiuuisse Cæsarem exoratum a Cęlio amicum Cæsaris. scribe amico.

Fol.110.

Inquit Alchi Cicero.scribe. Alibi Cicero.

Fol.111.
ἀτυχοῦσιν.legas ἀσυχοῦσι.
Ibidem.
ægrum meliorem traduxit.scribe ęgrum in me liorem traduxit.
F.114.
Quid potest pati? lege quis potest pati?
Fol.118.
Labienum ad Cæsarem transfugisse. scribe ad Pompeium transfugisse.
Fol.119.
Teanum sine aspiratione.esse alterũ Teanũ in Appulia nos nõ pterit. Alterũ cognomento Sidicinũ uocatur in samnio. Nã Sidicini sunt in samnio iuxta irpinos/ausones:& aruscos.
Fol.121.
Vernant hæc parelia. lege parelca.
Fo.124.
Irridet Pompeium qui hostem armatum. scri/ bendum armauit.
Fo.125.
Verba sũt exẽpla Attici.scribe ex eplá Attici.
Dixit in Italia Ciceroni.in.superfluũ est.
F.128.
Sine specie demẽtiæ.lege mixtura dementiæ.
F.133.
Quæ queram sinũ imperio.scribe quæ quoniã.
F.135.
Celeritatem in Cæsare quodam ignem uolucrẽ adminatur.legendum admiratur.
Solũ Cæsarẽ solariũ fuisse refert.scribe sobriũ.
F.137.
Vterq; Pomp.scilicet ac Pomp.mitigare uole/ bant.lege uterq; Pomp.scilicet ac Cæsar / re/ gnare uolebant.
Tuscorũ nõ Romanorũ imperiũ late terra ma riq;. Illa uerba:non Romanorũ impiũ:supflua sunt. Ibidem.137.
Prouida Pompeio dederat campania febres Optandas.sed urbes/& publica uota.lege.
Sed multæ urbes/& publica uota uicerunt.
F.139.
A Cæsare eodem obtrũcates.lege obtrũcatur.
Vtrũ quilibet non probanti.lege cuilibet.
F.144.
Vtriq; tempori ea diuens esse cõmodiora. scri/ be ducens cõmodiora.
F.147.
Pacẽ procurabat inter diues Cicero. lege inter duces:& paulo ĩfra. ut Cn.Põpeii.lege/utinã.
F.150.
Significaturũ Cæs.pollicere.lege pollicetur.
F.155.
Vtet ex eadem matre uel nũq̃ natus essem. lege utinam ex eadem matre.

Patrem uidelicet esse tardũ. scribas esse turdũ.
F.158.
Vnus & alter qui uociferetur & Boetius.scribe qui uociferetur & boet illud.
F.159.
Nec mirus nec pcibus ab officio.scribe.nec mi nis nec pcibus:&c.
F.167.
In ea tragœdiã Syllã imitari.lege tragœdia.
F.168.
In Pompeio hanc ultimã excellere dicere.lege dicit. Ibidem.
In pæanam Pompeii. lege in pæana.
Teterrimo cadant.lege teterrime.
F.171.
His potissimum plaudimos.lege plaudimus.
F.176.
Muliebriter flenus.lege flemus.
F.177.
Erga alterum blandis.scribe blandus.
De bonis quæ uẽdebat poetę nescio aqua cui. illa dictio aqua est superuacanea.
F.178.
Is erat amicus spectator celi. lege unicus non amicus. Cõponẽtem nobis.scribe cõponens.
F.187.
Ideæ rotũdiores/chalci/edicę.scribe calcidicæ.
F.188.
In his dicant sanũ filię. lege dicare sanũ filiæ.
Iuxta illud de criuio.lege de triuio.
F.189.
De admirando audiui.lege auditu.
F.191.
Circũfertur cebre Syllæ dictũ.scribe celebre.
F.193.
In sinu habere/neq; disciungere. scribe discin/ gere. F.198.
Conantur ad oram puppim conuertere. lege. conabantur.
F.199.
Scriptua esse uult in manibus Attici.lege scri/ pta sua esse uult:&c.
F.200.
Apud fortunatiã explicata. scribe fortunatia/ num. F.204.
Vitandi enim causa caloris. lege uitandi eum causa caloris.
Supra diximus Cęsarem uocatum se Regem. scribe uocatum esse regem.
F.207.
Çernat computet. scribe cernat/hæreditatem adeat/ erade cætera superiora.
Çernat/cõputes.lege cernat hęreditatẽ adeat.
F.208.
Sestiũ nostrũ defensurus erat. legendũ erã.

F.210.

Tamen mallo legere facilem / usq; ad uerbum phalacroma / uacant ac eradenda sunt oia.

Pro frumentatoribus ponuntur. uerbum ponũtur eradendum est.

F.215.

Flores animæ dictabar. lege dictitabar.

Fronte quæ experrecta. lege/exporrecta.

F.219.

Trahunt illud Ausonii burdealæ. lege burdegalæ.

F.222.

ἔλικτα ἢ οὔτεν ὑγιές. lege καὶ οὐδὲν.

F.226.

Cũ Dionysio de pace differẽt. scribe differerẽt.

F.234.

Obulus sis mihi. lege obuius sis mihi.

Fo.237.

Ablegenda. Deferenda. scribe. ableganda.

F.238.

Segęũ respondit gnathęna. scribe. Sigæum.

F.239.

Nunc caiana uulgo dicitur. Scribe. calacta.

F.241.

Videtur esse alias rei. lege uidef eẽ alia ratio.

F.244.

Et ut summutim loquar. scribe summatim.

Ibidem.

Testamenta signabam. lege. Decreta ut testamenta signabant.

M.T.CICERO.EPISTOLA-
RVM AD.M.BRVTVM LI-
BER CVM COMMEN-
TARIIS IOAN. BA-
PTISTAE PII BO-
NONIEN-
SIS.

✠

LVDOVICO GESILARDO BONONIENSI.

FVIT eruditis uiris in more positum ut uigilias suas ornatissimis et clarissimis Heroibus dedicarēt: multo nō sine laudum heroicarū cumulo. Siue ut iuuētus ad portum uirtutis appellens: ad hæc luminaria cursum suum dirigeret: ne forte huius uitæ scopulos incurreret. Siue quod ab his adiuti subleuatiq; ope rerum omnium ita gratiam referebant. An miserti potius tot animi bona latitare? quæ cum recensentur animos nostros in æmulationem honestissimam rapiunt. Hæc omnia me sane mouent: addatur etiam quartum: quod cum nomismata: priscasq; ex ære manus excutio: agnoui te: faciēq; tuam in Brutino nomismate. Nescio quo fato bellissime cecidit: ubi par esset uirtus: par quoq; facies uideretur. Non audeo animi tui dotes lingua nuncupare. Deterret id grauitas tua: et ne illud Laconici hominis audiam: Quis Herculem uituperat? Tu Cato Bononiensis a cunctis iure diceris: a me Titus Atticus: ut qui in tot ac tantis fortunæ bonis, musas græcas latinasq; nunq̃ deserueris: donec ĩ arcana perua deres: Parentem tuum Bartholomæum facundia: constantia: innocentia: diligentia nemini secundum: æmulatus: qui cum patrii Senatus esset a secretis: fuit illo longe fortior et augustior ordine: et ne pluribus, censor et pædagogus Senatus erat: ut de Aureliano Imperatore ferebatur. Deberē tibi longe maiora uir amplissime: a quo studia nostra sæpe fulta: metam optatam contigerūt: nec Romanianus Augustinū sæpius adiuuit: quam tu musis nostris uelificasti. Sed tu animo memori contentus es: nec tuū uultum unquam: ut Plautinis uerbis utar: trāquillauit gratus. Lege igitur mi Mœcenas: quæ tibi uolens ac prudens dico, pauca quidem. sed ualde acuta: moresq; Brutinos idest tuos referētia. Siquidem in hoc opusculo imaginem animi tui expressam intueberis. Vale: nosq; de meliori nota cōmendatos musa conciliante foue.

¶ Epistolæ Cicer. ad .M. Brutũ. Eæ Epistolæ sunt includẽdæ iter epistolas ad Atticũ. Lege Plutarchũ in uita Ciceronis prope finem.

¶ Argumentum.

CLODIVS Trib. Pl. Clodiũ Tribunũ Plebis Bruto cõmẽdatiorẽ testimonio suo reddit/delatũ Bruto ab eius inimicis. Cicero nõ temerarius in affirmãdo de altero: pp multiplices naturas eũ de Clodii animo securũ esse uult: quẽ pspectũ habet & cognitũ.

MARCI. T. C. EPISTOLARVM AD BRVTVM LIBER.

M. T. C. BRVTO. S.

CLODIVS Trib. Ple. designatus ualde me diligit: uel/ut ἐμφαρτικώτερον dicã: ualde me amat: quod cũ mihi ita persuasum sit: non dubito (bene enim me nosti) quin illũ quoq; iudices a me amari. Nihil enim mihi minus hominis uidetur: quã nõ respondere in amore iis: a quibus prouocere. Is mihi uisus est suspicari nec sine magno meo quidem dolore aliquid a suis: uel p suos potius inimicos ad te esse delatum: quo tuus animus a se esset alienior. Non soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temere affirmare de altero. Est.n. periculosum propter occultas hominum uoluntates: multiplicesq; naturas. Clodii animũ perspectum habeo: cognitũ: iudicatũ. multa eius indicia: sed ad scribendũ non necessaria. Volo enim hoc testimoniũ tibi

¶ Intepratio.

CLODIVS: de quo in hac epistola. M. Tullius agit/filius Clodii Ciceronis inimici fuit: q patri longe dissimilis/qd habebat documenta domestica/cũ patris inimicis: Cicerone psertim redire i gratiã studebat: Antonio usus deprecatore: cuius rei extant Ciceronis epistolæ ad Antonium: ac prior Antonii ad Ciceronẽ quod a. M. T. facile. M. Antonius impetrauit affirmãte sibi psuasisse nõ insectãdos inimicorum amicos: nedũ nepotes. Amicitiã ac inimicitiã: ex usu Reipu. suscipere atq; deponere. Et qm ad Marcũ Brutũ psens Epistola scribitur: totusq; hic libellus Aureolus: Brutũ crepat: breui & laconico diuerticulo Brutorũ originẽ accipe: ut ego ab eruditis d uerbo ad uerbum accepi. Brutorũ Romæ genus Iuniis nominib. adscitũ legimus: quorũ auctor primus. L. Iunius Brutus e sorore Tarquinii superbi genitus/quũ eandem fortunam timeret/in quam frater inciderat: qui ob diuitias & prudentiã ab auũculo fuerat occisus/stultitiã finxit/unde Brutus dictus/mox Tarqniũ Regem expulit/q filios suos i patriã cũ Aquiliis & Vitelliis ad recipiẽdos Tarqnios in urbẽ/cõiurauerãt: uirgis cęsos securi pcussit. Fuit & Iunius Bubulcus Brutus Dictator: q Equos subegit: ac die octaua triũphauit: ac ędem salutis dedicauit. Floruit &. L. Iunius Brutus ptorius iuriscõsultus: q uolumina de iure ciuili scripsit: q nõ generatim lege posuit. sed ueluti iterrogatus priuatis respõdit: ex psis ciuiũ nominib. quorũ crimina defendebat: q cõsilia: hircosi Bartholistæ hodie uocãt/latine responsa. Enituit quoq;. M. Brutus: q Marianas ptes seqbat/ac Galliã cisalpinã tenebat/a Põpeio interfectus. Huius filius fuit. M. Iunius Brutus Cæsaris itersector Catonis e Seruilia sorore nepos doctrinæ philosophiæq; stoicæ deditissimus: in qua puer nutritus fuit. Genus dicẽdi breue. & elegans secutus & in græca facũdia laconicũ stylũ imitatus: quod sane apparet epistolis eius græcis: quæ adhuc extant. Vir alioquin tyrãnibus impatiens: & in seueritate gratus/unde Cicero ait. Cũ gratiæ causa nihil facias/sunt tamen omnia grata quæ facis. Postremo: Cæsare conspiratione bonorũ inita: cuius ipse auctor fuit/interfecto/timore iustissimo aduersariorum Prætor in Macedoniãm prouinciã suam cum exercitu se cõtulit: ubi cõiunctis cũ Cassio castris/ab Antonio & Octauio expugnatus/apud Philippos/ne in manus ueniret inimicorum/sibi iuuante Stratone manus attulit/cum esset annorũ. xxx. cuius corpus inuentum Antonius matri uxoriq; remisit. Porcia uero eius uxor. M. Catonis filia/hoc accepto nuntio doloris impatiens cũ negaretur gladius: carbonibus e foco ardentib. raptis ac deuoratis/sese necauit: muliebri spiritu uirilẽ patris exitũ imitata. ἐμφαρτικώτερον. Expssius/maiori cũ emphasi. ἐμφαντικῶς, ingt Suidas. i. ἐνεργητικῶς. Clodius. Hic erat Clodii pulchri filius restitutus per Antoniũ beneficio tamen exorati Ciceronis. Vñ cõtra Octauiũ Cicero de Antonio loquẽs ingt. Ille ea tñ exorabat/q uolebat auferre/tu extorques.

Clodius filius.

Bruti.

¶ Argumentum.

SCRIPTA & obsignata. Gratias agit Bruto quod rerũ nouarũ literas plenas dederit: atq; mirabiliũ: pręsertim de cohortibus Dolabellę: cuius tñ conatũ Cicero irridet, pręsertim cũ Brutus libertatis propugnator maiores longe copias habeat. Consiliũ Bruti uemen ter laudat, quod nõ prius se mouit q̃ de eruptione Decimi Bruti ex Mutina perceperat. Seueritatem militũ cõtra Antonios dilaudat. Delectat̃ se auctorẽ fuisse in senatu: datã esse libertatẽ Bruto in Dolabellã cõferere manũ: si modo liberet. Dissentit a Bruto: qui studio affinitatis: a solita in Antonios seueritate abstinebat: prętẽdens hoc ideo a se fieri, quoniam Romanũ est uincere, ac uictos cõseruare: quod obseruãs Maro sic diuinitus cecinit. Parcere subiectis: & debellare superbos: unde serui nũcupati sunt.

uideri potius: q̃ epistolam. Auctus Antonii beneficio est: eius ipsius beneficii magna pars a te est. Ita eum saluis nobis uellet saluũ. In eum autem locũ rem adductam intelligit (est. n. ut scis minime stultus) ut utriq; salui esse non possint. Itaq; nos mauult. de te uero amicissime et loquitur: et sentit. Quare: siquis secus ad te de eo scripsit: aut si coram locutus est: pero a te etiam: atq; etiã: mihi ut potius credas: qui et facilius iudicare possum: quã ille nescio quis: et te plus diligo. Clodiũ tibi amicissimum existima: ciuẽq; talem: qualis et prudentissimus: & fortuna optima esse debet. Vale:

M. T. C. M. BRVTO. S.

SCripta: et obsignata iã epistola literę mihi redditæ sunt a te: plenæ rerum nouarum: maximeq; mirabiles: Dolabellã quinq; cohortes misisse in Chersonesum. Adeo ne copiis abũdat: ut is: qui ex Asia fugere dicebatur: Europam appetere conetur? Quinq; autem cohortibus quid se nam facturum arbitratus est: cũ tu eo quinq; legiones: optimũ equitatũ: maxima auxilia haberes: quas quidem cohortes spero iam tuas esse: quoniã latro ille tam fuit demens: et tuum consiliũ uehementer laudo: quod nõ prius tuũ exercitum Apollonia: Dyrrhachioq; mouisti: q̃ de Antõii fuga audisti: Bruti eruptione: Populi Ro. uictoria. Itaq; quod scribis postea statuisse te ducere exercitũ in Chersonesum: nec pati sceleratissimo hosti ludibrio eẽ Imperiũ Po. Ro. facis ex tua dignitate: et e Rep. Quod scribis de seditione: quæ facta est ĩ legione quarta de Antoniis: quod dicam in bonam partem accipias: magis mihi probatur militum seueritas: q̃ tua. Te beneuolẽtiam exercitus: equitũq; expertũ esse uehementer gaudeo. De Dolabella: ut scribis: siqd habes noui: facies me certiorem: in quo ualde delector: me ante prouidisse: ut tuum

¶ Interpretatio.

Dolabellæ. DOLAbellam. Duos eodem tẽpore fuisse Dolabellas cõstat pręter illũ ĩ quem sunt Ciceronis orõnes. Horum alterũ Cæsar repetundarum accusauit: nec damnauit. Alterũ M. Scaurus accusauit & damnauit: auctor Pedianus. Dolabella partium Cęsarianarũ æqualis tempore supradictis Treboniũ unũ ex Cæsaris pcussoribus Smyrnæ crudeliter itẽrfecit: ex quo hostis a Senatu iudicatus, tandẽ in Syria multis pǣliis cũ Cassio congressus uictus sibi manus attulit: cõtra hũc Cicero ĩ Philippicis inuehitur. Alius quoq; superior tẽpore his oĩbus frater fuit. L. Saturnini Tribuni Pl. & in eius tumultu interfectus.

Dolabellæ unde. Dolabellas a Dolabra instrumento ligna poliendi censet appellari Crucius Bononiẽsis uir eloquens ac pereruditus: quo affini utor & amicissimo.

Chersonesum. Sũt quatuor cõtinentes: qbus Chersonesũ græci nomẽ indũt: cherson. n. cõtinẽtẽ uocãt, & neson insulã. Est cibrica Chersonesus q̃ nũc dacia uocat̃: cui rex pęste q Sueciã & Noruegiã peninsulas in eodẽ mari obtinet, Ptolemæo & antiqs ignotas: Est aurea chersonesus: est Thracia, est etiã Chersonesus Taurica. Hic apud Ciceronẽ itelligitur Thracia chersonesus, aliqui aureã: quod nõ reor: uolunt ita dictam quod aurũ, ut inquit Eustathius, in ea effodiat̃: siue quod prope orientem posita: sol in die roseus, aureusq; appareat.

Antonii. De Antoniis. Quod Antonios captos filios Antonii triumuiri iugulare propter affinitatem Brutus recusabat, unde enata est militum seditio.

Sed Salutaris. Scribẽdum scilicet pro sane. *Spem clementiæ.* Scribo speciem. *Istuc.* Istud. *Senati.* Pro senatus/intelligit seipsum. *Ea cum.* Cum ea. alii emendant. ea sum.

¶ Argumentum.

LAVDAT Decimũ Brutũ: qui facta ex Mutina eruptione fortissima sæpe repulit Antoniũ. Hirtiũ ac Pansam Cõsules extollit: q̃ a fama ac testimonio Ciceronis minime degenerarũt. Octauius adulescẽs mirifice Remp. gessit: de cui subdiffidere uidet/cũ florẽtẽ & honorib. & gratiã tenere posse subdubitat. nõ diffidit tamẽ quẽ laudat/ q̃m in optimates furentẽ auertit Antoniũ. De ciuitate p̃culsa/q̃ ad Brutũ spectabat. Quo tẽpore mox lætitia Octauii uirtute urbe gestiẽte/ac Brutũ ad se uenire iubente/Cicero laudatus ẽ apprime: ac in rostris collocatus. cũ populi plausu nõ mediocri. Eũ cõtra fratres Antonios captos irritat/ne liberalitas dissolutior uideat in eos/quos passim oẽs ac singuli ordinẽs oderunt. De morte Consulũ uirorũ tantũ bonorũ. Decimũ Brutũ ac Cæsarẽ instare reliquiis hostium.

iudicium liberũ esset cũ Dolabella belli gerendi: et id ualde pertinuit: ut ego tũ intelligebã: ad Rẽpu. ut nũc iudico: ad dignitatem tuã. Quod scribis me maximo ocio egisse: ut insectarer Antonios: idq; laudas: credo ita uideri tibi: sed illam distinctionem tuã nullo pacto probo. Scribis. n. acrius prohibenda bella ciuilia esse: q̃ in superatos iracũdiam exercendam. Vehementer a te Brute dissentio: neq; clementiæ tuæ cõcedo: sed salutaris seueritas uincit inanem speciem clementiæ. quod si clemẽtes esse uoluerimus: nunq̃ deerũt bella ciuilia. Sed de hoc tu uideris. De me possum idẽ: quod Plautinus pater ĩ trinumo. Mihi quidẽ ætas acta ferme est: tua istuc refert maxime. Opprimemini (mihi crede) Brute: nisi prouideritis: neq;. n. populũ semper eũdem habebitis: neq; Senatum: neq; Senatus ducem. Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: nihil potest esse uerius. XIIII. Calen. Maii. Vale.

M.T.C.M.BRVTO.S.

NOstræ res meliori loco uidebãtur. Scripta enim ad te certo scio: quę gesta sunt: qualeis tibi sæpe scripsi Consules: tales extiterunt. Cæsaris uero pueri mirifica indoles uirtutis: utinã tam facile eũ florẽtem & honoribus: et gratia regere: ac tenere possimus: q̃ facile adhuc tenuimus. Est omnino illud difficilius: sed tamen non diffidimus. Persuasum est enim adulescenti: et maxime per me; eius opera nos esse saluos et certe: nisi is Antoniũ ab urbe auertisset: periissent omnia. Triduo

¶ Interp̃tatio.

CONSules tales extiterũt. Eminentissima fuit Cõsulũ uirtus in hoc bello. Hirtius Mutinæ p̃cepta cladeip sexaginta stadia longe distans/cũ reliqua: quę ab Antonio legione fugerat/cursu in eum ferebatur; q̃bus inordinate prodeũtibus/Hirtius sopinus affuit: integra legione & inuicta cõstipatus. Illi igit̃ ex necessitate confestim in ordinẽs se se receperũt/ac multa & splendida rei militaris opera ediderũt. Cæterum quanq̃ potẽtes: labore oppressi prosternũtur quorũ tũ maior pars Hirtii manu cõfecta est/licet eos minime insequeretur. Verum palustriũ locorũ metu/insurgente nocte seipsos dissoluerunt. Ex his paludes magna ex parte refertæ sunt/armis scilicet/cadaueribus: & semispirãtibus adhuc uiris: uulneribusq; oppressis. Qui uero integri superfuere/contempto labore/equis discurrentes: quoscũq; ex Antonii exercitu inuenerant/nocte tota in unum colligentes/quosdã eorum loco/alios cum ipsis in equis statuere/& qui a tergo insequebantur/circũcurrere/& sibi auxiliari/salutiq; propriæ adesse monuere. Sic Antonio feliciter pugnanti/uirtus omnis superueniẽte, Hirtio contracta est. Mansit itaq; iuxta campum in uilla quadam nullo circũseptus uallo: quæ Celtarum forum/ seu uilla nuncupatur. Hoc oppidum hodie extat: quod forum Gallorum appellatur uulgo Castrũ Francorum. Paludes illæ temporibus nostris orizam legumen affatim Bononiæ suppediant. Cecidere in prima pugna/ad dimidiã fere partem ex utroq; exercitu: Quare nõ est mirum si Vedius Pollio queritur in hoc conflictu seminariũ militum cecidisse ratus.

Hirtius Pansa.

Celtarum forum.

uero: aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam: timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus: & liberis effundebat: eadem recreata ad. XII. Calēdarum Maii te huc uenire: q̄ se ad te ire malebat: quo quidem die magnorum meorum laborum: multarumq; uigiliarum fructum cepi maximum: si modo est aliquis fructus ex solida:ueraq; gloria. Nam tantæ multitudinis: quantam capit urbs nostra: cōcursus est ad me factus: ea cum usq; in Capitoliū deductus maximo clamore: atq; plausu in Rostris collocatus sum. Nihil est in me inane: neq; enim debet. Sed tamen omnium ordinum consensus: gratiarum actio: congratulatioq; me commouet propterea: quod popularem me esse in populi salute præclarum est. Sed hęc te malo ab aliis audire: me uelim de tuis rebus: cōsiliisq; facias diligentissime certiorem. Illudq; consideres: ne tua liberalitas dissolutior uideatur. Sic sentit Senatus: sic Populus Ro. nullos unq̄ hosteis digniores omni supplicio fuisse: q̄ eos ciueis: qui hoc bello contra patriam arma ceperunt: quos quidem ego omnibus sententiis ulciscor: et persequor omnibus bonis approbātibus. Tu quid de hac re sentias tui iudicii est. Ego sic sentio triū fratrum unam: et eandem esse causam: Cōsules duos: bonos quidem: sed dūtaxat bonos amisimus. Hircius quidem ī ipsa uictoria occidit: cum paucis diebus magno prœlio ante uicisset. Nam Pansa fugerat uulneribus acceptis: quæ ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur: et Cæsar Hostes autem omnes iudicati: qui. M. Antonii sectam secuti sunt. Itaq; id Senatusconsultum: plęriq; interpretantur etiam ad tuos: siue captiuos: siue deditirios pertinere. Equidem nihil disserui durius: cum nominatim de. C. Antonio decernerem. quod ita statuerā a te cognoscere causam eius Senatum oportere. X. Calendarum Maii. Vale.

Et sequor. Scribe, p̄sequor. Trium fratrū. Antonium: æque mori merentur.

Argumentū.

AGIT Gratias. M. Brutus Cicerōi q̄d uictoriā Cōsulum: ac Decimi Bruti felici eruptione significauit: quæ ad uictoriam conseq̄ndā magno adiumēto fuit. De Antoniis apud se captis nōnulla. Iustissime se ciues Antonios appellare donec super eorū causa Senatus iudicarit: quod si non faceret: arrogans esset. In hoc iudicio se neq; crudelē neq; dissolutū fuisse gloriatur. Quod si in alterutro peccatū subtiliter examinabitur, peccauerit magis Cicero dando infinita potentibus, q̄ quod ipse miserorum fortunam non insectatus est. Carpitq; sensim Ciceronē ac uellicat: quod Octauiū alienę tyrānidis, nō modo uicarium sed hæredē armabat: in quem mox pugnandū erit: p̄sertim cū futuri mali a Cæsaris hęrede, omnes culpā i. M. Tulliū relecturi sunt: q tantā authoritatem, tantas opes puero dedit. In Tullio modum desiderat in præbendis honoribus: cuius cum uirtutem antiquis patem extollat, moderatiorē quidem liberalitatem desiderat. Nam Octauium honoribus his extraordinariis nō putat fore contentum. Audiuit M. Tullium sed falso factum esse Cōsulem, plenus spei gestit ac exultat.

M. BRVTVS. M. T. CICERONI. S.

QVanta sim lætitia affectus cognitis rebus Bruti nostri: et Cōsulum; facilius est tibi existimare: q̄ mihi scribere: cum alia laudo: et gaudeo accidisse: tum quod Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit: sed etiam maximo ad uictoriam adiumēto. Quod scribis mihi trium

Interpretatio.

QVOD scribis mihi. Alii. i. tibi. i. figitur cū esse, pro uideri tibi.

Fortuna.

Fortunam.Calamitatem in hoc loco.Sed quod obiter dictum sit/felicitatem a fortuna contri/bui/uulgo receptum fere est.Sciendum ex eo argumento/principem omnium Bupalum Fortunæ simulactum fecisse/Polum in capite habens: & manuum altera sustinens Amaltheæ cornu. Sed & Pindarus post alia/quæ de Fortuna canere permisit sibi/etiam φερέπολιν nũcupauit.Martianus Capella Fortunam desultoriam uocat/unde eius leuitatem significauit. Sortem alii eandẽ dicũt/nõnulli Nemesin/Tycheu q̃plures/aut Nortiam. Scribit Plato Deum & Fortunam atq; artem simul cum Deo humana omnia gubernare/id ita interpretantur.Deus in omnib. per omnia mouet omnia.Mouet mundi Sphęras. quarum concursus fatum alicubi: At quatro legum Fortuna nominatur. Hinc casus uarii circa externa: corporaq; cõtingũt. Mouet item animas: lumen inspirando mentibus/unde ars non speculandi solum accenditur.sed agendi:ab arte tantum dispositio externorum & corporis proficiscitur/quãobrem a deo cũcta dependent. Aduertendũ autẽ illud/quãdocũq; illa cęlestiũ causarũ ratio ita digeritur/ut artem exculcatam exuperet/dici a Platonicis fatum. Vbi uero sicut uincere iertem/desidiosumq; eualeat: rursum a solertia strenuoq; uinci/Fortunam. Vtrobiq; uero diuinã statuũt prouidentiam: quæ ad finem agat sibi soli notum: quæq; uniuersa modis contemperet occultioribus. Plutarchus Fortunę cognomenta multimodo in problematis affert/uiscatam uidelicet dici/Barbatam/primigeniam/conuertentem/ac sexcentis huiusmodi. Cum me docueris. Faciã quod mihi uisum fuerit/nõ tibi. Prudẽter tueri. Vetus exemplar: Prudenter agendo tueri. Exemplo aut pręsidio.Corrige. extemplo præsidio: exclusa disiunctiua. Sensus est. Senatus ab honorib.suis mãdandis abstinere debet/aut saltem moderari/ne cum acciderit aut in mentem uenerit abuti ei qui adeptus sit/honorem publicum habeat pro præsidio priuato.

Antoniorũ unam: atq; eandem causam esse: quid ego sentiam: mei iudicii esse statuo nihil: nisi hoc: Senatus: aut Populi Ro. iudiciũ esse de his ciuibus: qui pugnãtes non interierint. At hoc ipsum inquies inique facis: qui hostilis animi in Rempu. homines ciueis appelles: immo iustissime. Quod enim nondum Senatus censuit: nec Populus Ro. iussit: id arroganter non præiudico: neque reuoco ad arbitrium meum. Illud quidem non muto: quod ei: quem me occidere res non coegit: neq; crudeliter quicquã eripui: neq; dissolute quicquã remisi: habuiq; in mea potestate: quoad bellum fuit: multo quidem honestius iudico: magisq; quod concedere possit Respu. miserorum fortunam non insectari: quam infinita tribuere potentibus: quæ cupiditatem: et arrogantiam incẽdere possint. Qua in re Cicero uir optime: ac fortissime mihiq; merito: et meo nomine: et Reipu: carissime nimis credere uideris spei tuæ: statimq;: ut quisq; aliquid recte fecerit: omnia dare: ac permittere: quasi non liceat traduci ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Quæ tua est humanitas: æquo animo te moneri patieris: præsertim de communi salute: facies tamẽ quod tibi uisum fuerit: etiam ego: cum me docueris. Nunc Cicero: nunc agendum est: ne frustra oppressum esse Antonium gauisi simus: neu semper primi cuiusq; mali excidendi causa sit: ut aliud renascatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus: aut patientibus nobis aduersi euenire potest. In quo non cum omnium culpa: tum præcipue tua futura sit: cuius tantam authoritatem Senatus: ac Populus Ro. non solum esse patitur: sed etiam cupit: quãta maxime in libera ciuitate unius esse potest: quam tu non solum bene sentiẽdo: sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro: quæ tibi superest: nulla abs te deside ratur: nisi modus in tribuẽdis honoribus. Alia omnia sic abunde adsunt: ut cum quolibet antiquorũ comparari possint tuæ uirtutes. Vnum hoc grato animo: liberaliq; profectum cautiorem: ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet: quod male cogitantibus extemplo præsidio sit.

Argumentum.

A D.V.Kal. Maii. Hæc epistola ordinis ac situs distributione ꝑcedentes ꝑcedere debuit: cuius rei euidens argumentũ est/quod sequit. Decreui hoc amplius/ut tu si arbitrarere utile fore/perseqrere Dolabellã bello. Seruilio iudicãte in magna Senatus frequẽtia ut Cassius Dolabellã Bello ꝑseqretur/assensi sunt oẽs: Ciceroni pariter proponenti ut arbitriũ Bruti esset idem facere si modo uellet: quod ei ꝑhonorificũ fuisse .M. Tullius affirmat. Monet amice Brutũ ad dignitatẽ suã ptinere ut idẽ factitaret. De Cassii copiis nõnulla. Multũ interesse opprimi. Dolabellam: ne Antonius habeat quo se conferat. Ciceronẽ suũ uolebat i collegiũ Bruti cooptari. Absentiũ rõnem posse haberi exemplo probat. De ritu auspiciorum nõnulla.

Itaq; timeo de Cõsulatu: ne Cæsar tuus altius se ascẽdisse putet decretis tuis: quã inde: si Consul factus sit: descensurũ. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentũ occasionem regnandi habuit: quonã animo fore putas: siquis authore nõ tyrãno iterfecto: sed ipso Senatu putat se Imperia quẹlibet cõcupiscere posse? Quare tum et facilitatem: et prouidentiã laudabo tuam: cũ exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus: quos acceperit: extraordinariis: fore contentũ. Alienæ igitur: inquies: culpæ me reum facies? prorsus alienæ: si prouideri potuit: ne existeret: quod utinã inspectare possis timorẽ de illo meũ. His literis scriptis: te Cõsulem factũ audiuimus. Tum uero incipiã proponere mihi Rẽpu. iustã: et iam suis nitentem uiribus: si istuc uidero. Filius ualet: et in Macedoniã cũ equitatu præmissus est. Idibus Maiis ex Castris. Vale.

M.T.C. MARCO BRVTO.S.

A D.V.Calen. Maii: cum de iis: qui hostes iudicati sunt bello persequendis sententiæ dicerentur: dixit Seruilius etiam de Ventidio: et ut Cassius persequeretur Dolabellam: cui cum essem assensus: decreui hoc amplius: ut tu: si arbitrarere utile fore: et e Republica esse: persequerere Dolabellam bello: si minus id commodo Reipublicæ facere posses: siue non existimares e Republica esse: ut in iisdem locis exercitum contineres:

Interpretatio.

Cassii origo.

C ASSIVS ꝑseqretur Dolabellã. Sp. Cassius regni affectati crimine dãnatus: cui plus suspicio occupatæ dominatiõis nocuit/q̃ tres magni cõsulatus: uel duo triũphi ꝓfuerũt. Populus.n. nõ cõtentus eũ capitali affecisse supplicio/domo eius ẹquata/ædẽ telluris fecit L. Cassius Cõsul a Tigurinis Gallis pago Heluetiorũ/q̃ a ciuitate secesserat/in finibus allobrogũ/cũ exercitu cẹsus est. L. Cassius. L. filius Longinus Trib. Ple. C. Mario &. L. Flacco Coss. plures leges ad diminuendã nobilitatis potẽtiã tulit: in qbus ut quẽ Pop. Ro. dãnasset: cui ue impiũ abrogasset/in Senatu non esset. Fuit & inter cõpertores Ciceronis in consulatu. Pedianus auctor. L. Cassius dux Põpeianus cũ.x. nauib. uigente bello ciuili trãsiit ad Cæsarẽ. C. Cassius secũdus post Brutũ in cõiuratione cõtra Cẹsarem/eodem die cẹdis apud. M. Antonium cœnauit. Deinde metu & ipse cessit ab urbe: Syriamq; tenuit eũ auctoritate Senatus/tribus exercitibus: qui in eadem prouincia erant in potestatem suam redactis: Demũ ab Antonio & ab Augusto petitus cõiunctis cum Bruto castris apud Philippos cum alteri cornui ꝑesset inclinata iam acie fusum putans iam totum exercitum/sibi manus attulit. Fuerunt quoque alii Cassii/sed non æque percelebres/Cassium Longinum iussit Cato mori. Fuit Cassius Seuerus eloquentissimus ut ait Seneca in declamation. Passus est esse aliquid in oratione sua otiosum. M. Auidius Cassius prẹfectus exercitus. M. Antonini principis in oriente/dum ipse imperator res in Germania gerit contra marcomannos rebellauit. Itaq; relicto bello imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei oblatum uidere noluit recordatus antiquæ amicitiæ Cassius præsul Narniẽsis tempore Totilæ: cui occurrens animum placauit ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius tertio dialogorum.

Cassius ꝑsul.

mihil honorificentius: potuit facere Senatus: q̄ ut tu-
um esset iudicium: quid tibi maxime conducere Rei-
pub. uideretur. Equidem sic sentio: si manum habet: si
castra: si ubi cōsistat uspiam Dolabella ad fidem: & ad
dignitatem tuā pertinere eum persequi. De Cassii no-
stri copiis nihil sciebamus: neq; enim ab ipso ullæ lite-
ræ: neq; nūtiabatur quicq̄: quod pro certo haberemus.
Quātopere aūt intersit opprimi Dolabellam profecto
intelligis: tum ut sceleris pœnas persoluat: tum ne sit:
quo se latronum duces ex Mutinensi fuga conferant.
Atq; hoc mihi iā ante placuisse potes ex superioribus
meis literis recordari: quanq̄ tum & fugæ portus erat ī
tuis castris: & subsidiū salutis in tuo exercitu: quo ma
gis nunc liberati (ut spero) periculis in Dolabella op-
primēdo occupari esse debemus. Sed hæc cogitabis di
ligentius. Statues sapiēter. Facies nos: quod constitue-
ris: et quid agas (si tibi uidebitur) certiores. Ciceronē
nostrum in uestrū collegium cooptari uolo. Existimo
omnino absentium rationē Sacerdotū Comitiis: posse
haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius:
cū ī Cappadocia esset: lege Domitia factus est augur:
nec quo minus id postea liceret: ulla lex sanxit. Est ēt
ī lege Iulia: quæ lex est de sacerdotiis proxima his uer
bis: qui petit: cuius uis ratio habebitur: aperte indicat
posse rationē haberi: etiā nō præsentis: Hac de re scri-
psi ad eum: ut tuo iudicio uteretur: sicut ī rebus oībus.
Tibi aūt statuendū est de Domitio: & de Catone no-
stro. Sed quāuis liceat absentis rationē haberi: tamen
omnia sunt præsentibus faciliora. Quod si statueris in
Asiā tibi eundū: nulla erit ad comitia nostros accersen
di facultas. omnino Pansa uiuo celeriora oīa putaba-
mus. Statim. n. collegam sibi surrogasset: deinde ante
prætoria sacerdotū comitia fuissent. Nūc per auspicia
longam moram uideo. Dum. n. unus erit patricius ma
gistratus: auspicia ad patres redire nō possunt. Magna
sane perturbatio. Tu tota de re quid sentias: uelim me
facias certiorem. III. Nonarum Maii. Vale.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

NOLI expectare: dum tibi gratias agam:
iampridem hoc ex nostra necessitudine:
quæ ad summam beneuolētiam peruenit:
sublatū esse debet. Filius tuus a me abest:
in Macedonia cōgrediemur. Iussus est. n. Ambraciam

Tuū iudiciū. Esset in arbi-
trio tuo positum. Iam in te
placuisse. Corrige. Ante pla-
cuisse. Quanq̄ tum & fuge.
In libris nō dubię fidei scribi-
tur. Et quantū fuge optima-
tes uniuersi ad te soluebant.

Lege Domitia. De hac le-
ge Domitia meminit Cicero
ī Rullū tertia actione, & Sue
tonius ī Nerone. Cuius ue.
Corrige. Cuius uis, absentis
uidelicet uel pręsentis.

Domitia lex.

¶ Argumentū.

NOLI expectare dū
tibi gratias agā. Ci-
cero quotidie in Se
natu Brutinas res ꝓcurabat:
pręsertim quando impetrauit a
Senatu ut Bruti iudiciū esset
Antoniū persequi: si modo si
bi uideretur. De filio Cicero-
nis absente in Macedonia: ius
so equites ducere, quorū alac
pęrat. de reditu curabit ad ho
norem petēdū: de quo supra.
Glyconem Pansæ medicū ue
neni īsimulatū. M. Tullio his
temporibus principi Senatus
ualde cōmendat, ut eius ope
uir ac medicus bonus infimu
latus erumpat ex flāma crimi
nis. Argumētatur quare cri-
minib. credendū nō est. Nun
tiat Dolabellā fuisse cęsum.
Cōmēdat Flauiū ne eū ruca-
tur cōtra Dyrrhachinos.

¶ Interpretatio.

[N]VM. Vt. Necessi-
tudine. Interiori ami
citia: quæ nihil fuca-
tū habere debet, excludere le
nocinia, blandimenta, dolos:
nudus est amor. oia sint nuda
inter amicos. Quia in amorē
uolentes incidimus, succurrit
nūc aliqua item ex Platoni-
corum arcanis promamus in
hoc album, pręsertim cū scia-
mus Phædrum Platonicum
laudibus amorem grauiori-
bus efferre adortum pronun-
tiasse, magnū uideri Dęmo-
na, siqdē amatorius ordo, ut

ducere equites per Thessaliam: & scripsi ad eum: ut mihi Heracleam occurreret. Cum eum uidero (quoniam nobis permittis) cõmuniter constituemus de reditu eius. Ad petitionem: aut ad cõmendationem honoris: tibi Glicona medicũ Pansæ: qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet: diligentissime cõmẽdo. Audimus eum uenisse in suspitionem Torquato de morte Pansæ custodiriq;: ut parricidam: nihil minus credendum est. Quis enim maiorem calamitatem morte Pansæ accepit? præterea est modestus homo: & frugi: quem ne utilitas quidẽ uideatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te: & quidem ualde rogo (nam Achilleus noster non minus: q̃ æquum est: laborat) eripias eum ex custodia: conseruesq;. Hoc ego ad meum officium priuatarũ rerum æque: atq; ullam aliam rem pertinere arbitror. Cum has ad te scriberem literas: ab Satrio legato Caii Trebonii reddita est mihi epistola: a Tullio: & Deiotaro Dolabellam cæsum: fugatumq; esse. Græcam epistolam tibi misi Cycherei cuiusdam ad Satrium missam. Flauius noster de controuersia: quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam: sumpsit te iudicem: rogo te Cicero: & Flauius rogat rem conficias: quin ei: qui Flauium fecit hęredem: pecuniã debuerit ciuitas: non est dubium: neq; Dyrrachini inficiantur: sed sibi donatum æs alienum a Cæsare dicũt. Noli pati a necessariis tuis necessario meo iniuriam fieri. XVII. Calendarum Iunii ex castris ad imam Candauiam. Vale.

Platonicus docuit Proclus/causa cõuersiõis est rebus oĩbus ad diuinã pulchritudinẽ atq; formã: sequentia omnia ad illam reuocans: eiq; cõnectens/cõnexaq; confirmans/replensq;/dum diuini luminis profluentes inde dotes per omnia radiant. Quippe medium replet ubiq; inter illa quæ appetunt/& quæ appetuntur. Ipsum quidem quod est amãdum: gradum sibi uindicat primum/amans autem gradum tertium ab amato. Amor deniq; usurpat inter utrũq; medium/implens meliore deteriſis. Dicitur quidem & admirãdus/quãdo id amat unusquisq;/cuius admiratur pulchritudinem. Ac Dii quidẽ: siue ut nos spiritus: & astra matutina/diuinũ amant decorẽ. Corporeã uero etiam gratiã: homines/quæ sit tamẽ ad supereminentem/ac inenarrabilem illam gradus unus/qui & primus. Nã ut docuit scienter Plotinus/si quis amatorii affectus principiũ ponat/anti quã ipsius pulchri insitã animus appetitionẽ/cognitionẽ: notionem: & quãdam sine rationis actu cognationis perceptionem: is a ueritate causę ut arbitror nõ aberrabit: nempe quod turpe est/id naturæ est: deoq; cõtrariũ. Improbat Plato si quis formã corporis pulchritudini animi pferat. Venerem ac amorem duplicem Platonicis in consuetudine loquẽdi fuisse/cuiue hoc obseruatũ sit/docet Platõicus Madaurensis in apologetico. Ex Pausaniæ uero monimentis nõ negligendum illud utiq;: Assyrios omniũ primos Vraniam Venerem adortos colere/quos insecuti sint in Cypro paphii/& ad Ascalonẽ Phœnices. A qbus didicerint mox Cytherii. Sed & Athenis Vraniæ Veneri surrectũ fuisse tẽplum/idem comprobat Pausanias. Scribit Plotinus amorem Heroa dici/forte quõniã ἀπὸ ὁράσεως/hoc est a uisione substantiã habet: qñ & amor qui affectio est/ab hoc habet instinctum. Amorem porro gręci ἔρωτα uocant/quia/ut Plato inquit/εἰσρεῖ hoc est influit extrinsecus per oculos/q̃uis etiam in Phędro ἀπὸ τῆς ῥώμης/a robore uidelicet ac uementia dici erota: Socrates putet. Eundem mortales ἔρωτα: immortales πτέρωτα. Socrates in symposio prodit se nihil scire pręter amatoria. Heracleam. Ciuitas Europę prope Bosphorũ/nũc Perinthus. Satyro. Alii codices/Satrio. A Tillio. Lege: Tullio. Hic est Tullius Cymber: qui Bithyniam prouinciam sortitus erat/Appianus in tertio bel. ciuil. Ei quem Flauius. Emendant ei qui Flauium. A necessariis. Dirrachinis amicis tuis. Candauiam. In Epiro apud egnadiam uiam a Dyrrachio usq; Apolloniam: de Cãdauia Cæsar belli ciuilis libro tertio. De Candauiæ desertis Seneca libro quarto epistolarum.

Amor heros.

Eros unde.

Candauia.

M.BRVTVS.M.T.CICERONI.S.

Bibulus q̄ carus mihi eē debeat: nemo melius iudicare potest: q̄ tu: cuius tantæ pro Repu. cōtentiones: solicitudinesq; sunt: fuerūtq;. Itaq; uel ipsius uirtus: uel nostra necessitudo debet conciliare te illi: quo minus multa mihi scribenda esse arbitror. Volūtas.n. te mouere debet nostra: si modo iusta est: aut pro officio necessario suscipitur: is Pansæ locū petere cōstituit. eam nominationē a te petimus: neq; cōiūctiori dare beneficiū: quā nos tibi sumus: neq; digniorē nominare potes: quam Bibulū. De Domitio: et Apuleio quid attinet ad me scribere: cū ipsi per se tibi cōmēdatissimi sint: Apuleiū uero tu tua authoritate sustinere debes. Sed Apuleius ī sua epistola celebrabitur. Bibulū noli dimittere ex sinu tuo tantū iā uirū: ex quāto (crede mihi) pōt euadere: qui uestris paucorū respondeat laudibus. Vale.

M.T.C.M.BRVTO.S.

Multos tibi cōmendo: et cōmendem necesse est. optimus.n. quisq; uir: et ciuis sequitur iudiciū tuū: tibiq; oēs fortes uiri nauare operam: et studiū uolunt: nec quisq̄ est: quin ita existimet meā apud te et gratiā: et authoritatem ualere plurimū. Sed. C. Nasennium municipem Suessanū tibi ita cōmendo: ut neminem diligentius. Cretensi bello Metello Imperatore octauū principem duxit: postea in re familiari occupatus fuit. hoc tēpore cū Reipu. partibus: tū tua excellenti dignitate cōmotus ualeat per te aliquid authoritatis assumere. Fortē uirū Brute tibi cōmendo: frugi hominē: &/si quid ad rē pertinet: etiā locupletē: Pergratū mihi erit: si eū ita tractaris: ut merito tuo mihi gratias agere possit. Vale.

M.T.CICERO.M.BRVTO.S.

Fungerer officio: quo tu functus es in meo luctu: teq; per literas cōsolarer: nisi scirem his remediis: quibus meū dolorem tu leuasses: te ī tuo nō egere: ac uelim facilius: q̄ tunc mihi: nūc tibi tu te medeare. Est enim alienum tanto uiro: ut es tu: quod alteri præceperit: id ipsum facere nō posse. Me quidem tum rationes: quas collegeras: tum authoritas tua a nimio mœrore deterruit. Cū enim mollius tibi ferre uiderer: q̄ deceret uirum: præsertim eum: qui alios cōsolari soleret: accusasti me per

¶ Argumentū.
BIBVLVM sibi e carissimū ostendit Brutus optimatū libertimū ac patriæ amantissimū: pro qua cū Cæsare q̄uis gratiosissime uerbis ac manu: contendere non dubitauerit: ac inuidiæ populi ueluti flammę se opponere. Noster ergo ī illū amor hoc est tuus / nam amicorum omnia communia sunt / te illi conciliare plurimū debet: cum iter amicos idem uelle sit / ac idem nolle. Pansæ locū petiturus est. (Augur enim erat Pansa Cōsul) tu illum amanter foue. Domitiū quoq; & Apuleiū cōmendat. Sed rogat ut Bibulū in sinu habeat / & arctissimo fauore: ut qui laudum Ciceronis sit optime & affatim capax.

¶ Interpretatio.
IN SVA epistola celebrabitur. Alia exēplaria. Insui epistolæ scelus rat. designat illud epigrāmatici poetæ. Peccat qui C.S.P.E.S.

¶ Argumentū.
REDDIT uicē Bruto commendanti. M. Tullius. nam & ipse Bruto Nasenniū Fesulanum cōmēdat: idq; diligentissime: & causam quare cōmēdet adducit: uti uidelicet ad aliquē gradū rei militaris euadat / ut aliquid authoritatis possit assumere. Frugi ac fortem hominem Nasenniū ait.

¶ Interp̄tatio.
OCTAVVM principē. Qui ducit ordinem octauū principiorū. ii sunt milites.

¶ Argumentū.
FVNGEret officio. Orbatū pignore domestico. M. Brutū Cicero ɔsolat: exēplo Brutino. Cū.n. filiā Tulliolā suaue desideriū naturæ. M. Tullius amisisset / eoq; casu ueluti fulmine cōsternata tanti uiri uir/

tus, non modo sopita uidere tur, Brutus eloquentiæ ac se ueritatis stoicæ princeps per epistolam grauitatis fortitudi nisq; plena philosophus phi losophum a mœstissimo lu ctu reuocauit. Idem exemplo pari nunc facere nititur Cice ro, præsertim quod priuatus M. Tullius natute satisfacere citra reprensioné potuit, Bru tus contra Imperator nihil mol le ac parum forte coram exer citu facere debet: mox eum re uocat ad patriá defendendá.

¶ Interpretatio.

QVAM tua consue tudo ferebat. Quá patiebatur amor no stræ cósuetudinis, imo neces situdinis. Bruti. Decimi.

Populo ac scęnæ. Prouer bium dicitur quando signifi care uolumus hominem in di gnitate positum cautius cir cumspectiusq; uiuere debere: quia singuli quiq; in eum ocu los ac aciem animi defigunt.

¶ Argumentú.

REVOCAT Brutú ut festinanter accele ret. Imminét. n. exter na ac domestica mala. Ab ini tio quidem belli mala eiusmo di eruperant. sed ea seueritas Senatus & constantia euince bant, pfertim adiuuante Pan sa, uiro pro Reip. firmissimo. Adde quod Antonio expul so uictrix erat Respu. sed pec catis multorú fortuna est ela psa de manibus: scelere pręser tim ac leuitate lepidi. Dubi tat ne Cæsar consilio suo huc usq; gubernatus, in sententia nó permaneat. Nec. n. desunt ad deprauandú parati: adeo ut eum ad petendú consula tum impulerint. Non destitit eum, non eius necessarios ab hac petulantia deterrere. Vis tú hodie dignitates in Repu.

literas grauioribus uerbis: q̃ tua consuetudo ferebat. Itaq; iudicium tuum magni æstimans: idq; ueritus me ipse collegi: et ea: quæ didiceram: legeram: acceperam: grauiora duxi tua authoritate addita. Ac mihi tú Bru te officio solú erat: et naturæ. tibi nunc populo: et scæ næ (ut dicitur) seruiendú est. Nam cum in te non solú exercitus tui: sed omniú ciuium: ac pene gentium con iecti oculi sint: minime decet: propter quem fortiores cæteri sumus: eú ipsum animo debilitatú uideri. Quá ob rem accepisti tu quidé doloré (id. n. amisisti: cui si mile in terris nihil fuit) et est dolendú in tá graui uul nere: ne id ipsum carere oí sensu doloris sit miserius: q̃ dolere: sed, ut modice cæteris utile est: tibi necesse est. Scriberem plura: nisi ad te hęc ipsa nimis multa essent. Nos te: tuúq; exercitum expectamus: sine quo: ut reli qua ex senteńtia succedát: uix satis liberi uidemur fore. De tota Repub. plura scribam: et fortasse iam certiora his literis: quas Veteri nostro cogitabam dare. Vale.

M.T. CICERO.M.BRVTO.S.

NVllas adhuc a te literas habebamus: ne fa mam quidem: quæ declararet te cognita Senatus authoritate: in Italiam adducere exercitum: quod ut faceres: idq; matura res magnopere desiderabat Resp. Ingrauescit enim in dies intestinum malum: nec externis hostibus magis: q̃ domesticis laboramus: qui erant omnino ab initio belli: sed facilius frangebantur. Erectior Senatus erat: nó senteńtiis solum nostris: sed etiam cohortationibus excitatus. Erat in Senatu satis uehemens: et acer Pan sa: cum in cæteros huius generis: tum maxime in soce rum: cui có suli non animus ab initio: non fides ad ex tremú defuit. bellum ad Mutinam gerebatur: nihil ut in Cæsare reprehenderes: nó nulla in Hircio huius bel li fortuna: ut in secúdis fluxa: ut in aduersis bona: erat uictrix Respub. cæsis Antonii copiis: ipso expulso a Bruto. Deinde ita multa peccata: ut quodámodo ui ctoria excideret e manibus: perterritos: inermes: saucios non sunt nostri duces persecuti: datumq; Lepido tem pus est: in quo leuitatem eius sæpe perspectam maiori bus in malis experiemur. Sunt exercitus boni: sed ru des Bruti: & Planci. Sunt fidelissima: et maxima auxi lia Gallorum: sed Cæsarem meis consiliis adhuc gu bernatú præclara ipsum indole: admirabiliq; cóstátia

improbissimis literis quidam: fallacibusque interpreti bus: ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus: quod simul atq; sensi: neq; ego illum absentem literis monere destiti: nec accusare præsentes eius necessarios: qui eius cupiditati suffragari uidebātur. Nec in senatu sceleratissimorum cōsiliorum fontes aperire dubitaui: nec uero ulla in re memini: aut Senatum meliorem: aut magistratus. Nunquam enim in honore extraordinario potentis hominis: uel potentissimi potius (quandoquidē potentia iam in ui posita est: et armis) accidit: ut nemo Trib. Pl. nemo alio magistratu: nemo priuatus author existeret: sed in hac constantia: atq; uirtute: erat tamē solicita ciuitas. Illudimur enim Brute: tum militū delitiis: tum imperatoris insolentia: tantum quisq; in Repub. posse postulat: quantum habet uirium. non ratio: non modus: non lex: non mos: non officium ualet: non iudicium: nō existimatio ciuium: non posteritatis uerecundia. Hæc ego multo ante prospiciens fugiebam ex Italia: tum: cum me uestrorū edictorū fama reuocauit. Incitasti uero tu me Brute Veliæ. quanq; enim dolebam in eam me urbem ire: a qua tu fugeres: qui eā liberauisses: quod mihi quoq; quondam acciderat periculo simili: casu tristiore: perrexi tamen: Romāq; perueni: nulloq; præsidio quatefeci Antonium: contraq; eius arma nefanda præsidia: quæ oblata sunt: Cæsaris consilio: et authoritate firmaui; qui si steterit idem: mihiq; paruerit: satis uidemur habituri præsidii: sin autem impiorum consilio plus ualuerint: quam nostra: aut imbecillitas ætatis nō poterit grauitatem rerum sustinere: spes omnis est in te. Quam ob rem aduola obsecro: atq; eam Rempu. quam uirtute: atq; animi magnitudine: magis q̄ euentis rerum liberasti: exitu libera. omnis omnium concursus ad te futurus est. Hortare idem per literas Cassium. Spes libertatis nusquam: nisi in uestrorum castrorū præsidiis est. Firmos omnino et duces habemus ab occidente: et exercitus. Hoc adulescentis præsidium quidem adhuc firmū esse confido: sed ita multi labefactāt: ut, ne moueatur. interdum extimescam. Habes totum Reipub. statum: qui quidem tum erat: cum has literas dabam. Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit: quod Dii omen auertant) Reipub. uicem dolebo: quæ immortalis esse debeat: mihi quidem aliquantulum reliqui est. Vale.

non uirtus occupat: quæ cū prospiceret Cicero iampridē ab Italia fugiebat: ad quā impulsore præsertim Bruto reuersus est: & aduenienis: quod maximæ fortitudinis signum fuit, nullo pręsidio quatefecit Antonium. Mox ei Cęsarem puerum opposuit: qui si perstabit, satis opum erit in exercitu pueri. Sin uero ætatis imbecillitate tantū pondus ferre nō poterit, spes omnis erit in Bruto: Quare rogat ut aduolet. Cassium ad idem hortetur. Rempublicam cupit esse immortalem, cum sibi tantillum reliqui sit ac animulæ fere præcariæ.

¶ Interpretatio.

INTERPRetibus. Quidam codices: interpretationibus, habent, ut cum Cicero dicebat Octauium esse tollendum, interpretabantur auferendum de medio, eleuandum deprimendum. Defendo interpretibus: pro perperam interpretantibus ad gloriā etiam inanem aspirandum, & similia.

Quatefeci. Quassum feci: concussi. Imperitorū. Malorum iterpretum qui solidæ gloriæ radices nō tenent nō desunt qui legunt impiorum.

Euentis. Euentibus. tyrannū sustulisti, non fortuitos rerum euentus: ac fortunæ reciprocas uices tantillū ueritus.

Principiis. Militib. de quibus supra. Sunt qui præsidiis scribant. Aliquātulum reliqui est. Paulum uitæ. Ego reliquator sum ut utar uerbo iurisconsultorū, creditor sum parui & præcarii spiritus. metaphora deducta ab ęre quod debet: cuius cū acceperimus maiorem partē: reliquum hoc est summę particula debetur. In ueteri lectiōe reperio. Mihi quantulum reliqui est eodem sensu. Quantulū paruam portionem significat.

MARCVS Brutus Ciceroni. S.

VEteris Antistii talis animus est in Repu. ut nõ dubitem: quin ĩ Cæsare: et Antonio se præstiturus fuerit acerrimũ propugnatorem cõmunis libertatis: si occasioni potuisset occurrere. Nam qui in Achaia congressus P. Dolabella milites: atque equites habente: quoduis adire periculum ex insidiis paratissimi ad omnia latronis maluerit: q̃ uideri aut coactus esse pecuniam dare: aut libenter dedisse homini nequissimo: atq; improbissimo: is nobis ultro pollicitus est: et dedit. XX. HS ex sua pecunia: et/quod multo carius est: se ipsum obtulit: et coniunxit. huic persuadere cœpimus: ut imperator in castris remaneret: remq; publicam defenderet: statuit id sibi: quoniã exercitum dimisisset: statim uero rediturũ ad nos confirmauit legatione suscepta: nisi prætorũ comitia habituri essent Cõsules. Nam illi ita sentienti de Repu. magnopere author fui: ne differret tempus petitionis suæ: cuius factum omnibus gratum esse debet: qui modo iudicarint hunc exercitũ esse utilem Reipu. tibi tanto gratius: quãto maiore et animo: gloriaq; libertatem nostram defendis: et dignitatem: si contigerit nostris consiliis exitus: quem optamus: per functurus es. ego etiã mi Cicero proprie: familiariterq; te rogo: ut Veterem ames: uelisq; esse quamamplissimum: qui: et si nulla re deterreri a proposito potest: tamen excitari tuis laudibus: indulgentiaq; poterit: quo magis amplexetur: ac tueatur. iudicium suum: & mihi gratissimum erit. Vale.

M. T. C. MARCO BRVTO. S.

ETsi daturus eram Messalæ Coruino continuo literas: tamen Veterem nostrum ad te sine literis meis uenire nolui. Maximo ĩ discrimine Respu. Brute uersatur: uictoresq; rursus decertare cogimur: id accidit Marci Lepidi scelere: et amentia: quo tempore: cum multa propter eam curam: quam pro Repu. suscepi: grauiter ferrem: tum nihil tuli grauius: quam me non posse matris tuæ præcibus cedere: non sororis. Nam tibi (quod mihi plurimi est) facile me satis facturum arbitrabar. Nullo enim modo poterat causa Lepidi distigui ab Antõio:

¶ Argumentum.

VETERIS Antistii. Antistium siue Anrestium: utroq; enim modo dici uetera Marmora declarãt: Brutus Ciceroni cõmendat: Eum patriæ liberatoribus affici prodit: animumq; suum facile ostendisset si data fuisset occasio. Probat eius animum pertinax uirtus contra ducem latronũ Dolabellam. Bruto uero & Cassio libertatis propugnatoribus ultro/quod rarum est/pecuniã dedit: & coniunxit/prętor esse cupit/obsecratur. ut laudibus excitet/ac studeat facere quã amplissimum.

¶ Interpretatio.

ET. MIHI gratissimum. Prisca lectio. Id mihi gratissimũ.

¶ Argumentũ.

ET SI daturus eram. Per eundem Antestium Cicero Brutũ monet in maximo discrimine uersari Rempublicam quando Dux sicariorũ Antonius Lepidi leuitate instructus ac armatus resumpsit uires. Lepidum dolet excusare nõ posse in Lepidiq; liberos esse mitem/in quem Brutus clementiam Senatus desiderasset. fieri non poterat quoniam omnium iudicio durior erat Antonio. Auertit sensim eum a fauore natorum Lepidi: ostentans quot pœnas daturos optimates/si pater puerorum uiceret. Mox rogat eum ut cum exercitu aduolet.

omniũq; iudicio etiã durior erat: quod cũ honoribus amplissimis a Senatu esset Lepidus ornatus: cũ etiam paucis ãte diebus præclaras literas ad Senatũ misisset: repente nõ solum recepit reliquias hostiũ: sed bellum acerrimũ terra: mariq; gerit: cuius exitus: qui futurus: sit: incertũ est: itaq; cũ rogamur: ut misericordiã liberis eius impertiamur: nihil affertur: quo minus sũma supplicia: si (quod Iuppiter omen auertat) pater puerorũ uicerit subeunda nobis sint. Nec uero me fugit: q̃ sit acerbũ parentũ scelera filiorũ pœnis lui. Sed hoc præclare legibus cõparatũ est: ut charitas liberorũ amiciores parentes Reipu. redderet. Itaq; Lepidus crudelis in liberos: nõ is: qui Lepidum hostem iudicat. atq; ille: si armis positis de ui damnatus eẽt: quo in iudicio certe defensionem nõ haberet: eandem calamitatem subirẽt liberi bonis publicatis: quãquã: quod tua mater: et soror deprecatur pro pueris id ipsum: et multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus: Antonius: et reliqui hostes denũciant. Itaq; maximã spem hoc tempore habemus in te: atq; exercitu tuo: tum ad Reip. summã: tum ad gloriam: et dignitatem tuam uehemẽter pertinere te in Italiam: ut ante scripsi: uenire quãprimũ. Eget enim uehemẽter cũ uiribus tuis: tum etiam consilio Respu. Veterem pro eius erga te beneuolentia: singulariq; officio libenter ex tuis literis cõplexus sum: eumq; cũ tui: tum Reip. studiosissimũ: amãtissimũq; cognoui. Ciceronem meũ propediem: ut spero: uidebo: tecũ. n. illũ: et te in Italiã celeriter esse uenturũ confido. Vale.

M.BRVTVS.M.T.CICERONI.S.

De Marco Lepido ueteri me cogit reliquorum timor: qui si eripuerit se nobis: quod uelim temere: atq; iniuriose de illo suspicati sint homines: oro: atq; obsecro te Cicero necessitudinem nostram: tuamq; in me beneuolentiam obtestãs sororis meæ liberos: obliuiscaris esse Lepidi filios: meq; his in patris locum successisse existimes. Hoc si a te impetro: nihil profecto dubitabis pro his suscipere. Aliter alii cum suis uiuunt. nihil ego possum in sororis meæ liberos facere: quo possit expleri uoluntas mea: aut officium. Quid uero aut mihi tribuere boni possunt: si modo digni sumus: quibus aliquid tribuatur: aut ego matri: ac sorori: puerisq; illis

¶ Argumentum.

De Marco Lepido ueteri. Hæc epistola primam præcedere debuit. orat ac postulat Brutus ut si Lepidus arma sumpserit cõtra patriam, ne liberi eius nepotes Bruti uexentur, quoniam patris scelus filiis innocentibus obesse nõ debet: etenim contra patrem Lepidum multũ Brutus auunculus iuuare debet. Optat ut Cicero in hac re clementiæ memor sit ac se ueritatem exuat.

Interpretatio.

CONTRA patrē Lepidū. Ad oblitterandā iniuriā: quā Lepidus intulit.

Argumentum.

ACCVSAT Brutum de breuitate litterarum his præsertim temporibus āgustissimis. Filium reuersurum pollicetur. quoniam sacerdotum comicia intercessione Ciceronis in alterum annū reiecta sunt. Rogat ne Ciceronem suum dimittat a se. Lepidum accusat: cuius culpa renatum bellum dicit. Cæsarem Octauiū taxat: cuius perfidia Bruti optatur celer aduētus. Animos hominum partibus infectos queritur. Nec Idus Martiæ plus profuerunt patriæ q̄ si acceleret.

Interpretatio.

TRIBVS uersiculis. VErbis. Asconius. Pedianus uersiculū pro uerbo accipit sic. Tribus enim uersiculis ait. Accipi dedi reliqui. ne quis uero mē dum putet exemplarium: id ex Cicerone ex uerrinarum tertio. Audistis quæstoriam rationem tribus uersiculis relatam.

præstaturus sum: si nihil ualuerit apud te: reliquumq; Senatum contra patrem Lepidum Brutus auunclus? Scribere multa ad te neq; possum præ solicitudine: ac stomacho: neq; debeo. Nam si in tanta re: tamq; necessaria uerbis mihi opus est ad te excitandum: et confirmandum: nulla spes est: facturum te: quod uolo: et quod oportet. Quare noli expectare longas preces. intuere me ipsum: qui hoc a te: uel a Cicerone coniunctissimo homine priuatim: uel a consulari tali uiro remota necessitudine priuata impetrare debeo. Qui sis facturus: uelim mihi quamprimum rescribas. Calendis Quintilibus ex castris. Vale.

M.T. CICERO. M. BRVTO. S.

BReues tuæ literæ: breueis dico: immo nullæ. tribus ne uersiculis his tēporibus Brutus ad me? nihil scripsissem potius: et requiris meas. Quis unquā in ad te tuorum sine meis uenit? Quæ autem epistola non pondus habuit? quæ si ad te perlata nō sunt: ne domesticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni scribis te longiorem daturū epistolam: recte id quidem: sed hæc quoq; debuit esse plenior. Ego autem: cum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses: statim extrusi tabellarios: literasq; ad Ciceronem: ut etiam si in Italiam uenisset: ad te rediret. Nihil enim mihi iucundius: nihil illi honestius: quanquam aliquoties ei scripseram sacerdotū comitia mea summa contentione in alterum annum esse reiecta: quod ego cum Ciceronis causa elaboraui: tum Domitii: Catonis: Lentuli: Bibulorum: quod ad te etiam scripseram. Videlicet cum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas: nōdum erat tibi id notum. Quare omni studio a te mi Brute contendo: ut Ciceronem meū ne dimittas: tecūq; adducas: quod ipsum: si Rempu. cui susceptus es: respicis: tibi iam: iāq; faciendū ē. renatū. n. bellū est: idq; nō paruo scelere Lepidi. Exercitus aūt Cæsaris: qui erat optimus: nō modo nihil prodest: sed etiā cogit exercitū tuū flagitari: qui si Italiam attigerit: erit ciuis nemo (quem quidem ciuem appellari fas sit) qui se non in tua castra conferat. etsi Brutum præclare cum Planco coniunctum habemus. Sed nō ignoras: quā sint incerti animi hominum: et infecti partibus: et exitus prœliorū: quin etiā si ut spero:

uicerimus:tamen magnam gubernationem tui consi-
li:tuæq; authoritatis res desiderabit. Subueni igitur p
deos:idq; q̄ primum tibi persuade:non te Idibus Mar
tiis : quibus seruitutem a tuis ciuibus repulisti : plus
profuisse patriæ : q̄ si mature ueneris profuturum. II.
Iduum Quintil. Vale.

M.T. CICERO.M.BRVTO.S.

MEssalam habes. Quibus igitur literis tam
accurate scriptis asseq' possum subtilius:
ut explicem:quæ gerantur:quæq; sint in
Repu.quam tibi is exponet :qui et opti-
me omnia nouit: et elegantissime expedire : et deferre
ad te potest. Caue.n.existimes Brute(quanquam non
est necesse ea me ad te:quę tibi nota sunt scribere.)Sed
tamen tantam omnium laudum excellētiam nō queo
silentio præterire:caue putes probitate:constantia:cu-
ra:studio Reipu.quicquam illi esse simile:ut eloquen-
tia:qua mirabiliter excellit:uix in eo locum ad laudan
dum habere uideatur:quanquam in hac ipsa sapientia
plus apparet:ita graui iudicio:multaq; arte se exercuit
in uerissimo genere dicendi:tanta autem industria est:
tantumq; euigilat in studio : ut non maxima ingenio:
quod in eo summum est : gratia habēda uideatur. Sed
prouehor amore:non enim id propositum est huic epi
stolæ:Messalam ut laudem præsertim ad Brutum: cui
et uirtus illius non minus: q̄ mihi nota est : et hæc ipsa
studia:quæ laudo notiora:quem cum a me dimittens
grauiter ferrē:hoc leuabar uno:quod ad te tanquā ad
alterū me proficiscens:et officio fungebatur : et laudē
maximā assequebatur. Sed hæc hactenus. Venio nūc
longo sane interuallo ad quandam epistolā:qua mihi
multa tribuens unū reprehēdebas:quod in honoribus
decernēdis essem nimius:et tanquā prodigus: tu hoc:
alius fortasse:quod in animaduersiōe: pœnaq; durior:
nisi fortasse utrūq; tu:quod si ita est : utriusq; rei meū
iudiciū tibi cupio esse notissimū : neq; solū ut Solonis
dictū usurpē:qui et sapiens unus fuit ex septē:et legū
scriptor solus ex septē. Is Rēp. duabus rebus cōtineri
dixit:premio:et pœna. ē scilicet:utriusq; rei modus:si-
cut reliquarū:& quædā in utroq; genere mediocritas:
sed nō tāta de re propositū est hoc loco disputare : qd
ego aūt secutus hoc bello sim:i sentētiis dicēdis alienū

¶ Argumentū.

MESSalam habes. In
omni genere uirtu-
tis Messalā amplissi
me laudat/etiam eloquentissi
mū ostendit. Purgat se ab illa
calumnia/qua Brutus Cice-
ronem mordicus appetebat:
quod in decernēdis erat imo-
dicus / præsertim in ornando
Octauio/qui potētia Iulii Cæ
saris instructus/magnā perfi-
diæ suspicionem afferebat/ita
se purgat ab hoc crimine Ci-
cero / ut id necessitati potius
adscribat q̄ iudicio. Accusat
Idus Martias:& Brutinā cle-
mentiam/qua succisa fuit ar-
bor nō euulsa/unde radices
pullulare nūq̄ desiterunt/do
nec patriam submerserūt. Bru
tum patria cędētem accusat:
se uero ad patriam fouendam
ex achaico cursu/laudat. Nō
prodigū in ornando Cæsare
fuisse refert/sed necessitati ac
meritis Cęsaris hoc esse datū.
Reiicit quoq; crimen in alios
optimates/qui ab Augusto li
berati/ingrati diutius esse no
luerunt. Ingratitudinem de-
testatur. Decreuit Cicero ut
Octauius ouans urbem intra
ret/hoc prudenter decretum
defendit. Monet ne ullam in
Antonios clemētiā exerceat:
ut in posterū deterreantur ho
mines talem amentiā imitari.
Docet Sancitū esse a Sanctis
simis legibus ut in liberos pa
trū pœna redundet/& quare
urget ut celerrime cū exerci-
tu in Italiā ueniat. Promittit
opem liberis Lepidi ex Soro-
re Bruti genitis.

¶ Interpretatio.

NON maxima inge
nio. Sed studio / lu-
cubrationibusq;.
Durior. Propter Antonios:
quos Cicero ad pœnam de-
poscebat.

Idus martias. Quando Cęsar obtruncatus est a tyrānicidis: qui se eodem ense cōfecerunt uix anno uertente. Tamdiu a Repu. erāt auersi: ut etiā in eius liberatores sęuirēt. Peterūt noctesq; diesq; Astraq; nec solidis prodest sua machina terris. Pretermissum. Lepidum ac Antoniū iugulare: qui erant relicti uelut heredes imperii Cęsariani. quo uiso exclamauit Cicero/ succisam eē arborem/ non euulsam / itaq; ꝗ fruticetur uiderent omnes. Tempestatem. Incōmoda: metaphoricōs. Nauta sereno cęlo uidet ex signis cęli impendere diram illam inauspicatā Helenam. Pestis. Tyrānis: quę seruitutis est mater: Seruitus uero soror mortis: omnī potius morte seuior. Macula. Dedecus. Cum enim populus Ro. esset dominus orbis ac regum domitor: impuro homini seruiebat: ac iugū ferre cęperat: Instrumentū regni. Tyrānis ac paucorum dominatio: quę a gręcis uocatur Oligarchia. Incōstātior. Lepidus: qui imperator Populi Ro. statim transiliuit ad Antonium ideo Cicero ubiq; eum leuissimum appellat. Celeritatem petitionis. Vt petere posset magistratus ante leges.

Oligarchia

non puto aperire. Post interitū Cęsaris: et uestras memorabileis Idus Martias Brute: quid ego prætermissum a uobis: quantāq; impendere Reip. tempestatem dixerim: nō es oblitus. Magna pestis erat depulsa per uos: magna Populi Ro. macula deleta: uobis uero parta diuina gloria: sed instrumētū regni delatum ad Lepidum: et Antonium: quorum alter inconstantior: alter impurior: uterq; pacem metuēs: inimicus ocio. His ardentibus perturbandæ Reipu. cupiditate: quod opponi posset præsidiū: non habebamus. erexerat. n. se ciuitas in retinēda libertate consentiens. Nos tum nimis acres: uos fortasse sapientius excessistis urbe ea: quam liberastis. Italiæ sua uobis studia profitenti remisistis. Itaq; cū teneri urbem a parricidis uiderem: nec te i ea: nec Cassium tuto esse posse: eamq; armis oppressam ab Antonio: mihi quoq; ipsi esse excedēdū putaui. terrū enim spectaculū: oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate præcisa. sed animus idem: qui semper ifixus in patriæ caritate: discessum ab eius periculis ferre non potuit. Itaq; in medio achaico cursu: cū Etesiarū diebus auster me in Italiam: quasi dissuasor mei cōsilii retulisset: te uidi Veliæ: doluiq; uehemēter. Cedebas. n. Brute cedebas: quoniam stoici uestri negant fugere sapientis. Romā ut ueni: statim me obtuli Antonii sceleri: atq; dementiæ: quem cū in me incitauissem: consilia inire cœpi Brutina plane (uestri. n. hæc sunt ꝓpria sanguinis) Reip. liberādæ. Lōga sunt: quæ restant: prætereūda sunt. n. de me tantū dico. Cæsarem hunc adulescentem: per quem adhuc sumus: si uerū fateri uolumus: fluxisse ex fonte cō siliorū meorū. Huic habiti a me honores nulli quidē Brute: nisi debiti: nulli nisi necessarii. ut. n. primū libertatē reuocare cœpimus: cū se nondū: ne Decimi quidem Bruti diuina uirtus ita cōmouisset: ut iam id scire possemus: atq; omne præsidiū esset in puero: qui a ceruicibus nostris auertisset Antoniū. Quis honos ei nō fuit decernēdus? quanquā ego illi tum uerborū laudem tribui: eāq; modicā. Decreui etiam imperiū: quod quāquā uidebatur illi ætati honorificum: tamen erat exercitum habenti necessarium. Quid. n. est sine imperio exercitus? Statuā Philippus decreuit: celeritatem petitionis primo Seruius: post maiorem etiam Seruilius: nihil tum nimiū uidebatur. Sed nescio quomodo facilius in timore benigni: quam in uictoria grati reperimur. Ego enim D. Bruto liberato:

cũ lætissimus ille ciuitati dies illuxisset: ideq; casu Bruti natalis esset: decreui: ut in fastis ad eũ diem Bruti nomen ascriberetur. In eoq; sum exemplum secutus: qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt: uos cuius Pontifices ad aram in uelabro sacrificiũ facere soletis: quod ego: cum dabam Bruto notam esse ĩ fastis gratissimæ uictoriæ sempiternam memoriã uolebam: atq; illo die cognoui paulo plures ĩ Senatu maleuolos esse: q̃ gratos: eos per ipsos dies effudi (si ita uis) honores in mortuos Hircium: & Pansam: Aquilam etiam: quod quis reprehendit: nisi qui deposito metu præteriti periculi fuerit oblitus? Accedebat ad beneficii memoriã gratã ratio illa: quæ etiã posteris posset esse salutaris. extare.n.uolebã in crudelissimos hosteis monimenta odii publici sempiterna. suspicor illud minus tibi probari: quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem uiris: sed in Repu.rudibus nõ probatur: quod ut ouanti introire Cæsari liceret: decreuerim. Ego autem (sed erro fortasse) nec tamen is sum: ut mea me maxime delectent: nihil mihi uideor hoc bello sensisse prudentius. Cur aũt ita sit aperiendũ non est: ne magis uidear prouidus fuisse: q̃ gratus. Hoc ipsum nimiũ: quare alia uideamus. D.Bruto decreui honores: decreui L.Plãco. Præclara illa quidẽ ingenia: quæ gloria inuitantur: sed Senatus etiã sapiens: qui quacũq; re putat: modo honesta: ad Rẽp.iuuandã posse adduci: hac uti tur. at in Lepido reprehẽdimur: cui cũ statuã in rostris statuissemus: iidem illã euertimus: nos illũ honore studuimus a furore reuocare. Vicit amentia leuissimi hominis nostrã prudentiã: nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali: quantũ in euertenda boni. Satis multa de honoribus: nunc de pœna pauca sunt dicenda. Intellexi.n.ex tuis sæpe literis te in his: quos bello deuicisti: clementiã tuã uelle laudari: existimo equidẽ nil a te nisi sapienter. Sed sceleris pœnã prætermittere (id.n.est: quod uocatur ignoscere) etiã si in cęteris rebus tolerabile est: ĩ hoc bello perniciosũm puto. Nullũ.n.bellũ ciuile fuit in nostra Repu.omnium: quæ memoria mea fuerunt: in quo bello non utracũq; pars uicisset: tamẽ aliqua forma esset futura Reip. hoc bello uictores: quam Remp. simus habituri: non facile affirmarim: uictis certe nulla unq̃ erit. Dixi igitur sententias in Antonium: dixi in Lepidum seueras: neque tã ulciscendi causa: q̃ ut et in præsens sceleratos ciueis

Illuxisset. Quo. D. Brutus eruptione prius facta/deinde Consules & Octauius/Antonium debellarũt. Bruti natalis. Accidit forte miranda illum diem/quo liberatus fuit Antonius fuisse diẽ ortus decimi Bruti: ut diem quo Cicero reuersus est in patriam ab exilio/dicit idem fuisse diem natalem suum & filiæ: & sedis epitoricæ. In fastis. Libris in quibus Pontifex gesta singulorum annorum referebat.

Ad eum diem. Quo illata est clades Antonio. Bruti. Decimi uictoris. Adscriberetur. Notaretur sic. Tali die Brutus eruptione ex Mutina felici superauit Antonium.

Secutus. Maiorum nostrorum. Hunc honorem. Nomen suum in fastis adscribendi. Larentiæ. Quæ exposi/tos Romulum/ac Remũ nutriuit. Quod ego. Quem honorem. Maleuolos. Recusabant enim illi ne dicaretur honor is Bruto/cõtentiq; erant non indigere post recuperatam libertatem. Si ita uis. Qui ita uis qui me honorũ publicorũ prodigũ uocas.

Vos cuius. Pręposterus codex/scribe/cuius uos/uel ita intellige historiam istã quod accę larentię sacrificent põtifices/alibi me legere nõ memini. Aquilam. Præfectum legionis de quo in Philippicis.

Qui quacũq;. Antiqua exemplaria. Qui qua queq;. ordo. Senatus sapiẽter facit/qui utiť hac laude qua putat adduci queq; ad Remp. iuuandã/modo res illa sit honesta.

Themistoclis filii eguerũt. Legimus Neoclem & Demopolim Themistoclis filios quãdoq; icognobiles uenisse Athenas / adortosq; in certamine epitaphio uim suã ostentare : cũ uictores apparuissent: nec qui forent satis noscitaretur / corollis esse insignitos: & Neoclem quidem Dolichũ uicisse / Demopolim autẽ stadiũ. Post certamen uero perspicuos factos tantũ nõ a paternis inimicis esse lapidibus adobrutos / cũ Atheniẽsium memoriã resricuissent super legibus : quæ aduersum exules forent sancitæ. Sciendũ uero amplius in Memnone Platonem tertii Themistoclis filii mẽtionem fecisse / de quo q̃a mirũ est quod refertur / philosophi uerba subieci. Audistin Themistoclem filiũ suũ Cleophantũ in eq̃stri facultate strenuũ effecisse: adeo ut equis rectus isisteret: rectusq; ex equo iacularetur cæteraq; p̃multa perficeret stupenda / in q̃bus ille diligenter erudiri curauit: sapientemq; in singulis / quæ præceptores erudiri callebãt: effecit.

¶ Argumentũ.

PARTiculam literarũ tuarum. Brutus homo liberrimus acceptã ab Attico epistolę Ciceronianæ particula / qua eum M. Tullius Octauio cõmendabat : quodam uelut oestro percitus / seruilis animi Ciceronẽ uocat / ac fortitudinis Brutinæ parum memorem / qui / nisi puero placeret / uiuere nõ posset. Ciceronẽ Ciceroniq; cõsimiles togata mãcipia uocat: qui tam suppliciter / ac demisse se gerant. Ait istam desperationem optimatũ Cæsarem in cupiditatem regni impulisse / & Antoniũ : & Octa/

timore ab impugnanda patria deterrerem: et in posterum documentum statuerem: nequis talem amentiam uellet imitari: quanquã hæc quidem sententia nõ magis mea fuit: q̃ omnium. in qua uidetur illud esse crudele: quod ad liberos: qui nihil meruerunt: pœna peruenit: sed id et antiquum est: et omnium ciuitatum: siquidem etiam Themistoclis liberi eguerunt: et si iudicio damnatos eadem pœna sequitur ciueis: qui potuimus leniores esse in hosteis? Quid autem queri potest quisquam de me: qui se si uicisset: acerbiorem in me futurum fuisse confiteatur necesse est? Habes rationem mearum sententiarum: de hoc genere dũtaxat honoris: et pœnę. Nã de cęteris rebus quid senserim: quidq; censuerim audisse te arbitror. Sed hæc quidem non ita necessaria. Illud ualde necessarium Brute: te in Italiam cum exercitu uenire quãprimũ. summa est expectatio tui: qui si Italiam attigens: ad te cõcursus fiet omniũ. siue enim uicerimus: qui quidem pulcherrime uicerамus: nisi Lepidus perdere omnia: et perire ipse cũ suis concupiuisset. tua nobis authoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum: siue etiam nunc certamen reliquum est: maxima spes est: cum in authoritate tua: tum in exercitus tui uiribus. Sed propera per deos: scis enim quantum sit in temporibus: quantum in celeritate. Sororis tuæ filiis quã diligenter consulã: spero te ex matris: et ex sororis literis cogniturũ: qua in causa maiorem habeo rationem tuæ uolũtatis: quæ mihi carissima est: quã / ut quibusdã uideor: constantiæ meæ. sed ego nulla in re malo: q̃ te amando constans esse uideri. Vale.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

PArticulam literarum tuarum: quas misisti Octauio legi missam ab Attico mihi. Studium tuũ: curaq; de salute mea nulla me nouã uoluptate affecit: non solũ enim usitatum: sed etiam quotidianũ est aliquid audire de te: quod pro nostra dignitate fideliter: atq; honorifice dixeris: aut feceris. At dolore: quãtum animo maximũ capere possum: eadẽ illa pars epistolæ scriptæ ad Octauium de nobis affecit. Sic enim illi gratias agis de Republica tam suppliciter: ac demisse. Quid scribam? pudet conditionis: ac fortunæ: sed tamen scribendũ est.

Cõmendas nostram salutem illi: quæ morte qua non pernitiosior? ut prorsus præ te feras non sublatam dominationem: sed dominum commutatum esse. uerba tua recognosce: & aude negare seruientis aduersus regem istas esse preces: unum ais esse: quod ab eo postuletur: et expectetur: ut eos ciueis de quibus uiri boni: Populusq; Ro. bene existimet saluos uelit: quid, si nolit: non erimus? Atqui nõ esse: q̃ esse per illum præstat. Ego mediusfidius non existimo tã omneis deos auersos esse a salute Pop. Ro. ut Octauius orandus sit pro salute cuiusquã ciuis: non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuat enim magnifice loqui: et certe decet aduersus ignoranteis; quid pro quoq; timendum: aut a quoq; petendum sit. Hoc tu Cicero posse fateris Octauium: et illi amicus es: aut, si me carũ habes: uis Romæ uideri: cum ut ibi esse possem: cõmendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias: si, ut nos saluos esse uelit: et patiatur: rogãdum putas? An hoc pro beneficio est habendum: quod se: q̃ Antoniũ esse maluerit: a quo ista petenda essent? supplicato uindici illi quidẽ alienæ dominationis: non uicario. Sed quis supplicat: ut optime meritis de Rep. liceat esse saluos? Ista uero imbecillitas: et desperatio, cuius culpa non magis in te residet: q̃ in omnibus aliis et Cæsarem in cupiditatem regni impulit: et Antonio post interitum illius persuasit: ut interfecti locũ occupare conaretur: & nũc puerum istum extulit: ut tu iudicares precibus esse impetrãdam salutem talibus uiris: misericordiaq; unius: uix etiam nunc uiri tutos fore nos haud ulla alia re. Quod si Romanos non esse meminissemus: non audacius dominari cuperent postremi homines: q̃ id nos prohiberemus: neq; magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris: quam ob eiusdem mortem deterritus. tu quidem consularis: et tantorum scelerum uindex: quibus oppressis: uereor: ne in breue tempus dilata sit abs te pernities: qui potes intueri quæ gesseris simul: & ista uel probare: uel ita demisse: ac facile pati: ut probantis speciem habeas? Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia postulabat hęc salutem ab se peti præcariam: nos incolumitatem habere: a quibus ipse libertatem accepisset: esse arbitrium suum de Repub. quærenda esse arma putasti: quibus dominari prohiberetur: scilicet ut illo prohibito: rogaremus alterum: qui se in eius locum reponi pateretur: an ut esset

uiũ adeo extulisse, ut pro liberatoribus orbis terrarũ puer rogandus fuerit: Romam uidere non potest, & adire requsat, quæ ne inculcatam quidẽ libertatem recipere possit. Postremo rogat ne cõmendetur Cæsari. Ad extremũ monet Ciceronem ut fortis & constans sit: ac liberam ciuitatem suam esse uelit.

Interpretatio.

IMBEcillitas. Pusillanimitas. Pręcariã incolumitatem. Precibus extortam, non solida radice fundatam. Ita Acheloi forma pcaria ab Ouidio nuncupatur. Desperatio. Desertendi gubernaculum Reipu. cum primum cęperit uel minima aura reflare. Fortitudine melius agitur eundo obuiam periculis, ac nihil formidando uel quantũuis formidabile. Cuius. Desperationis ac pusillanimitatis. Residet hospitaũ ac radices agit. Aliis. Optimatibus. Cæsarem. Iulium. Illius. Iulii. Interfecti. Cæsaris. Locum. Tyrãnidem. Puerum. Octauiũ. Extulit. In spem erexit. Vix uiri. Adolescentis: cui Brutus merito nec minus Cicero diffidebat. Haud ulla alia re. Non ob uirtutes Bruti heroicas tutus erit brutus, sed tantum ob misericordiam pueri Octauii, rem ridiculam, & quæ iure Bruto nasum moueret.

Mancipii. Dominica conuentionib. quæ mancupi quæ fiunt per æs ac libram/ac sunt in nostra solenni potestate.
Conditione seruiendi. De qua recusat Cicero: qui non dominũ sed inimiciorem dominũ aspernari uidetur adeo infestus olim Cæsari/nũc Augusto assentatur/artibus istru ctissimus ut colax. Fortunam. Statum nostrum hodie dicunt. Vt participes. Tyrãnidis Antonianæ. Brutum affinem suũ Antonius ad pacis conditiones alliciebat pro mittẽs illi honestissimas: idest lautissimas conditiones: quas semper fortissime liberrimus contempsit respuit Brutus.
Quid neget? ille dabit oia. Patientiam. Si iugum admisserint/etiam urbem Romam subiugabunt. Præsidium. Portum & auxilium: salutarem arcem. Tanti fuit. Apud nos tãtæ æstimationis fuit/ut patriam cõmercari & prostituere uellemus. Cõmercio locus. Opportunitas & occasio emendi. Nobis auctoribus. Prestantibus auctoritatem & consensum.
Tantum. Ad aliquam tantum partem/aliquantulũ fauorem dare. Poterit. Conii cio enim optimatibus cõniuẽtibus Cæsarem Octauium ad apicem rerum peruenturum.
Tolerare. Perpeti/æquanimiter ferre. Aestimet. Appretietur/ita scribe. Dici cõsularem. Senatui locum illi da re etiam consulatus petitionẽ ante tempus. Conscius. Perfeci decretum facinus/unde conscire & consciscere mortẽ.

sui iuris: ac mancipii Resp. nisi forte non de seruitute: sed de conditione seruiendi recusandum est a nobis. Atqui non solum bono domino potuimus Antonio tolerare nostram fortunam: sed etiam beneficiis: atque honoribus ut participes frui quãtis uellemus: quid. n. neget iis: quorum patientiam uideret maximum suæ dominationis præsidium esse! Sed nihil tanti fuit: quo uẽderemus fidem nostrã: et libertatem. Hic ipse puer: quem Cæsaris nomen incitare uidetur in Cæsaris interfectores: quanti æstimet (si sit commercio locus) posse nobis authoribus tantum: quãtum profecto poterit: quoniam uiuere: & pecunias habere: et dici consularem uolumus! Cæterũ nequicq̃ perierit ille: cuius interitu quid gauisi sumus: si mortuo nihilominus seruituri eramus! nulla cura ab aliis adhibetur. Sed mihi prius omnia Dii: Deæq; omnes eripuerint: q̃ illud iudicium: quo non modo hæredi eius: quem occidi: nõ concesserim: quod in illo nõ tuli: sed ne patri quidem meo: si reuiuiscat: ut patiente me plus legibus: ac Senatu possit. An hoc tibi persuasum est: fore cæteros ab eo liberos: quo inuito nobis in ista ciuitate locus non sit? Qui porro id: quod petis: fieri potest: ut imperres! Rogas enim uelit nos saluos esse. uidemur ergo tibi salutem acceptun: cum uitam acceperimus! quam si prius dimittimus: dignitatem: et libertatem qui possumus accipere! An tu Romæ habitare id putas incolumem esse! res: non locus oportet præstet istuc mihi: neq; incolumis fui Cæsare uiuo: nisi postquã illud consciui facinus: neque usquam exul esse possum: dum seruire: et pati contumelias peius odero malis omnibus aliis. Nõne hoc est in easdem tenebras recidisse: cum ab eo: qui tyrãni nomen asciuit sibi: cum in græcis ciuitatibus liberi tyrãnorũ oppressis illis: eodem supplicio afficiantur: petitur: ut uindices: atq; oppressores dominationis salui sint! Hanc ego ciuitatem uidere uelim: aut putem ullam: quæ ne traditam quidem: atq; inculcatam libertatẽ recipere possit: plusq; timeat in puero nomen sublati Regis: q̃ confidat sibi: cum illum ipsum: qui maximas opes habuerit: paucorum uirtute sublatũ uideat. Me uero posthac ne commendaueris Cæsari tuo: ne te quidem ipsum: si me audies. ualde care æstimas tot annos: quot ista ætas recipit: si propter eã causam puero isti supplicaturus es. Deinde quod pulcherrime fecisti: et facis in Antonium: uide ne cõuertatur a laude

maximi animi ad opinionē formidinis. Nam si Octauius tibi placet: a quo de nostra salute petēdum sit: nō dominū fugisse: sed amiciorem dominum quæsisse ui deberis: quem quod laudas ob ea: quę adhuc fecit: plane probo. Sunt. n. laudanda: si modo contra alienā potentiam: non pro sua suscepit eas actiones. Cum uero iudicas tantum illi non modo licere, sed etiam a te ipso tribuendum esse: ut rogandus sit: ne nolit esse nos saluos: nimiū magnam mercedem statuis. id enim ipsum illi largiris: quod per illum habere uidebatur Respub. Neq; hoc tibi in mentē uenit: si Octauius ullis dignus sit honoribus: quia cū Antonio bellum gerat: iis: qui illud malum exciderint: cuius istæ reliquiæ sunt: nihil quo expleri possit eorum meritum: tributurum unquā Populū Ro. si omnia simul congesserit. At uide quanto diligentius homines metuant: q̄ meminerint: quia Antonius uiuat: atq; i armis sit. De Cęsare uero quod fieri potuit: ac debuit transactū est. neq; iam prouocari in integrum potest. Octauius is est: qui quid de nobis iudicaturus sit: expectet Popu. Ro. Nos hi sumus: de quorum salute unus homo rogandus uideatur? Ego uero (ut istuc reuertar) is sum: qui non modo non supplicem: sed etiam coerceam postulanteis: ut sibi supplicetur: aut longe a seruientibus abero: mihiq; esse iudicabo Romam? ubicunq; liberum esse licebit: ac nostri miserebor: quibus nec ætas: neq; honores: neq; uirtus aliena dulcedinem uiuēdi minuere potuerit. mihi quidem ita beatus esse uidebor: si modo constāter: ac perpetuo placebit hoc cōsilium: ut relatam putem gratiā pietati meæ. Quid. n. est melius: q̄ memoria recte factorum: et libertate cōtentum negligere humana? Sed certe non succumbam succumbentibus: nec uincar ab his: qui se uinci uolunt: experiarq;: et tentabo omnia: neq; desistam abstrahere a seruitio ciuitatem nostram. si secuta fuerit: quæ debet, fortuna, gaudebimus oēs: sin minus: ego tamen gaudebo. Quibus enim potius hæc uita factis, aut cogitationibus traducatur: q̄ iis, quæ pertinuerint ad liberandos ciueis meos? Te Cicero rogo: atq; hortor, ne defatigere, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis. futura quoque, nisi ante sit occursum, explores, ne se insinuent. Fortem, & liberum animū, quo et consul, et nūc consularis Rēp. tuendi, sine constantia, et æquabilitate nullum esse putaris. Fateor enim duriorem esse cōditionem spectatę

Octauius placet. Dignitas, ac gradus Octauii ita sublimis, ut dare leges patronis suis possit. De nostra salute. Vt nos tāquam Rex regum uelit esse saluos. Dominū. Iulium Cæsarem. Amiciorem. Octauiū. qui Mar. Tulliū patrē uocabat. Quem. Octauium. Ob ea. Antonium relectum & nauseātem in plagas adactum. Alienā. Antonianam a Republica seiunctam, & omnia ad potestatem priuatam trahentem. Pro sua. Pro tyrānide quęrenda, & uindicando sibi orbis terrarum dominio. O Brutum minime Brutum, O uere Argum: & Cicerone longe perspicaciorem. Cum uero. In hoc te errare dico, ac errorem tuum fateri te oportere. Illi. Octauio: quem sentis esse tyrānum. Tribuendū. Adscribendum. Ne nolit. Vt uelit. Largiris. Octauio condonas, Reipublicæ ac libertatis prodigus. Per illū. Armis ac imperio Octauii. Vllis. Aliquibus extraordinariis. Bellum gerat. Liberatis imperator. Iis. Nobis tyrannicidis. Illud malum. Cæsarem. Cuius. Tyrānidis Iulii Cęsaris. Istæ. Octauius. Nihil. Nullos tā magnos honores. Quo instrumento cuius, quo mediante: ut Bartholistę ac Scotini Scotistæ blaterant, q ut Harpyæ Phinei mensas, ita disertas chartas illeuerunt. Eorum. Tyrānicidarum. Tributurum. Pensaturum, retributurum. Populo. Scribe populum. Aequabilitate. Perseuerantia, æqua semper superioribus reddendo.

Quæ aliter eueniunt. Scribe. Quæ si aliter/si non sibi constant. Ille Cos. hunc consularem. Aliqui emendant:illum consulem hic consularis. Quis admiratur Ciceronem consularem: supe/tare Antonium Consulē:nemo. Præstare. Superate/excellere.

Argumentum.

SCRIBIS mihi mirari Ciceronem. Cicero: ut egó sentio:subornauerat Atticū ut amā tissimū sui Brutum tentaret/ac eliceret:quid ipse de actis suis/nō in cōsulatu tantū. sed in imperio sentitet. Erat.n.species impii princeps locus in Senatu:in quo dabat Octauio honores exordina/rios/illi fasces adimebat: hos ꝓmebat:alios extollebat/put aius ferebat. Brutus:ut erat li ber & ἀκοινώνητος, imperterrite Ciceronem modo laudabat: modo carpit:ꝓsertim quod ex tulit Octauiū:in qua quidem re/irritata est potius licentia pueri q̄ repssa:culpat maledi/centiam Ciceronis etiā in cō/spirantes in Cæsarem: quorū auctor fuit Brutus. Timoris Ciceronem isimulat/exilii & paupertatis/unde amiciorem dominū quæsiuit/non tyrāni dē odit. Monet uerba factis fore contraria:Octauiū filii lo co nō futurū ut Cicero putat. Cicerōi Philippū anteponit: qui priuigno Octauio minus tribuerit. Viuat Cicero in cō/tumelia ac seruitute/se uero semper bellū gestorū cū tyrā nis. Vltimo in loco se Attici rogatu facturum pro homine cuncta promittit.

uirtutis: q̄ icognitæ. Bene facta pro debitis exigimus: quæ si aliter eueniunt: ut decepti ab his: infesto animo reprehendimus. Itaq; resistere Antonio Ciceronem: & si magna laude dignū est: tamen: quia ille consul hūc consularem merito pręstare uidetur: nemo admiratur. idem Cicero: si flexerit aduersus alios iudiciū suum: quod tanta firmitate: ac magnitudine dixerit in extur bando Antonio: non modo reliqui temporis gloriam eripuerit sibi: sed etiam præterita euanescere coget. Ni hil.n.per se amplum est: nisi in quo iudicii ratio extat: quia neminem magis decet: q̄ in Rempu. amare: liber/tatisq; defensorem esse uel igenio: uel rebus gestis: uel studio: atq; efflagitatione omnium. Quare non Octa/uius est rogandus: ut uelit nos saluos esse. magis tu te exuscita: ut eam ciuitatem: in qua maxima gessisti: li/beram: atq; honestam fore putes: si modo sint populo Duces ad resistendum improborum consiliis. Vale.

M. BRVTVS. T. P. ATTICO. S.

SCribis mihi mirari Ciceronē: quod nihil significem unquam de suis actis: quoniā efflagiras: coactu tuo scribam: quę sentio: omnia fecisse Ciceronem optimo animo scio. quid.n. mihi exploratius esse potest: q̄ illius ani/mus in Rempu. Sed quædā mihi uidetur: quid dicam imperite uir omnium prudentissimus: an ambitiose fe/cisse: qui ualentissimū Antonium suscipere pro Repu. non dubitauit inimicū! Nescio quid scribam tibi: nisi unū: pueri et cupiditatem: et licentiam potius esse irri/tatam: q̄ repressam a Cicerone: tantumq; eum tribuere huic indulgentiæ: ut se maledictis nó abstineat iis qui dem: quæ in ipsum dupliciter recidunt: quod et plu/reis occidit uno: seq; prius oportet fateatur sicarium: q̄ obiiciat Cascæ: quod obiicit: et imitatur in Casca Be/stiam: an quia nō omnibus horis iactamus Idus Mar/tias: similiter atq; ille nonas Decēbr. suas in ore habet eo meliore conditione. Cicero pulcherrimum factum

Interpretatio.

PLVres occidit uno. Detecta cōiuratiōe Catilinæ plures oc/cidit ɔspiratos Cōsul Cicero: q̄ nos & Casca q unū occidit dūtaxat/& eū tyrānū hic est ille Casca/cōtra quem Cæsar inquit/scelerate Casca quid fa cis? Sicariū. Cicero Cascam interfectorē Cæsaris sicarium uocabat/in qua quidē re Be/stiam imitabatur/qui Cicero/nē carnificem & sanguinariū uocabat. Atq; ille. Vt ille Ci cero qui nonis Decēbris Cati linæ coniuratione detecta/ia ctare sæpe solebat ea die tena tam urbem Romam fuisse.

Bestia.

uituperabit: q̃ Bestia: et Clodius reprehendere illius cõsulatum soliti sunt: sustinuisse mihi gloriatur bellũ Antonii: rogatus est Cicero noster. Quid hoc mihi prodest: si merces Antonii oppressi poscitur ĩ Antonii locum successio? et si uindex illius mali author extitit alterius fundamẽtum: & radices habituri altiores? sic patiamur: ut iam ista: quæ facit: nõ dominationem nõ dominũ: sed Antonium timentis sint. Ego autem gratiam non habeo: siquis: dũ ne irato seruiat: rem ipsam non deprecatur. Immo triumphus: et stipendium decernitur: et omnibus decretis ornatur. pudeat conspicere fortunam: cuius nomen susceperit cõsularis: hoc an Ciceronis est: quoniam tacere nõ licuit lege: quæ tibi necesse est: molestas esse. Etenim ipse sentio quãto cũ dolore hæc ad te perscripserim: nec ignoro quid sentias in Repu. & q̃ desperatã quoq; sanari putes posse. nec me hercle te Attice reprehẽdo: ætas enim mores liberi segnem efficiunt: quod quidem etiam ex Flauio nostro perspexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter Saluidenum: et eum interest? Quid autem amplius ille decerneret? timet inquies etiam nunc reliquias belli ciuilis. quisquam ergo ita timet profligatum: ut neq; potentiam eius: qui exercitum uictorem habeat: neq; temeritatem pueri putet extimescendam esse? An hoc ipsum ea re facit: quod illi propter amplitudinem omnia iam ultroq; deferenda putat? O magnam stultitiam timoris: id ipsum: quod uerearis ita cauere: ut cũ uitare fortasse potueris: ultro accersas: et attrahas. nimium timemus mortem: et exilium: et paupertatem. Hæc mihi uidentur Ciceroni ultima esse in malis: et dum habeat a quibus impetret: quæ uelit: et a quibus colatur: ac laudetur: seruitutem honorificam modo non aspernatur: si quicquam in extrema: ac miserrima contumelia potest honorificum esse. Licet ergo patrem appellet Octauius Ciceronem: referat omnia: laudet: gratias agat: tamen illud apparebit uerba rebus esse contraria. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est: q̃ eum patris habere loco: qui nec liberi quidem hominis numero sit? At qui eo tendit: id agit: ad eum exitum properat uir optimus: ut sit illi Octauius propitius. Ego uero iam his artibus nihil tribuo: quibus scio Ciceronem instructissimum esse. Quid enim illi prosunt: quæ pro libertate patriæ: de dignitate: quæ de morte: exilio: paupertate scripsit

Sic patiamur. Vetus lectio sic fateamur/ ita necesse est fateri pcedere aliũde q̃ a Republice caritate: quam pretendit. Dum ne irato. Dummodo nõ seruiat inimico Cęsari. Rem ipsam non dep̃catur. Seruire non recusat.

Vt Ciceronis est. Fortuna pudeat me subire fortunam & uicem Ciceronis: qui seruit affectibus non rationi.

copiosissime? Quanto autem magis illa callere uidetur Philippus: qui priuigno minus tribuerit: q̄ Cicero: qui alieno tribuit. Desinat igitur gloriando etiã insectari dolores nostros. Quid.n.nostra uictũm esse Antoniũ: si uictus ẽ: ut alii uacaret: quod ille obtinuit: tametsi tuæ literæ dubia etiam nunc significãt. Viuat hercule Cicero: qui potest supplex: et obnoxius: si neque ætatis: neq; honorũ: neq; rerum gestarum pudet. Ego certe: qui cum ipsa re bellum geram: hoc est cum regno: et imperiis extraordinariis: et dominatione: et potẽtia: quæ supra leges se esse uelit. nulla erit tam bona conditio seruiendi: qua nõ deterrear: quãuis sit uir bonus: ut scribis. Antonius quod ego nunq̄ existimaui: sed dominum: ne parentem quidem maiores nostri uoluerunt esse. Te nisi tantum amarem quantum Ciceroni persuasum est diligi ab Octauio: hæc ad te non scripsissem. Dolet mihi: quod tu nõ stomacharis amãtissimus tum tuorũ omniũ: tum etiam Ciceronis. Sed persuade tibi de uolũtate propria mea: nihil esse remissum: de iudicio largiter: neq;.n.impetrari potest: quin quale quicq; uideatur: ei talẽ quisq; de illo opinionem habeat. Vellem mihi scripsisses: quæ conditiones esset Atticæ nostræ. Potuissem tibi aliquid de meo sensu p scribere. Valetudinẽ Porciæ meæ tibi curæ esse nõ miror. Deniq; quod petis: faciã libẽter. nã etiã sorores me rogãt: et hominẽ noro: et quid sibi uoluerit. Vale.

M.T. CICERO. M. BRVTO. S.

Argumentum.

CICERO subiratus tarditati Bruti rogat / orat / precatur ut exercitum adducat in Italiam. Seruiliæ se consilium dedisse ut acceleraret: ut laboranti patriæ adesset: cum præsertim defecerit Lepidus: et Octauius nutet: pro quo Octauio Ciceronem Respu. uadẽ acceperat. Tamen sperat se eum posse tenere q̄uis multis ad depravandum paratis. Deplorat inopiam rei pecuniariæ. Infinitos sumptus impendere queritur. Liberorum Lepidi nepotum Bruti ait causam egisse in Senatu instructissime / ac felicissime.

CVm sæpe te literis hortatus essem: ut quã primum Reipu. subuenires: in Italiamq; exercitũ adduceres: neq; id arbitrarer dubitare tuos necessarios: rogatus sum a prudentissima: et diligentissima fœmina matre tua: cuius omnes curæ ad te referuntur: et in te consumuntur: ut uenirem ad se ad. VIII. Calen. Sextilis: quod ego: ut debui: sine mora feci. Cũ autem uenissem: Casca aderat: et Labeo: et Scaptius: at illa retulit; q̄siuitq; quidnam mihi uideretur: accerseremus ne te. atq; tibi id cõducere putaremus: an tardare: et commorari te melius esset: respondi id: quod sentiebam: et dignitati: et existimationi tuæ maxime conducere: te primo quoq; tẽpore ferre præsidium labenti: et inclinatæ Republicæ. Quid.n. abesse cẽses mali in eo bello: in quo uictores

exercitus fugientem hostem persequi noluerunt: et in quo incolumis Imperator honoribus amplissimis: fortunisq; maximis: coniuge: liberis: uobis affinibus ornatus: bellum Reipu. indixerit? Quid dicam in tanto Senatus: populiq; consensu: cum tantum resideat intra muros mali? Maximo autem: cum hæc scribebam: afficiebar dolore. quod cum me pro adulescentulo: ac pene puero Respu. accepisset uadem: uix uidebar: quod prom[…]am: præstare posse. Est autem grauior: et difficilior animi: et sententiæ: maximis præsertim in rebus: pro altero: q̃ pecuniæ obligatio. Hæc. n. solui potest: et est rei familiaris iactura tolerabilis: Reipu. quod sponderis quemadmodum soluas: nisi is dependi facile patitur: pro quo spoponderis. quãquam & hunc (ut spero) tenebo multis repugnantibus. Videtur enim in eo esse bona indoles: sed flexibilis ætas: multiq; ad deprauandum parati: qui splẽdore falsi honoris obiecto: aciem boni ingenii perstringi posse cõfidunt. Itaq; ad reliquos hic quoq; labor mihi accessit: ut omneis adhibeam machinas ad tenendum adulescentem: ne famã subeam temeritatis: quãquam quæ temeritas est? magis enim illum: pro quo spopondi: q̃ me obligaui. nec uero pœnitere potest Rempu. me pro eo spopondisse: qui fuit in rebus gerendis tum suo ingenio: tum mea promissione constantior. Maximus autem (nisi me fortè fallit) in Repu. nodus est inopia rei pecuniariæ. Obdurescuut enim magis quotidie boni uiri ad uocem tributi: quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum in duarum legionum premiis omne consumitur. Impendent autem infiniti sumptus tum in hos exercitus: quibus nunc defendimur: tum uero in tuũ. Nam Cassius noster uidetur posse satis ornatus uenire. Sed et hæc et multa alia coram cupio: idq; quamprimum. De sororis tuæ filiis non expectaui Brute dum scriberes. Omnino iam tempora (bellũ enim ducetur) integram tibi causam reseruant. Sed ego a principio: dum diuinare de belli diuturnitate possem: ita causam egi puerorum in Senatu: ut te arbitrer e matris literis potuisse cognoscere. Nec uero ulla res erit unquam: in qua ego non uel uitæ periculo ea dicam: eaq; faciam: quæ te uelle: quæq; ad te pertinere arbitror. Vale. VI. Calen[…]darum Sextilis.

FINIS.

Quemadmodum soluas. Quomodo soluere poteris?
Prestringi. Heberari: caligare aciem etiam aquilinam cogant. Centesima. Genus uectigalis maximi. De centesima diximus in Ep. ad Atti.
Dum scriberes. Dum significat ut. Sermo Ciceroni familiaris. Arbitror. Legẽdum arbitrer.

Finis Annotationum Epistolarũ ad. M. Brutum per Ioan. baptistã Pium Bononiensem.